CAROLI QVINTI

IMPERATORIS INVICTISSIMI, ET GLORIOSISSIMI PRINCIPIS,

CONSTITVTIONES PVBLICORVM IVDICIORVM,

CVM JVRE COMMVNI COLlatæ; ex eoq; latius declaratæ; & vtilißimis additionibus, obseruationibusq́; practicis illustratæ,

à

MATTHIA STEPHANI, JVRISC. ET ANTECESSORE IN ACADEMIA Gryphiswaldensi.

ARTICVLORVM CAROLINARVM CONSTITVtionum, itemq; rerum præcipuarum, Elenchus duplex, adiectus est.



Johan: Hamerg
U.I. Doctor

FRANCOFVRTI,
Typis Egenolphi Emmelij, Impensis Petri Kopffij.
ANNO M. DC. XXVI.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

ILLVSTRISSIMO ET SERE-nißimo Principi, ac Domino,

DN. GEORGIO WIL-HELMO, MARCHIONI BRANDE-BVRGENSI, SACRI IMPERII ROMANI ARCHICA-MERARIO, & Electori; Prussiæ, Juliæ, Cliuiæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorum, nec-non in Silesia, Crosnæ & Carnouiæ, Duci; Burggrauio Norinbergensi, Principi Rügiæ; Comiti Marcæ & Rauensburgi; Domino in Rauenstein: Domino meo clementissimo.

REIPVBLICÆ interesse, ne cuiuslibet generis crimina maneant prorsus impunita, nemo, vt opinor, inficias ibit, Illustrissime & Serenissime Elector, Domine clementissime. Et iste est effectus pœnæ: scilicet, vt coërceat delinquendi audaciam, ne Respublica paulatim corrumpatur malis hominibus. Ideoq; Caius, pœnas, inquit, ob maleficia solui, magna ratio suadet. Quum igitur tanti intersit totius humanæ salutis, non ali per impunitatem audaciam prauorum hominum, legumlatores solicite perpendentes, quomodo perueniri posset ad detegenda malorum crimina, quæ puniātur, certas introduxerunt formulas eo pertinentes. Inprimis

autem cum in eiusmodi negociis arduis, vbi non de lanâ caprinâ, nec de fallacis pecuniolæ damno, neque de tritico, aut oleo legato, est controuersia, sed quæ tum corporis, tum animæ salutem tota concernit, magna iudicis sapientia requiratur, ne à tramite iustitiæ, puniendo innocentes, & dimittendo nocentes, aberrare possit, neve ex affectu, vel ignorantiâ, aut dubiâ conscientiâ aliquid admittat, cuius ipsum postea pœniteat, idcirco maximus ille Rom. Imperator Carolus V. triumphalis memoriæ Monarcha, vt recte riteque per vniuersum orbem Romanũ malefici, & improbâ detestãdâq; vitâ delectantes, condignis pœnis afficiantur, saluberrimas *publicorum iudiciorum Constitutiones* Peinliche Halßgerichts-Ordnung/ in Comitiis, tum Augustanis, tum Ratisbonẽsibus, anno millesimo, quingentesimo, tricesimo, & tricesimo secũdo, suis auspiciis promulgari curauit; atque ad eas religiose obseruandas, iudices cum suis assessoribus ac ministris, iureiurãdo peculiari adstrinxit, illosq; ad ius commune, eiusq; peritos consulendos remisit. Quod si itaq; Constitutiones illas Carolinas Judex in omnibus sequetur, & præ oculis habuerit, certe illæsam habebit conscientiam, & tramites iustitiæ non transgredietur.

Cæterum cum ex mandato huius Imperatoris Caroli V. ad Collegia ICtorum in Academiis, adeoque etiam ad nostram Facultatem Iuridicam, eiusmodi

modi acta criminalia, vt maxime in dubiis casibus sæpe deferantur, ego, vt mihimet ipsi consulerem, & deinceps meum laborem in perquirendis Criminalistis leuarem, collegi hasce Carolinis Constitutionibus subiectas adnotationes & obseruationes practicas, quas tandem rogatu clarissimorum virorum, quorum authoritas semper apud me magna fuit, & adhuc est, publici iuris fieri permisi. Hoc quidquid est studij & operæ, Illustrissime & Serenissime Elector, vestræ Celsitudini submisse inscribere & dicare, non sine ratione placuit. Imprimis autem fateor gratâ mente, quod cum in vestræ Celsitudinis Academiâ Francofurtanâ ante annos triginta studiorum gratiâ commorarer, eos, per Dei gratiam, in studio iuris fecerim fructus, vt postmodum ad Doctoris gradum adspirauerim: & idcirco aliquali hac ratione gratitudinem meam contestari, hac dedicatione volui. Accipiat ergo vestra Celsitudo serenâ fronte munusculum hoc literarium, tanquam ab animo V. Cels. deuotissimo profectum: meq; & studia mea sibi commendata esse clementissime patiatur. Gryphiswaldi 1. Calendarum Januarij Anno M.DC.XXVI.

V. Celsitudinis

Subiectissimus

MATTHIAS STEPHANI IC.

In Autorem

Dn. MATTHIAM STEPHANI

JCtum CELEBERRIMVM,

Promotorem & Amicum.

Fata reseruarunt in tempora dura studentes
Cum studiis, sortes attribuendo malas.
Quod mecum loquitur res quottidiana, nec vllus
(Sit modo mens hominis sana) negare potest:
Nam si respectu dignamur tempora pacis,
Istis iam flebat Phœbus & eius amans;
Quidni nunc flerent, vbi Mars regnare videtur,
Et pax sub pedibus Martis anhela iacet?
In tantum flebat, cum pax erat aurea, Phœbus;
Sed nunc in totum flebile carmen amat.
Nec sunt qui cupiant misero succurrere flenti
Vel re vel verbo, moris vt esse solet:
At prius afflictum quiuis affligit, & omnes
Quo damnum crescat, damnificare volunt.
Contemnunt lædunt, qui temnere lædere possunt;
Et qui non possunt talia, posse student.
Irridetur homo de pennâ, Clericus *æquè*
Ridetur, simili sorte Scholaris *abit.*
Hinc est, quod faciat Respublica nostra ruinam,
Quod careat curis curia nostra bonis:
Cum, qui debebant cursum disponere clauo,
Prælatis rudibus posteriora ferant.
Hinc est, quod plures retrahantur ab arte sciendi;
Nimirum sapiunt, quos aliena monent:
Verum non iustè! siquidem Constantia Victrix
In reliquis, hic non victa redire potest:

Firmat

Firmat id exemplo præsens celeberrimus Autor,
Cui debent multi nomina multa viri.
Certè, si quisquam cœpto desistere motus,
Ille fuit motus: sed stetit inde magis;
Perstitit immotus, donec superauit amara
Donec apud Magnos fama beauit Eum!
Fama beauit Eum, quod Iurisdictio *tersa*
Iudicis officium *pluraq; scripta canunt:*
Atq; beabit Eum, quod commentatio præsens,
Quæ tractat KARVLI *diua statuta, canet.*
Sic fit demeritus, quem non inuidia terret;
Sic, qui sudorem sustinet, astra ferit.
Est reliquum duplex votum pro iuris honore,
Quod sit in effectu fructificante beans:
Viuat MATTHIAS STEPHANI, *nec præmia desint*
Digna viro magno, digna labore graui:
Si desunt viuo, nam gratia rara labori,
Adsint defuncto post sua fata satis.
Hoc est, Posteritas Eius benedicta senescat
Et sit grata viris, gratior atq; DEO.
Prima fuit voti pars; Altera restat in illo,
Vt plures STEPHANOS *Ioua creare velit!*
Fac DEVS, *vt semper Iurisprudentia crescat;*
Sic plures STEPHANOS *secula nostra vident:*
Fac DEVS, *vt fugiant Prudentes iuris iniqua;*
Sic Iuris nomen secula nostra colunt.

CASPAR POTZERN.

ELEN-

ELENCHVS ARTICVLORVM IN HIS CONSTITVTIONIBVS CRIMINALIBVS contentorum.

Prooemium Constitutionum Criminalium.

Artic. I. De Iudicibus, Adsessoribus, Consiliariis, Senatoribus, cæterisq; personis in iudicio capitali versantibus.
Von Richtern/ Vrtheilern vnd Gerichtspersonen.

II. *De officio eorum, quorum prædiis siue feudis iudicandi munus cohæret, & qui iudices, vel scabini esse nequeunt.*
Von denen/ so die Gericht jhrer Güter halben besitzen.

III. *Iudicis dati in causis criminalibus iuramentum.*
Deß Richters Eyd vber das Blut zurichten.

IV. *Assessorum, Consiliariorum, Senatorum, qui iudici capitalium causarum adsident, iuramentum.*
Der Schöpffen oder Vrtheilsprecher Eyd.

V. *Actuarij seu scribæ in iudicio criminali iuramentum.*
Schreibers Eyd.

VI. *De captura reorum, ex officio Magistratus.*
Annehmen der angegeben Vbelthäter von der Oberkeit von Ampts wegen.

VII. *Iudices in dubiis & obscuris peritiores consulere debere.*
Richter sollen in zweyffelhafften Sachen der Rechtsgelehrten bedencken erforderen.

VIII. *Iudicem ad tormenta peruenire, si aliæ probationes sufficientes desint.*
Alsdann wird zu der peinlichen Frage geschritten/ wenn redliche Anzeigungen wider einen seyn.

IX. Ac-

IX. *Accusator audiendus est, si post adhibitam torturam crimen probare velit.*

So der Gefangene der verdachten Missethat / nicht bekäntlich seyn wolte / mag der Ankläger zur Beweisung verstattet werden.

X. *Reo plena probatione conuicto, quomodo eo casu, quo neq; vita ei auferatur, neque etiam perpetuis vinculis addicatur, aduersus eum procedendum sit.*

So ein Person / einer Missethat vberwunden / solte an jhrem Leib / jedoch nicht zum Tode oder ewigen Gefängnus / gestrafft werden / wie es mit Erkantnus solcher Straff sol gehalten werden.

XI. *De captura reorum contra quos se accusator offert.*

Von annehmen eines angegebenen Vbelthäters / so der Kläger Recht begehret.

XII. *De detinendo accusatore, donec idoneè cauerit.*

Von Verhafftung deß Anklägers / biß er Bürgschafft gethan hat.

XIII. *De satisdatione accusatoris, cum delatus quidem admissum fatetur, sed excipere poterit.*

Von Bürgschafft deß Anklägers / so der Beklagte der That bekäntlich ist / vnd redliche Entschuldigung solcher That fürgibt.

XIV. *Accusator, si vades dare nequeat, qua ratione detineri debeat.*

So der Kläger nicht Bürgen haben mag / wie die Gegenhafftung beschehen sol.

XV. *De alio cautionis genere, cum accusator indicia probarit: aut suapte sponte manifestum delictum sit, notorium vulgus appellat.*

Von einer andern Bürgschafft / so der Kläger den Argwohn der Missethat bewiesen hat / oder die Missethat sonst bekäntlich ist.

XVI. *De notoriis delictis, seu criminibus manifestis.*

Von unzweiffenlichen Missethaten.

XVII. *Delato in vinculis versante, accusatorem aliter territorio excedere non debere, quam locum certum nominauerit, ad quem ei, quæ cum Reo aguntur, denunciari possint, & unde citari queat.*

Wie der Ankläger/ nach Verhafftung deß Beklagten/ nicht abscheyden sol/ er habe dann zuforderst ein peinliche Stett/ wohin man jhm gerichtlich verkünden sol/ benannt.

XVIII. *De indiciis delictorum criminumq; unde ea fere petantur & sumantur.*

Von den Sachen/ darauß man redliche Anzeigung einer Missethat nehmen mag.

XIX. *De verbi* Indiciorum *significatione.*

Von Begreiffung deß Wörtleins/ Anzeigung.

XX. *Ne quis sine legitime probatis indiciis torqueatur.*

Daß ohne redliche Anzeigung niemand sol peinlich gefragt werden.

XXI. *Ne indiciis, quæ à magis proferuntur, fidem Iudices adhibeant.*

Von Anzeigung der/ die mit Zauberey wahrzusagen sich unterstehen.

XXII. *Ad indicia criminis, accusatus torqueri tantum, non etiam ultima pœna affici potest.*

Daß auff Anzeigung einer Missethat/ allein peinliche Frag/ und nicht ander peinliche Straff sol erkant werden.

XXIII. *Quomodo indicia, quæ ad torturam sufficiunt, probari debeant.*

Wie die gnugsame Anzeigung einer Missethat bewiesen werden sol.

XXIV. *Ex indiciis nominatim hic expressis, ad non expressa, neq; nominata, per comparationem arguere licere.*

Daß man den nachgesetzten Anzeigungen/ in unbenanten/ und hierinn unaußgetruckten Argwöhnigkeiten der Missethat/ Gleichnus nehmen möge.

XXV. *De indiciis, omnibus delictis communibus.*
Von gemeinen Argwohnen / so sich auff alle Missethat ziehen.
XXVI. *De octauo & vltimo indicio communi.*
Von acht gemeinen Argwohnen.
XXVII. *Regula, qua declaratur, quando ea indicia, quæ recensita sunt, singula, aut iuncta simul plura ad quæstiones sufficiant.*
Ein Regel / wann die vorgemelten Argwohnungen Theil / oder Stück samentlich / oder sonderlichen gnugsame Anzeigung zu peinlicher Frag machen.
XXVIII. *Alia Regula de eadem re.*
Aber eine Regel in obgemelten Sachen.
XXIX. *Communia indicia certissima indubitataq́, ad quæ reus torqueri potest.*
Gemeine vnzweiffelhafftige Anzeigungen / der jeglich allein zu peinlicher Frag gnugsam ist.
XXX. *De semiplena probatione.*
Von einer halben Beweisung.
XXXI. *De socio criminis conuicti, vel de se confessi.*
So ein vberwundener Missethäter seinen Helffer in der Gefängnus besagt.
XXXII. *De confessione ipsius rei extra iudicium facta.*
So einer von jhm selbst vngenöther Dingen gesagt hätt / daß er die beklagte oder verdachte Missethat gethan hat.
XXXIII. *Indicia legitima, homicidij clandestini.*
Von Mord der heimlich geschicht / gnugsame Anzeigung.
XXXIV. *Indicium homicidiorum manifestorum, quæ per rixas & clamores in pugnas desinentes concurrente vulgo fiunt, quorum tamen auctores ignorantur.*
Von offentlichen Todschlägen / so in Schlagen oder Rumoren vnter vielen Leuten geschiehet / daß niemand gethan wil haben / gnugsame Anzeigung.
XXXV. *Partus clam à matre enecti, siue infanticidij indicium.*

Von heimlichen Kindhaben / vnnd tödten durch jhre Mutter / gnugsame Anzeigung.

XXXVI. *Aliud infanticidij à matre commissi verisimile indicium.*

Eine andere Anzeigung begangener Kinder Mord.

XXXVII. *Veneficij indicia.*

Von heimlichen Vergeben / gnugsame Anzeigung.

XXXVIII. *Rapinæ, seu vi bonorum indicium.*

Von Verdacht der Rauber / gnugsame Anzeigung.

XXXIX. *Aliud rapinæ indicium peculiare contra grassatores & prædatores.*

Ein andere gnugsame Anzeigung begangenes Raubes.

XL. *Indicia contra eos, qui fures prædones ve ope, consilio iuuant: & eorum receptatoribus.*

Von gnugsamen Verdacht der jenigen / so Raubern vnd Dieben helffen.

XLI. *Incendij indicia.*

Von heimlichem Brand / gnugsame Anzeigung.

XLII. *Proditionis indicia.*

Von Verrähterey / gnugsame Anzeigung.

XLIII. *Furti indicia.*

Von gnugsamen Verdacht der Dieberey.

XLIV. *Magiæ indicia.*

Von Zauberey / gnugsame Anzeigung.

XLV. *De quæstionibus.*

Von peinlicher Frage.

XLVI. *De reo prius interrogando de crimine commisso cum comminatione, eum nisi vltro confessus fuerit, torturum iri.*

Der Gefangene sol erst / wegen der Vbelthat / befragt werden / ob er dieselbe in der Güte bekennete.

XLVII. *Innocentiæ assertio, quomodo deducenda sit ante quæstiones: & quid deinceps agendum.*

Außführung der Vnschuld / vor der peinlichen Frage zuvermahnen / vnd weiter Handlung darauff.

XLVIII. *Quomodo ex iis, à quibus per tormentorum cruciatus aliquatenus*

nus maleficij exsculpta est confessio, veritas plene indagari possit: vbi primum de cade.

Wie die Jenigen / so auß peinlichen Fragen eine Missethat bekennen / nachfolgends weiter ausserhalb Marter vnd Vnterricht gefragt werden sollen: Erstlich / vom Mord.

XLIX. *Tortus si proditionem fateatur.*

So der Gefragte Verrähterey bekennt.

L. *Si veneficium quis fateatur.*

Auff Bekantnus von Vergifftung.

LI. *Qui incendium fatebitur.*

So der Gefragt ein Brand bekennt.

LII. *Magiæ sortilegijq; reum, quæ interrogari oporteat.*

So die gefragt Person Zauberey bekennt.

LIII. *Interrogationum modos generales, pro varietate personarum, locorum, temporum attemperari debere, vt confessiones in tortura plene habeantur.*

Von gemeinen vnbenanten Fragstücken / auff Bekantnus / die auff Marter geschicht.

LIV. *De inquisitione indicatarum à reo circumstantiarum habenda.*

Von Nachfrag vnd Erkündigung der bösen bekannten Vmbständen.

LV. *Si confessiones confictæ ex inquisitione appareant.*

Wie die bekanten Vmbstände der Missethat / in Erkündigung nicht wahr erfunden werden.

LVI. *Ne quis de crimine quæsito circumstantias verbis præiens enarret: sed vt suis verbis, suo marte eas reus edicat.*

Keinem Gefangenen die Vmbstände der Missethat vorzusagen sondern jhn die gantz von jhm selbst sagen lassen.

LVII. *Tortus si confessionem reuocet.*

So der Gefangene vorbekante Missethat wider läugnet.

LVIII. *Tormentis qui modus adhibendus.*

Von der Maß peinlicher Frag.

LIX. *Vulneratus quemadmodum torqueatur.*

So der Arme/den man fragen wil/gefährliche Wunden hätte.

LX. *Materiæ quæstionum epilogus.*

Ein Beschluß wann der Bekantnus/so auff peinliche Frag geschicht/endlich zu glauben ist.

LXI. *Si, qui ad idonea tortus est indicia, innocens deprehendatur, neque conuinci de crimine intentato possit.*

So der Gefangene auff redlichen Verdacht / mit peinlicher Frag angegriffen/vnd nicht vngerecht funden/ vnd vberwunden wird.

LXII. *Accusatorem probare volentem audiendum esse.*

Von Beweisung der Missethat.

LXIII. *Si testes ignoti producantur.*

Von vnbekanten Zeugen.

LXIV. *De pretio corruptis testibus.*

Von belohnten Zeugen.

LXV. *Quibus de rebus testes deponere debeant.*

Wie Zeugen sagen sollen.

LXVI. *Testes idonei, qui dicantur.*

Von gnugsamen Zeugen.

LXVII. *Idoneum testimonium, quod sit.*

Von gnugsam Gezeugnus.

LXVIII. *De falsis testibus.*

Von falschen Zeugen.

LXIX. *Si reus de crimine conuictus, id confiteri nolit.*

So der Beklagte nach der Beweisung/nicht bekennen wolt.

LXX. *De productione & examinatione testium.*

Von Stellung vnd Verhörung der Zeugen.

LXXI. *Quod sit officium eorum, qui ex iudicij corpore siue collegio delecti depositiones testium audiunt.*

Von den Kundschafftverhörern im Gericht.

LXXII. *De audiendis testibus extra territorium.*

Von Kundschafftverhörern ausserhalb deß Gerichts.

LXXIII. *De publicatione attestationum.*

Von öffnung der Kundschafft.

LXXIV. *Si testimoniis innocentiam suam reus probare velit.*
Von Kundschafft deß Beklagten zu seiner Entschuldigung.
LXXV. *Cuius sit in testes euocatos sumptum facere.*
Von Verzehrung der Zeugen.
LXXVI. *Testes in ius, saluo conductu dato, non vocandos.*
Kein Zeugen für Recht zuvergleiten.
LXXVII. *Ne mora longa in processu toto interponatur.*
Das Recht förderlich ergehen zulassen.
LXXVIII. *De constitutione diei, qua de crimine cognoscatur ac decidatur.*
Von Benennung endlichen Rechtstages.
LXXIX. *Vt reo dies capitalis denuncietur.*
Dem Beklagten den Rechtstag zuverkünden.
LXXX. *Iudicum conuocatio.*
Verkündigung zum Gericht.
LXXXI. *Iudicum ante diem ferendæ sententiæ consultatio, quæ sit.*
Vnterredung der Vrtheiler vor dem Gericht.
LXXXII. *De solenni iudicum consessu & signo conuocationis dando.*
Von Besitzung vnd Beleutung deß endlichen Gerichts.
LXXXIII. *Harum capitalium Carolinarum sacriq; Romani Imperij sanctionum codicem in medium proponi in iudicio debere, necnon partibus ipsis, ea quæ scire debent, aperienda esse.*
Diese *Caroli V.* vnd deß H. Reichs Ordnung gegenwertig zuhaben / auch den Partheyen / darinn jhre Notturfft nicht zuverbergen.
LXXXIV. *Quomodo Iudex de iudicio recte constituto quærat.*
Von der Frag deß Richters / ob das Gericht recht besetzt ist.
LXXXV. *De reo ante executionem in conspectu publice in numellis, aut compedibus exhibendo.*
Wann der Beklagte offentlich in den Stock / Pranger / oder Halßeysen gestellet werden sol.
LXXXVI. *Vt reus in iudicio sistatur.*
Den Beklagten für Gericht zuführen.
LXXXVII. *De proclamatione reorum.*
Vom Beschreyen deß Beklagten.

LXXXVIII. *De procuratoribus & defensoribus vtriq; partium dandis.*
Von Fürsprechern.

LXXXIX. *Petitio procuratoris, qui ex officio, vel ab accusatore datus accusat.*
Bitte deß Fürsprechers / der von Amptswegen / oder sonsten klagt.

XC. *Quid reus petere & agere per defensorem suum possit.*
Was / vnd wie der Beklagte durch sein Fürsprechen bitten lassen mag.

XCI. *Si reus, quod ante confessus erat, & ratificauit delictum, ad extremum reuocet.*
Von Verneinung der Missethat / die vormals bekennt worden ist.

XCII. *Quomodo Iudices, Assessores, & qui iudicio præsunt, post accusationem & exceptionem in medium allatas, factamq; in causa conclusionem ad sententiam ferendam pergere debeant, quidq; Iudex ex Assessoribus quærat.*
Wie die Richter vnd Schöpffen / oder Vrtheiler / nach beyder Theil / vnd allem Fürbringen / auch endlichen Beschluß die Vrtheil fassen / vnd wie auch nachmals die Schöpffen / oder Vrtheiler / durch den Richter gefragt werden sollen.

XCIII. *Quale responsum assessores subiiciant.*
Wie die Schöpffen vnd Vrtheilsprecher vngefährlich antworten.

XCIV. *Sententiæ quemadmodum publicentur.*
Wie der Richter die Vrtheil öffnen sol.

XCV. *Cum plures accusatores reiq; concurrunt, sermo plurium numero efferendus est.*
Wo mehr / dann ein Kläger vnnd ein Antworter in Rechten stünden / daß alsdann dieselben Wörter / wie sich von mehr Personen zureden geziemet / gebraucht werden sollen.

XCVI. *Solenne, quando Iudex bacillum manibus medium elidat.*
Wann der Richter seinen Stab zerbrechen mag.

XCVII. *Ne vis fiat carnifici.*
Deß Nachrichters Friede außzuruffen.
XCVIII. *Ab executione supplicij quid fiat.*
Frag vnd Antwort nach Vollnziehung der Vrtheil.
XCIX. *Accusatus si absoluatur.*
So der Beklagte mit Recht ledig erkant würde.
C. *Captiosas, inutiles & minus necessarias interrogationes in iudicijs fieri non debere.*
Von vnnottürfftigen / vnnützen / gefährlichen Fragen / so vor Gericht beschehen.
CI. *De pœnis corporalibus, quæ vitam tamen non adimunt, neque ad perpetuos carceres damnant, quando ex officio infligun-tur.*
Von Leibstraffen / die nicht zum Tod / oder zu ewiger Gefängnuß gesprochen werden / vnd von Amptswegen beschehen.
CII. *Vt ad mortem comparare se debeat puniendus.*
Von Beichten vnd Vermahnung der Vervrtheilten.
CIII. *Ne, qui damnatis à confessionibus sunt, eos ad temerariam delictorum confessionum reuocationem instigent.*
Daß die Beichtvätter die Armen bekanter Warheit zuläugnen / nicht weisen sollen.
CIV. *De pœnis, & quemadmodum veteri iure prodit as pœnas secundum constitutiones has Imperiales, & temporum regionumq; vsum, interpretari oporteat.*
Ein Vorred / wie man Missethat peinlich straffen sol.
CV. *De maleficiis, quorum pœnæ non sunt expressæ: & rarius eueniunt.*
Von vnbenanten peinlichen Fällen vnd Straffen.
CVI. *Pœna blasphemiæ.*
Wie Gottsschwerer / oder Gotteslästerung gestrafft werden sol.

CVII. *Pœna periurij.*
Straff der jenigen/ so einen gelehrten Eyd vor Richter vnd Gericht meineydig schweren.
CVIII. *Pœna eorum, qui cautionibus iuratis (vrphedas vocant) contraueniunt.*
Straff derer/ so geschwornen Vrphede brechen.
CIX. *Pœna Magiæ & veneficij.*
Straff der Zauberey.
CX. *Pœna famosi libelli, vulgo pasquilli, item picturæ, &c.*
Straff schrifftlicher/ vnrechtlicher/ peinlicher Schmähung.
CXI. *Pœna falsæ, vel adulterinæ monetæ: & si quis sine priuilegio monetam cudat.*
Straff der Müntzfälscher/ vnd auch der/ so ohne habende Freyheit müntzen.
CXII. *Pœna eorum, qui falsa instrumenta, sigilla, literas, libros redituum, rationes, publicas accepti & expensi tabulas, indices falsos, falsa inuentaria, chirographa conficiunt.*
Straff der jenigen/ so falsche Sigel/ Brieff/ Vrbar/ Renth/ oder Zinßbücher/ oder Register machen.
CXIII. *Pœna eorum, qui pondere, mensura, vel adulteratis fucosisq́; mercibus falsum commiserint.*
Straff der Fälscher/ mit Maß/ Wag vnd Kauffmannschafft.
CXIV. *Pœna termini moti.*
Straff der jenigen/ die fälschlich vnnd betrieglich Vntermarckung/ Reynung/ Mahl/ oder Marckstein verrucken.
CXV. *Pœna præuaricationis.*
Straff der Procuratorn/ so jhren Partheyen zu Nachtheil gefährlicher Weise/ den Widertheilen zu gute handeln.
CXVI. *Sodomitæ pœna, siue eorum, qui contra naturam luxuriantur.*
Straff der Vnkeuschheit/ so wider die Natur geschicht.
CXVII. *Pœna incestus.*
Straff der Vnkeuschheit/ mit nahen gesipten Freunden.
CXVIII. *Pœna raptus virginum, aut nuptarum.*
Straff der jenigen/ so Eheweiber/ oder Jungfrawen verführen.

CXIX. *Pœna stupri per vim illati.*
Straff der Nohtzucht.

CXX. *Pœna adultery.*
Straff deß Ehebruchs.

CXXI. *Pœna digamiæ, & consequenter polygamiæ.*
Straff deß Vbels/das in Gestalt zweyfacher Ehe geschicht.

CXXII. *Pœna mariti & parentum, qui vxorem liberosq́ suo lenocinio aliena prostituunt libidini.*
Straff der jenigen/ so jhre Eheweiber / oder Kinder / durch böses Genieß willen / williglich zu vnkeuschen Wercken verkauffen.

CXXIII. *Pœna lenociny, & quorum ope, auxilio consiliove adulteria conciliantur.*
Straff der Verkuplung/vnd helffen zum Ehebruch.

CXXIV. *Pœna proditionis.*
Straff der Verrätherey.

CXXV. *Pœna incendiariorum dolosorum.*
Straff der Brenner.

CXXVI. *Pœna grassatorum.*
Straff der Rauber.

CXXVII. *Pœna seditiosorum.*
Straff der jenigen/ so Auffruhr deß Volcks machen.

CXXVIII. *Pœna eorum, qui animo alios offendendi, à domo sua profugiunt.*
Straff der jenigen/so bößlich außtretten.

CXXIX. *Pœna concussionis.*
Straff der jenigen/so die Leut bößlich berheden.

CXXX. *De homicidiis: quorum alia atrocitatem in se habent, nonnulla leuiora sunt: ob quædam etiam pœna nulla irrogatur. Ac primum de venenariis, eorumq́ pœna.*
Folgen etliche böse Tödtung / vnd von Straff derselben Thäter: Vnd erstlich/von Straff der/die mit Gifft / oder Venenen heimlich vergeben.

CXXXI. *Pœna matris, quæ infantem suum occidit.*
Straff der Weiber/ so jhre Kinder tödten.

CXXXII. *Pœna matrum, quæ infantes exponunt.*
Straff der Weiber / so jhre Kinder/ vmb daß sie der abkommen/ in Gefährligkeit von jhnen legen/ die also gefunden / vnd ernehret werden.

CXXXIII. *Pœna eorum, qui abortionum causam dant.*
Straff der jenigen/ so schwangern Weibsbildern Kinder abtreiben.

CXXXIV. *Pœna medici, qui medicamentis occidit.*
Straff/ so ein Artzt durch seine Artzney tödtet.

CXXXV. *Pœna eius, qui sibi mortem ipse consciscit.*
Straff eygner Tödtung.

CXXXVI. *Si quadrupes pauperiem fecerit, vel hominem occiderit.*
So einer ein schädlich Thier hätte/ das jemands entleibet.

CXXXVII. *Pœna latronum, sicariorum, assasinorum, qui nullam excusationem facti allegare possunt.*
Straff der Mörder vnd Todschläger/ die keine gnugsame Entschuldigung haben mögen.

CXXXVIII. *De manifestis homicidiis, quæ iure facta, pœna eximunt reum.*
Von vnlaugbarn Todschlägen / die auß solcher Vrsachen geschehen / so Entschuldigung der Straff / auff jhnen tragen.

CXXXIX. *Quos moderata sui tutela excuset.*
Erstlich/ von rechter Nohtwehr/ wie die entschuldige.

CXL. *Inculpatæ tutelæ moderamen, quod dicatur.*
Was eine rechte Nohtwehr sey.

CXLI. *Inculpatæ defensionis probatio.*
Daß die Nohtwehr bewiesen werden sol.

CXLII. *Quando & quomodo accusatori inculpatam tutelam neganti, probatio cædis iniustæ incumbat.*

Wann vnd wie in Sachen der Nohtwehr / die Beweisung auff den Anklåger kompt.

CXLIII. *De homicidio nullis præsentibus testibus commisso, cui inculpatæ tutelæ moderamen prætexitur.*

Von Entleibung / das niemands anders gesehen hat / vnnd eine Nohtwehr fürgewendet würde.

CXLIV. *Si aduersus fœminam inculpata tutela prætendatur.*

Von berühmter Nohtwehr / gegen einem Weibsbild.

CXLV. *Si non percussor, sed alius, præter voluntatem vim vi repellentis, occidatur.*

So einer in rechter Nohtwehr / einen Vnschuldigen wider seinen deß Thåters Willen / entleibet.

CXLVI. *De homicidiis casu, nec occidendi animo factis: extra moderatam tutelam.*

Von vngefåhrlicher Entleibung / die wider eines Thåters Willen geschicht / ausserhalb einer Nohtwehr.

CXLVII. *Vulneratus si moriatur, & vtrum vulnus morti causam dederit, nec ne, quæstio exsurgat.*

So einer geschlagen wird / vnd stirbt. vnd man zweiffelt / ob er an der Wunden gestorben sey.

CXLVIII. *Pœna eorum, qui cum homicidium in rixa, vel digladiatione fieret, sibi inuicem auxilium tulerunt.*

Straff derjenigen / so einander in Morden / Schlagen vnd Rumoren fürsetzlich / oder vnfürsetzlich / Beystand thun.

CXLIX. *De cadauere occisi, ante sepulturam inspiciendo.*

Von Besichtigung eines Entleibten vor der Begråbnus.

CL. *Alia homicidiorum genera, in quibus nulla culpa admissa & pœna cessare intelligitur, si modus quidem non excedatur.*

Hernacher werden etliche Entleibung in Gemein berührt / die auch Entschuldigung auff jhn tragen mögen / so darinn ordentlicher Weise gehandelt wird.

CLI. *Qui exceptionem suam reus probare teneatur.*

Wie die Vrsachen / so Entschuldigung bekantlicher That fürgewand / außgeführet werden sollen.

CLII. *Articuli defensionales, si non concludant.*

So deß Thäters gegebene Weisungs Artickel nicht beschliessen.

CLIII. *Reo se adprobationem exceptionis offerente, de sumptibus in litem faciendis, quomodo caueatur.*

Vber wem die Atzung in obgemelter Außführung gehen sol.

CLIV. *De paupertate rei, qui exceptionem probare vult.*

Von grosser Armut / deß / der sich obgemelter Massen defendieren wolt.

CLV. *Absentem damnatum, si in carcerem ex post facto deueniat, audiendum esse.*

So einer in der Mordacht were / in Gefängnus käme / vnd seine Vnschuld außführen wolt.

CLVI. *Quomodo reus in iudicium exceptionem ante deducat, quam in carcerem coniiciatur.*

Von Außführung beschuldigter peinlicher Vbelthat / ehe der Beklagte in Gefängnus kompt.

CLVII. *De furtis: quam varia eorum genera & pœna sint: & primo de furto leuissimo, nec manifesto.*

Vom Diebstal / vnd zum ersten / vom allerschlechsten heimlichen Diebstal.

CLVIII. *De furto manifesto prima vice commisso.*

Vom ersten offentlichen Diebstal / damit der Dieb beschryen wird / ist schwärer.

CLIX. *De furto violento, quod per effractionem, aut in locum superiorem adscensu fit.*

Von ersten gefährlichen Diebstälen / durch Einsteigen / oder brechen / ist noch schwärer.

CLX. *De furto quinq; solidorum, vel maioris pretÿ.*

Vom ersten Diebstal / fünff Gülden werth / oder darüber / vnnd sonst ohne beschwerliche Vmbstände / sol man Rahts pflegen.

CLXI. *Si furtum iteretur.*
Vom andern Diebstal.
CLXII. *Si quis tertium furatus sit.*
Vom Stälen/zum drittenmal.
CLXIII. *Circumstantiæ quando furtum exaggerent.*
Wo mehr/dann einerley Beschwerung bey dem Diebstal erfunden wird.
CLXIV. *De furibus impuberibus.*
Von jungen Dieben.
CLXV. *Expilatæ hæreditatis, & rerum amotarum pœna.*
So einer etwas heimlich nimbt/von Gütern/deren er ein nächster Erbe ist.
CLXVI. *Qui fame, vel frigore coactus, cibum, vestes, & similia furto abstulerit.*
Stälen in Hungersnoht.
CLXVII. *De glande, frugibus, fructibus, & quicquid ex agris percipitur, furto ablatis.*
Von Früchten und Nutzen auff dem Felde/wie/und wann damit Diebstal gebraucht werde.
CLXVIII. *Furtum lignariorum, & arborum furtim cæsarum pœna.*
Von Holtzstälen/oder verbottener Weise abzuhawen.
CLXIX. *Fures piscarij, ut puniantur.*
Straff der jenigen/die Fisch stälen.
CLXX. *Si quis depositi, vel commodati furtum committit.*
Straff der jenigen/so mit verwahrter/oder hinderlegter Haabe ungetrewlich handeln.
CLXXI. *Sacrilegium, quod dicatur.*
Diebstal heiliger und geweyheter Güter/an ungeweyheten stetten.
CLXXII. *Pœna sacrilegij.*
Straff obgemeltes Diebstals.
CLXXIII. *Sacrilegium eleemosynarum.*
Straff derer/so die Almosen stälen.

CLXXIV.

CLXXIV. *Sacrilegium circa res minores commissum.*
Geringer geweyheter Ding Diebstal.

CLXXV. *Personarum conditionis rationem in furtis habendam.*
In Diebstälen alle Vmbstände wol zubetrachten.

CLXXVI. *Pœna & cautiones eorum, à quibus vis damnumue metuitur, & de eorum custodia.*
Von Straff/oder Versorgung der Person/von dem man auß erzeigten Vrsachen/Vbels vnd Missethat warten muß.

CLXXVII. *Pœna eorum, qui ope consilio maleficos iuuerint.*
Von Straff der Förderung/Hülff vnd Beystand der Missethäter.

CLXXVIII. *Pœna conatus ad delictum.*
Straff vnterstandener Missethat.

CLXXIX. *De iis, qui per ætatem, furorem, aut aliis ex causis delinquunt.*
Von Vbelthätern/die Jugend/oder anderer Sachen halben/ jhre Sinne nicht haben.

CLXXX. *Pœna Commentariensis, qui reos clam dimittit.*
So ein Hüter der peinlichen Gefängnus/einem Gefangenen außhilfft.

CLXXXI. *De officio Actuarij, aut Scribæ seu Notarij.*
Vom Ampt deß Gerichtschreibers in peinlichem Proceß.

CLXXXII. *Vt nomen suum, & qui præsentes, cuiq; actui adfuerint, diem, annumq; actis adscribat actuarius.*
Wie der Gerichtschreiber alles vnd jedes beschreiben vnd vnterschreiben sol.

CLXXXIII. *Vt quæ indicia & probationes accusator habet, & deducit actuarius conscribat.*
Wie der Gerichtschreiber der Ankläger Anzeigung/oder Argwohnung/neben deroselben Beweiß/verzeichnen soll.

CLXXXIV. Vt

CLXXXIV. *Vt actuarius quoq; rei allegationes chartis mandet.*
Wie der Gerichtschreiber auch deß angeklagten Notturfft vnd Antwort sol verzeichnen.
CLXXXV. *Vt idem actuarius confessiones rei quoq; annotet.*
Wie der Gerichtschreiber deß Angeklagten Bekäntnuß auffzeichnen sol.
CLXXXVI. *Vt quæ in conuincendo reo geruntur actuarius perscribat.*
Wie der Gerichtschreiber den Beweiß verzeichnen sol.
CLXXXVII. *Vt idem Rei defensiones annotet.*
Daß der Gerichtschreiber deß Angeklagten Entschuldigung verzeichnen sol.
CLXXXVIII. *Vt annotet, quomodo ad officium delata sit accusatio.*
Daß der Gerichtschreiber / wie die Klage an den Richter kommen / verzeichnen sol.
CLXXXIX. *Vt scripta adseruet, in libellos redigat, & secreta ne pandat actuarius.*
Daß der Gerichtschreiber alles fleissig in Ordnung bringe / vnd darüber verschwiegen sey.
CXC. *Actuarius vti sententias concipiat.*
Wie der Gerichtschreiber die endlichen Vrtheilen der Todtstraff halb formieren sol.
CXCI. *Admonitio singularis.*
Eine sonderliche Erinnerung.
CXCII. *Forma cuiuslibet sententiæ, quæ morti vel perpetuis vinculis mancipat.*
Einführung einer jeden Vrtheil zum Tod / oder ewigem Gefängnuß.
CXCIII. *Qui trahæ imponendus est.*
Vom Schleyffen.
CXCIV. *Qui candentibus adurendus forcipibus, vel vncis trahendus.*
Von Reissen mit glüenden Zangen.
CXCV. *Sententia vt concipiatur, cum is vinculis addicitur, à quo vis metuitur.*

Formierung der Vrtheil/eines sorglichen Manns/im Gefängnus zuverwahren.

CXCVI. *De pœnis, quæ citra mortem, & perpetuos carceres infliguntur.*

Von Leibstraff/ die nicht zum Tod/ oder gefänglicher Verwahrung/ wie obstehet/ gevrtheilet werden sol.

CXCVII. *Sententiæ corporibus citra mortem infligendæ, quemadmodum concipiantur.*

Einführung der Vrtheil/ vorgemelter peinlicher Leibsstraff halb/ die nicht zum Tod gesprochen werden.

CXCVIII. *Ad amputationem linguæ,* Abschneidung der Zungen: *Mutilationẽ digitorum,* Abhawung der Finger/ *Aurium resectionem,* Ohren abschneiden/ *Fustigationem seu virgarum castigationem,* Mit Ruthen außhawen.

CXCIX. *Sententiæ absolutoriæ forma.*

Form der Vrtheil/ zu Erledigung einer beklagten Personen.

CC. *Cautio, siue admonitio.*

Noch eine Erinnerung.

CCI. *Verba sententiæ absolutoriæ.*

Wort der Vrtheil/ zu Erledigung einer beklagten Personen.

CCII. *Vt acta iudiciaria diligenter adseruentur.*

Daß die Gerichtshändel vnd Vrtheil in dem Gericht sollen behalten werden.

CCIII. *Ne quis error ab actuario committatur.*

Damit der Gerichtschreiber alles recht vernehmen möge/ sol er sich dessen erkunden.

CCIV. *Sportularum, siue expensarum in causis criminalibus custodibus debitarum modus, qui esse debeat.*

Von den Gerichtskosten an den peinlichen Gerichten.

CCV. *Ne Iudex quicquam accipiat, vt iudicet.*

Wie der Richter für Straffung der Vbelthäter/ keine sonderliche Belohnung nehmen sol.

CCVI. *De bonis reorum, qui in fuga degunt.*
Wie es mit der flüchtigen Vbelthäter Gütern gehalten werden sol.
CCVII. *Si res furtiuæ, aut vi raptæ possessæ in iudicium veniant.*
Von gestolener oder geraubter Haab/ so in die Gericht kompt.
CCVIII. *Vt res litigiosa domino restituatur.*
Daß die geraubte oder gestolene Güter/ dem Herrn sollen wider zugestellet werden.
CCIX. *Rei furtiuæ, aut vi possessæ nullam esse vsucapionem.*
Gestolene Güter werden nicht verjähret.
CCX. *Quæ & quomodo super re litigiosa cautio exigatur, quæ alterutri partium committitur.*
Von gnugsamen Vorstand vnd Caution/ so zuleysten ist.
CCXI. *Si res furtiua apud furem, rapta apud raptorem concipiatur.*
So gestolene oder geraubte Güter/ beym Diebe oder Rauber werden angetroffen.
CCXII. *Rei furtiuæ, raptæ indicia.*
Gnugsame Anzeigung geraubter oder gestolener Güter.
CCXIII. *Impensæ in rem furtiuam, vel raptam recuperandam factæ, mediocres tantum refundendæ.*
Daß ziemliche nottürfftige Atzung/ so auffgangen/ zuerstatten.
CCXIV. *Neminem cogendum, vt accuset.*
Daß niemand zuklagen sol genötiget werden.
CCXV. *De erigendis, vel reparandis furcis & patibulis.*
Mit was Maß die Werckleute in den peinlichen Gerichten/ nottürfftige Galgen zumachen/ vnnd zubessern schuldig seyn.
CCXVI. *Vt qui non sufficit mulctæ exsoluendæ, luat carcere.*
Wer die Geldstraff nicht erlegen kan/ muß das Gefängnus leyden.
CCXVII. *Extensio superioris constitutionis ad cæmentarios.*
Was aber von den Zimmerleuten gesagt/ wird auch von den Mäwrern verstanden.

CCXVIII. *Consuetudines, seu corruptelas potius, ex vsu forensi multas & malas tolli oportere.*

Daß Mißbräuche vnd böse vnvernünfftige Gewonheiten / so an etlichen Orten vnd Enden gehalten werden / sollen abgeschafft seyn.

CCXIX. *Quomodo prudentes, togati, Aduocati disertissimi, conscribi, vel ad superiores de rebus dubiis atq; obscuris referri debeant.*

Erklärung / bey wem / vnd an welchen Orten Raht gesucht werden sol.

Vorrede

Deß Peinlichen Halßgerichts.

WIr Carol der Fünffte/ von GOttes Graden/ Römischer Keyser/ zu allen Zeiten Mehrer deß Reichs/ König in Germanien/ zu Castilien/ zu Arragon/ zu Legion/ beyder Sicilien/ zu Jerusalem/ Hungarn/ zu Dalmatien/ zu Croatien/ Navarra/ zu Granaten/ zu Toleten/ zu Valentz/ zu Gallicien/ Majoricarum/ Hispalis/ Sardinien/ Cordube/ Corsice/ Murtie/ Giennis/ Algarbien/ Algezire/ zu Gibraltaris/ vñ der Insulen Canarie/ auch der Insulen Indiarum/ vnd Terrefirme/ deß Meers Oceani/ ꝛc. Ertzhertzog zu Oesterreich/ Hertzog zu Burgundi/ zu Lotterich/ zu Braband/ zu Steyer/ Kernten/ zu Krain/ Limpurg/ Geldern/ Wirtenberg/ Calabrien/ Athenarum/ Neopatrie/ Grave zu Habspurg/ zu Flandern/ zu Tyrol/ zu Görtz/ Parsiloni/ zu Arthois/ zu Burgund/ Pfaltzgraff in Hennegaw/ zu Holand/ zu Seeland/ zu Pfird/ zu K.burg/ zu Namur/ zu Rosilion/ zu Ceritan/ vnd zu Zütphen/ Landgraff in Elsaß/ Marggraff zu Burgaw/ zu Oristani/ zu Gotiani/ vnd deß heiligen Römischen Reichs Fürst zu Schwaben/ zu Catalonia/ Austuria/ ꝛc. Herr in Frießland/ auff der Windischen Marck/ zu Portenaw/ zu Biscaia/ zu Mölin/ zu Salins/ zu Tripoli/

vnd zu Mecheln. Bekennen offentlich: Nach dem durch Vnsere vnd deß H. Reichs Churfürsten / Fürsten vnd andere Stände / stattlich an Vns gelangt / wie im Römischen Reich Teutscher Nation / altem Gebrauch vnd Herkommen nach / die minsten peinlich Gericht mit Personen / die Vnsere Keyserliche Recht nicht gelehret / erfahren / oder Vbung haben / besetzt werden / vnd daß auß demselben an vielen Orten offtermals wider Recht vnd gute Vernunfft gehandelt / vnd entweder die Vnschuldigen gepeiniget vnd getödt / oder aber die Schüldigen durch vnordentliche gefährliche vnd verlängerliche Handlung den peinlichen Klägern / vnd gemeinem Nutz zu grossem Nachtheil gefristet / weggeschoben vnd erledigt werden / vnd daß nach Gelegenheit Teutscher Land / in diesen allen / altem langwirigem Gebrauch vnd Herkommen nach / die peinlichen Gericht an manchen Orten mit Rechtsverständigen / erfahrnen vnd geübten Personen nicht besetzt werden mögen: Demnach haben Wir sampt Churfürsten / Fürsten vnd Ständen / auß gnädigem geneygtem Willen / etlichen gelehrten / trefflichen / erfahrnen Personen befohlen / ein Begriff / wie vnd welcher Gestalt in peinlichen Sachen / vnd Rechtfertigungen / dem Rechten vnd Billigkeit am gemästen gehandelt werden mag / zu machen / in ein Form zusammen zuziehen. Welches Wir also in Truck zubringen / verschafft haben / daß alle vnd jede / Vnser vnd deß Reichs Vnterthanen sich hinfürter in peinlichen Sachen / in Bedenckung der Grösz vnd Fährligkeit derselben / jetzt angezeigten Begriff dem gemeinen Rechten / Billichkeit vnd löblichen hergebrachten Gebräuchen / gemäß halten mögen / wie ein jeglicher / ohne zweiffel / für sich selbst zuthun geneyget / vnd deßhalben von dem Allmächtigen Belohnung zu empfangen verhoffet. Doch wöllen wir durch diese gnädige Erinnerung Churfürsten / Fürsten vnd Ständen / an jhren alten / wolhergebrachten rechtmässigen vnd billichen Gebräuchen / nichts benommen haben.

IN
PROOEMIVM CONSTITVTIONVM CRIMINALIVM CAROLI V. IMPERATORIS.

HOc Prooemium continet confirmationem Con- 1
stitutionum Criminalium. Circa causas & pœnas criminales autem, videndum est, an illa vox Peinlich/ saltem ad eas pœnas pertineat, quæ corporis afflictiuæ sunt, an vero etiam ad alias extendatur leuiores.

D. Theodorus Reinking *in tract. de regimine seculari & Eccle-* 2
siastico lib. 2. classe 2. cap. 14. num. 38. scribit, se aliquando incidenter de hac quæstione cum Gothofredo Antonio contulisse, & conatum fuisse defendere sententiam Domini Ernesti Cothmanni *resp. Academico* 1. *num.* 192. *&* 206. vbi tradit, vocem peinlich Germanis semper pœnas corpori afflictiuas significare. At Gothofredum Antonium illam sententiam impugnasse sequentibus rationibus.

1. Pœna infamiæ, corporalis dici nequit, Leibsstraff/ sed 3
ab ea distat *l. si quis forte 6. §. vlt. ibi, aut coërcitionem corporis.* iunct. *l. 7. & 8. ibi, aut damnum cum infamia ff. de pœn.* Constit. Crimin. Carol. *artic.* 104. ibi, keinerley peinlicher Straff am Leben/ Ehren/ Leib oder Gliedern/ *& artic.* 110. ibi, an seinem Leib/ Leben/ oder Ehren peinlich gestrafft werden möchte/ & arg. *artic.* 196. iunct. *rubr.* vbi Leibstraff/

straff, quæ non est ad mortem vel carcerem, definitur, quod fiat an Leib oder Gliedern/ idemq; apparet ex subiectis exemplis *in artic. seqq.* Pœnam autem infamiæ etiamnum ex Constit. publicorum iudiciorum Carol. V. criminalem esse, eine peinliche Straff/ manifestum est ex *d. artic.* 104. *ibi*, in was Sachen/ oder derselben gleichen/ vnser Keyserlich Recht/ keinerley peinliche Straff am Leben/ Ehren/ Leib vnd Gliedern setzen oder verhengen/ ꝛc. iunct. *rubr.* ibi, wie man Missethat peinlich straffen sol. & *d. artic.* 110. ibi, an seinem Leib/ Leben vnd Ehren peinlich gestrafft werden möchte/ iunct. *rubr.* ibi, peinliche Schmähung.

4 2. Pœna relegationis corporalis non est; sed ab ea distinguitur Constit. Crimin. Carol. *artic.* 113. ibi, jhm das Land verbotten/ oder an seinem Leib/ ꝛc. & arg. *d. artic.* 196. iunct. *rubr. Constit. Elect. Saxon. August. p. 4. artic.* 11. *&* 12. & arg. *d. l. 6. §. vlt. ibi, aut exilium, aut coërcitionem corporis contineant, ff. de pœn.* At pœna relegationis haud dubie criminalis est, etiam ex nouissimis publicorum iudiciorum legibus, si scilicet ex causa doli, & in publico iudicio, veluti falsi commissi, & similium, irrogetur, *d. artic.* 113. ibi, der sol zu peinlicher Straff angenommen/ ꝛc.

5 3. Pœna priuationis dignitatis, corporalibus pœnis accenseri non potest. *d. l. 6. §. vlt. ibi, aut coërcitionem corporis*, iunct. *l. 8. ibi, aut dignitatis aliquam depositionem, ff. de pœn.* Hæc autem quin criminalis sit, etiam ex consuetudine hodierna, si ex causa publici iudicij infligatur, negari non potest; quia semper habet coniunctam infamiæ pœnam, *l. infamem* 7. *de publ. iudic.* & arg. *l. iudices* 12. *C. de dignit.* item arg. *l.* 4. §. 8. *vers. exauctoratus, à contrario sensu, ff. de re milit.* Ac proinde etiam criminalis est, ex Constitutione Caroli V. arg. *d. artic.* 104. & *d. artic.* 110. ibi, an seinem Leib/ Leben vnd Ehren.

6 4. Pœna confiscationis bonorum, vel omnium, vel certæ partis in iudicio publico irrogata, veluti ex L. Julia de vi priuata, vtiq; etiam ex iure hodierno pro criminali habenda est, præsertim cum coniunctam habeat infamiæ pœnam, arg. *d. l. 7. de publ. iud. l. 8. de pœnis. §. 2. Instit. de publ. iudic. l. 1. in pr. l. vlt. ff. ad l.*

Iul. de

Iul de vi priu. iunct. *Constit. Carol. d. art.* 104. 110. tametsi hæc confiscationis pœna corporalibus adnumerari non possit, arg. *d. l. 6. §. vlt. ibi, aut coërcitionem corporis.* iunct. *d. l. 8. ff. de pœn. d. §. 2. Instit. de publ. iudic. l. 2. ff. eod. Nou.* 134. *cap.* 13. *vers. vt autem non solum Constit. Carol. artic.* 111. *versic.* welcher aber/ ꝛc. *vers.* am Leib oder Gut. & arg. *d. artic.* 196. iunct. *rubric. & artic.* 198. *versic.* merck! so ein Vbelthäter.

5. Damnum, siue pœna pecuniaria, quæ ex causa publici iudicij imponitur, & infamiam secum trahit, vtiq; etiam criminalis est, ex Constitut. Carol. V. arg. *d. artic.* 104. *versic.* aber sonderlich ist zumercken. & *d. artic.* 110. iunct. *artic.* 111. *& artic.* 164. Atqui regulariter omnis pœna pecuniaria, quæ in iudiciis publicis ex causa doli irrogatur (si enim ex sola culpa, veluti propter excessum in culpatæ tutelæ, irrogetur, aliud dicendum) infamiam secum trahit arg. *d. l. 7. de publ. iudic. & d. l.* 8. *ibi, aut damnum, cum infamia. de pœn. l. 2. ff. de publ. iud. constit. crim. Carol. V. d. art.* 111. *ibi,* an Leib der Gut/ *artic.* 164. *ibi,* an Gut/ Leib/ oder Leben/ *artic.* 169. *&* 198. *vers.* merck/ so ein Vbelthäter. 7

6. Sic, qui dolo malo radit, vel minuit alterius monetam ex Constitutione Carolina criminali arbitrio iudicis punitur, am Leib oder Gut *d. artic.* 111. *ibi,* gefährlicher Weiß/ *& paulo post,* der sol gefänglich eingelegt/ vnd nach Raht am Leib oder Gut. Hanc autem pœnam in criminali iudicio irrogari, in einem peinlichen Gerichte/ probatur ex materia subiecta, & ex inscriptione harum Constitutionum criminalium, ibi, peinliche Gerichts Ordnung/ ꝛc. tum etiam ex eo, quod iure quoque ciuili tale crimen vindicatur Paul. *lib. 5. recept. sentent. tit. 25. in pr.* iunct. *l. 8. & 9. ad L. Cornel. de fals.* Cui consequens est, damnatos quoq; infames reddi, arg. *d. l. 7. de publ. iudic.* eoque magis ex Constitutione Caroli V. hanc pœnam pro criminali habendam esse, arg. *d. artic.* 104. *vers.* aber sonderlich ist zuvermercken/ *& artic.* 110. 8

7. Simile exemplum extat in Constitutione Criminali Carol. V. *d. artic.* 164. iunct. *d. l. 7. in fin. de publ. iudic. & d. artic.* 104. *& artic.* 110.

8. In Constitutione criminali *artic. 105.* sancit Imperator vbicunq; in criminalibus iudiciis, in peinlichen Fällen/ pœna criminalis, die peinliche Straff/ hac constitutione criminali, non satis est expressa, vel declarata, recurrendum esse ad ius ciuile. Hæ autem pœnæ ex iure ciuili non tantum corporales, sed & non corporales, veluti pœna relegationis, infamia & damnum pecuniarium, cum similibus. *d.l.1.in prin.& l.fin.ad L.Iul.de vi priu. l.2.de public. iudic. §.2. Instit. eod. d.l.6.§. vltim.* iunct. *l.8. de pœn. l.2.§. vltim.de L.Iul.de annona.l.4.§.5.& l.penult.ff.ad L Iul pecul.cum similib.*

9. Confirmatur hæc sententia ex Ordinatione Cameræ Imper. *p.2.tit.28.* Item/ Nach dem/ ibi, daß hinfürter in peinlichen Sachen/ die Leibstraff auff jhnen tragen/ etc. Quorsum enim opus fuisset ista restrictione per particulam *Qua*, si omnes criminales causæ pœnam corporalem cōtinerent? Et manifestius *ex eod.§. in illis verbis*, daß in peinlichen Sachen / auch Leibstraff belangend. Particula enim, auch/ implicatiua est, & satis etiam ostendit, criminales causas esse, quæ nullam corporis pœnam efflagitant.

Hæ sunt rationes Gothofredi Antonij, relatæ à Theodoro Reinking *d.loc.nu.38.cum seqq. vsq. ad num. 49.* vbi addit Reinking: Ex hisce satis apparere, non solum illas causas, ex quibus pœna corpori infligitur, sed etiam leuiores, non per quandam analogiam & conuenientiam, sed proprie criminales peinlich appellari. Neq; enim verba esse improprianda, præsertim toties iterata, si non expresse constet legislatorem aliud voluisse, *l. non aliter, ff.de legat.3.* vel si proprie accepta effectum nullum operentur, vel talem ex quo aliquis absurdus sequeretur intellectus. Sichard. *ad l.fin.nu.3.C.de hared.instit.* quod tamen hic dici non possit. Reinking *d.loc.*

10 Sed quantum huic opinioni tribuendum sit, facile patebit, si quis contra conferat tradita D. Ernesti Cothmanni, magni illius & celeberrimi ICti *resp. Academico 1.n.173.* vbi scribit: Certissimam esse iuris definitionem, quod, licet capitalis causa, latine loquen-

Cothmanni opinio.

loquendo omnis causa existimationis videatur, *l. licet, ff. de verb. sign.* qua ratione etiam omne iudicium famosum, etsi ciuile est, nec ex eo vlla capitis diminutio sequitur, appellari potest capitale Jac. Cuiac. *ad d. l. licet.* tamen pœnæ capitalis appellatio regulariter mortis, vel amissionis vitæ intelligenda sit. *l. 2. de publ. iudic. l. capitalium circ. princ. ff. de pœn. d. l. licet. l. edicto, ff. de bon. possess.* Jac. Menoch. *de arbit. iud. quæst. casu 265. nu. 3.* Et hæc decisio à iure ciuili est, quod deportatum pro ciuiliter mortuo habet (quamuis moribus nostris deportatio ex vsu recessit, & in eius locum fustigatio successit Matth. Wesenb. *in paratt. ff. de quæst. nu. 5. & de pœnis nu. 4.*)

Recte ergo dicimus, capitalem pœnam nihil aliud esse, quam quæ mortem infert, eamque vel naturalem, vel ciuilem Bartol. *in l. 2. nu. 2. ff. de publ. iudic.* Et hac ratione Interpretum quidam causas capitales esse rectissime scribunt, ob quas vel supplicium, siue mors irrogatur, siue membrum abscinditur, vel fustigatio adhibetur, vel quæ alia corporis afflictiua pœna imponitur. Angel. *in l. seruum, § publico nu. 7. & 8. ff. de procurat.* D. Cothm. *d. loc. num. 175. & nu. 197.* vbi dicit: Quamuis autem capitalia crimina, si per se generaliter, simpliciter, & nulla ad alia scelera facta relatione dicantur, & considerentur, generalem significationem & interpretationem admittant, tamen capitalia crimina aliis criminibus opposita, solum ea crimina denotant, quæ sanguinis pœnam, vel quam aliam corporis afflictiuam irrogāt. Ita nominatim accepit, & à criminibus, ob quæ existimatio nostra, vel minuitur, vel consumitur, cuiusmodi deportatio est, expressim distinxit capitale crimen, Callistratus *in l. cognitionum, ff. de var. & extraord. cognit.* & Imperatores capitalia crimina, non capitalibus opponentes, illa, quæ sanguinis pœnam irrogant, hæc, quæ sanguinis pœnam non inferunt, nominatim definiunt *l. transigere, C. de transact.*

Sic constat quoq;, coërcitionem, iuris nostri authoribus, proprie nihil aliud esse, quam pœnam corporis afflictiuam. *l. si quis forte, in fin. cum l. seq. ff. de pœn.* Recte autem corporis coërci-

8. In Constitutione criminali *artic. 105.* sancit Imperator vbicunq; in criminalibus iudiciis, in peinlichen Fällen/ pœna criminalis, die peinliche Straff/ hac constitutione criminali, non satis est expressa, vel declarata, recurrendum esse ad ius ciuile. Hæ autem pœnæ ex iure ciuili non tantum corporales, sed & non corporales, veluti pœna relegationis, infamia & damnum pecuniarium, cum similibus. *d. l. 1. in prin. & l. fin. ad L. Iul. de vi priu. l. 2. de public. iudic. §. 2. Instit. eod. d. l. 6. §. vltim.* iunct. *l. 8. de pœn. l. 2. §. vltim. de l. Iul. de annona. l. 4. §. 5. & l. penult. ff. ad L. Iul. pecul. cum simil.b.*

9. Confirmatur hæc sententia ex Ordinatione Cameræ Imper. *p. 2. tit. 28.* Item/ Nachdem/ ibi, daß hinfürter in peinlichen Sachen/ die Leibstraff auff jhnen tragen/ ꝛc. Quorsum enim opus fuisset ista restrictione per particulam *Qua*, si omnes criminales causæ pœnam corporalem cõtinerent? Et manifestius *ex eod. §. in illis verbis*, daß in peinlichen Sachen / auch Leibstraff belangend. Particula enim, auch/ implicatiua est, & satis etiam ostendit, criminales causas esse, quæ nullam corporis pœnam efflagitant.

Hæ sunt rationes Gothofredi Antonij, relatæ à Theodoro Reinking *d. loc. nu. 38. cum seqq. vsq; ad num. 49.* vbi addit Reinking: Ex hisce satis apparere, non solum illas causas, ex quibus pœna corpori infligitur, sed etiam leuiores, non per quandam analogiam & conuenientiam, sed proprie criminales peinlich appellari. Neq; enim verba esse impropriand, præsertim toties iterata, si non expresse constet legislatorem aliud voluisse, *l. non aliter, ff. de legat. 3.* vel si proprie accepta effectum nullum operentur, vel talem ex quo aliquis absurdus sequeretur intellectus. Sichard. *ad l. fin. nu. 3. C. de hæred. instit.* quod tamen hic dici non possit, Reinking *d. loc.*

10 Sed quantum huic opinioni tribuendum sit, facile patebit, si quis contra conferat tradita D. Ernesti Cothmanni, magni illius & celeberrimi ICti *resp. Academico 1. n. 173.* vbi scribit: Certissimam esse iuris definitionem, quod, licet capitalis causa, latine loquen-

Cothmanni opinio.

loquendo omnis causa existimationis videatur, *l. licet, ff. de verb. sign.* qua ratione etiam omne iudicium famosum, etsi ciuile est, nec ex eo vlla capitis diminutio sequitur, appellari potest capitale Jac. Cuiac. *ad d. l. licet*, tamen pœnæ capitalis appellatio regulariter mortis, vel amissionis vitæ intelligenda sit. *l. 2. de publ. iudic. l. capitalium circ. princ. ff. de pœn. d. l. licet. l. edicto, ff. de bon. possess.* Jac. Menoch. *de arbit. iud. quæst. casu 265. nu. 3.* Et hæc decisio à iure ciuili est, quod deportatum pro ciuiliter mortuo habet (quamuis moribus nostris deportatio ex vsu recessit, & in eius locum fustigatio successit Matth. Wesenb. *in paratt. ff. de quæst. nu. 5. & de pœnis nu. 4*)

Recte ergo dicimus, capitalem pœnam nihil aliud esse, 11 quam quæ mortem infert, eamque vel naturalem, vel ciuilem Bartol. *in l. 2. nu. 2. ff. de publ. iudic.* Et hac ratione Interpretum quidam causas capitales esse rectissime scribunt, ob quas vel supplicium, siue mors irrogatur, siue membrum abscinditur, vel fustigatio adhibetur, vel quæ alia corporis afflictiua pœna imponitur. Angel. *in l. seruum, § publico nu. 7. & 8. ff. de procurat.* D. Cothm. *d. loc. num. 175. & nu. 197.* vbi dicit: Quamuis autem capitalia crimina, si per se generaliter, simpliciter, & nulla ad alia scelera facta relatione dicantur, & considerentur, generalem significationem & interpretationem admittant, tamen capitalia crimina aliis criminibus opposita, solum ea crimina denotant, quæ sanguinis pœnam, vel quam aliam corporis afflictiuam irrogāt. Ita nominatim accepit, & à criminibus, ob quæ existimatio nostra, vel minuitur, vel consumitur, cuiusmodi deportatio est, expressim distinxit capitale crimen, Callistratus *in l. cognitionum, ff. de var. & extraord. cognit.* & Imperatores capitalia crimina, non capitalibus opponentes, illa, quæ sanguinis pœnam irrogant, hæc, quæ sanguinis pœnam non inferunt, nominatim definiunt *l. transigere, C. de transact.*

Sic constat quoq; coërcitionem, iuris nostri authoribus, proprie nihil aliud esse, quam pœnam corporis afflictiuam. *l. si quis forte, in fin. cum l. seq. ff. de pœn.* Recte autem corporis coërcitioni,

tioni. Vlpianus *in d. l. si quis forte.* etiam vitæ ademptionem opponit, quemadmodum nostro idiomate facimus, quando dicimus Lebensstraff / oder Leibstraff / vel, die Straff gehet an Leib vnd Leben.

13 Si verbum Leibstraff accipias generice, tunc sub se complectitur Leib vnd Lebensstraff / si specifice sumas, Leibstraff / potest opponi verbo Lebensstraff. Simili ratione coërcitionis vox late sumpta, mortem quoq; complectitur; specifice accepta, à mortis naturalis pœna distinguitur *d. l. si quis forte*. Semper tamen verum permanet, Leibstraff siue coërcitionem corporis nullam esse aliam pœnam, nisi corpore exceptam D. Cothman. *d. resp.* 1. *num.* 219. Atque hoc modo ius Saxonicum causam criminalem, vel iudicium criminale dicit, wann die Klage gehet zu Haut vnd Haar / hoc est, quando ad pœnam corporis afflictiuam agitur, Landrecht. *lib.* 1. *artic.* 53. *& lib.* 3. *artic.* 32. *& lib* 1. *artic.* 68. & in eo omnes doctos Practicos, reiectis aliorum altercationibus consentire, testatur D. Cothmannus *d. loc. nu.* 186 *& num.* 191. vbi scribit,
14 vocem peinliche / & causas criminales, nequaquam quascunque causas criminales intelligendas, sed solas eas accipiendas; ex quibus pœna in corpus infligitur; nam sic dicimus, peinliche Frage / siue torturam, quia infertur corpori, item peinliche Anklage / siue accusationem, quæ ad mortem, vel pœnam corpore excipiendam proponitur: Item, peinliche Sachen / siue causas, quæ corporis pœnam inferunt Ordin. Cameræ *p.* 2. *cap.* 28. *vers.* Item / Nach dem auch. Daniel Moller. *lib.* 2. *semest. cap.* 1. *nu.* 1. Petrus Friderus *lib.* 1. *de process. cap.* 9. *artic.* 12. quando scribit; Germanis, vocem peinlich / semper pœnas corporis afflictiuas similesve grauiores pœnas significare; si modo per similes grauiores pœnas voluit intellectas pœnas, quæ corpori irrogantur.

15 Cæterum cauillantur aduersarij, dicit D. Cothmannus *d. loc. num.* 193. quando dicunt Constitutionem Carolinam peinliche Halßgerichts Ordnung non tantum de corporalibus, quæ corpori infliguntur, pœnis, sed & de aliis pœnis, quæ corpus non tangunt, agere & tractare. Nam rubrica & titulus Constitutionis

nis illius ab eo, quod summum, principalius & frequentius est, nomen & appellationem sortitur. Potiora & frequentiora crimina, de quibus constitutio agit, illa sunt, propter quæ corpori pœna infligitur, ex quo dicitur peinliche Ordnung. Pleræq; etiam pœnæ excipiuntur ceruice, cuiusmodi est pœna gladij, strangulatio, contusio ceruicis, quæ fit per totam, combustio, cui vt plurimum adiuncta est strangulatio: & inde appellatur Halßgerichts Ordnung.

Ac quamuis aliæ quoque pœnæ, quæ non sunt corporales, welche nicht peinlich seyn/ ea constitutione continentur, qua ratione constitutionis illius articulo primo criminalia iudicia, siue peinliche Gericht dicuntur, quæ existimationem, corpus, vitam & bona concernunt; tamen id non fit proprietate & significatione genuina verbi peinlich, sed per consequentiam, & propter cognationem quandam, quæ est delictorum & criminum omnium communis: Quo fit, quod Constitutio Carolina *artic. 197. & seqq.* seipsam satis explicet, & causas capitales criminales peinliche Sachen proprie eas solas definiat, ex quibus pœna corpori extrinsecus infligitur, welche an Leib vnd Leben gehen/ vti habet *artic. 177. & artic. 178. eiusdem constitutionis.* Hæc tradit D. Ernestus Cothmannus *d. resp. 1. num. 191. & seqq.* pro qua sententia *in toto illo responso & passim alibi in responsis Academicis*, plura adhuc adducit: ex quibus facile responderi potest, ad rationes Gothofredi Antonij, nuper ex Reinkingen relatas & adductas. 16

Nach dem durch Vnsere vnd deß heiligen Reichs Churfürsten/ Fürsten vnd andere Stände stattlich angelangt/ rc. Hæc est harum legum capitalium Caroli V. Imperatoris ferendarum occasio; Querela Electorum Septemvirûm, Procerum, Principum, nec non reliquorum sacrosancti Imperij Romani Ordinum: In multis nimirum passim minorum oppidorum & communitatum foris, homines tam veteris iuris, quod ne summis quidem labris degustarint, quam nouissimarum Constitutionum, ignaros, cæterisq; in rebus ad iudicia eorumq; exercitationem pertinentibus minime expertes versari: Et eorum quidem alios 17

Judicum ſeu Sculretorum, alios Aſſeſſorum ſeu Scabinorum perſonas magis ludere, quam agere; idque non ſine pernicioſo Reipublicæ dedecore. Tales enim iudices, quia quotidie plurima contra ius ſcriptum, ſanctas & à nemine violandas leges, ſanam deniq; rationem committere neceſſum eſt: duo pericu-loſiſſima Reip. vulnera infligi, hoc eſt, maxima & irreparabilia emergere incommoda, cum pacis publicæ iactura, contingit: quorum alterum eſt, inſontes in vincula coniici, quæſtionibus temere ſubiici, & maiori etiam audacia pœnis immeritis affici: alterum vero, criminum vere reos diuturna & fraudulenter interpoſita mora, non ſine accuſatorum fruſtratione, ac ſubdola eluſione, iuſtæ condemnationi eximi, & carceribus liberatos abſolui: quod nihil aliud eſt, quam peccandi impunitatem in mediũ effuſis habenis proponere. Atq; hæc quidẽ, dum peſſimis hactenus fiebant exemplis, neque vlla de corruptelis eiuſmodi tollendis, iudiciisque conuenienti formæ reſtituendis, ſpes aliunde affulſerat, ne iudicia plane corruerent, & iuſtitia penitus exularet, metuendum erat. *Ideo Imperator*, ne talia ſciens diſſimulando ac tolerando approbare, qui prohibere poſſet, videretur, vt ſanis occurreret conſiliis, manifeſta crebraq; flagitatione officium Imperatoris Caroli V. interpellatum eſt.

Quare pacatis & compoſitis Imperij rebus, inter alia, quæ Carolum V. vrgebant negotia, ad publicorum iudiciorum leges renouandas, atq; in vſum reuocandas mature deſcendit: vt tanta mala, quæ antea commemorata, anticipans, Reipubl. corpus ſaluum & incolume præſtet. Nec alia de cauſa, Auguſtæ Vindelicorum, calatis celebratis Comitiis, in frequentiſſima Ordinum panegyri, illuſtres viros, quorum præter facundiam, legum ſcientiam, ſolertiam, & circa iuſſiones Imperiales fidem ex multis rerum argumentis ante cognitam, habuit, pro auctoritate conuocauit, eamque poteſtatem dedit; quo, qua iuris peritia, & variarum per Imperij prouincias conſuetudinum cognitione excellerent, graui LIBRO leges publicorum iudicio-

rum

rum hinc inde dispersas, & ante confuse tractatas, tum etiam per prauas, quæ cateruatim irrepserant, consuetudines antiquatas, vnum in fascem colligerent: materias, cæmenta, tigna, methodi ratione seruata, recte disponerent; ad nostri seculi mores accommodarent; omnia ex æquo-bono statuerent.

Eas leges, ducentis & viginti plus minus articulis comprehensas, in altera Ratisponæ, altero à trigesimo anno celebrata Imperij Synodo, vnanimi Ordinum calculo approbatas atque acceptatas, Imp. Carolus V. promulgari, ac typis mandari curauit. Et nunc quidem eas publicè proponi, in auditoriis legi, doceri, explicari, allegari, in foro teri, iudicando sancte obseruari vult: vt quotquot in orbe Romano legum studiosi erunt, hinc maleficiorum puniendorum ordinem discant, prudentes alios instruant: & qui potestatem legitime vsurpant, hic habeant, quod ius gladij exercentes, tam pœnis reos addicendo sequantur, quam absoluẽdo insontes fugiant, & quotiescunque de causis capitalibus, quæ hominum caput, salutem, famam, fortunas, non oleum, triticumve legatum, concernunt, decernẽdum erit, hanc in æternam valituram Constitutionum Imperialium EPITOMEN sibi ob oculos religiose versandam proponant. Notat optimus & Cl. ICtus Georgius Remus *in proœmio Constitutionum Criminalium Caroli V.*

Doch wollen wir durch diese gnädige Erinnerung Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen an jhren alten wolhergebrachten/ rechtmässigen vnd billichen Gebräuchen nichts benommen haben. Dum Imperator Carolus V. has in medium profert leges, & iudiciorum capitalium ordinem integritati suæ restituit: nihil Electorum, Septemvirûm, nihil Principum & ordinum reliquorum, Nobilitatis, ciuitatumq; priuilegiis, prærogatiuis, regionum moribus, & à longissima annorũ serie deductis consuetudinibus, quæ modo à recta ratione & æquo bono nihil discrepent, detractum vult; ne quod bene salubriterq; à maioribus diuturno studio introductum est, ex improuiso turbare videatur: sed vnicuiq; ius suum inta- 18

intactum illibatumq; relinquit. D. Georg. Remus *in d. procem. constit. crimin. Caroli V.*

19 Et sane, quia consuetudo alias est optima legum interpres, imprimis in delictis puniendis est inspicienda consuetudo loci. *l. saccularij, §. sunt quædam, ff. de extraord. criminib. l. aut facta, §. pen. in fin. ff. de pœn.* Boër. *decis. 297. nu. 16. cum ibi alleg.* Consuetudo enim & lex, quantum ad obseruantiam, & decisionem causarum, parem vim obtinent *l. de quibus,* vbi Dd. *ff. de legib.* Et recte dicit IC. minime esse mutanda, quæ certam interpretationem & obseruationem habuerunt *l. minime, ff. d. tit. de legib.* Denique quod in criminalibus quoq; causis earumq; cognitione, tractatione ac decisione mores & consuetudines locorum sunt obseruandæ & sequendæ, comprobat etiam Imp. Carolus V. *artic. 1. artic. 8. artic. 156. & aliis plerisq;.*

20 Et sic legimus maleficia apud diuersas gentes diuersimode puniri, quod eleganter exemplificat ICtus *in l. aut facta, ff. de pœn.* Quod in Gallia nunquam auditum fuerit, adulteros pœna iuris puniri scribit Johannes Fabri *in §. ex non scripto n. 14. Instit. de iure natur. gent. & ciu. & in §. item lex Iulia. Instit. de publ. iudic.* Similiter & per totam Italiam, pœnam adulterij iure communi constitutam, per statuta ciuitatum, mutatam esse in pœnam pecuniariam, tradit Tiraquellus *in lib. de legib. connubialib. in glossa l. 13. nu. 22.* Quin etiam in quibusdam locis Germaniæ, ex statuto, adulteria gladio non statim puniri, constat. Cæterum, quod gladio non puniantur adulteria: de eo grauiter conqueritur Iohannes Fichardus *consil. 65. num. 2. volum. 1. & consil. 112. num. 4.*

IMPE-

IMPERATORIS CAROLI V. ET SACRI ROM. IMP. ORDINUM, LEGUM, SIVE CONSTITUTIONUM CRIMINALIUM

ARTICULUS I.

De Judicibus, Adseßoribus, Consiliariis, Senatoribus, cæterisq́; personis in iudicio capitali versantibus.

Von Richtern / Vrtheilern / vnd Gerichts-Personen.

ERstlich / setzen / ordnen / vnd wöllen wir / daß alle peinliche Gericht mit Richtern / Vrtheilern / vnd Gerichtschreibern / versehen vnd besetzt werden sollen / von frommen / erbaren / verständigen vnd erfahrnen Personen / so tügentlicheſt vnd beſt dieselbigen / nach Gelegenheit jedes Orts gehabt / vnd zubekommen seynd. Darzu auch Edlen vnnd Gelehrten gebraucht werden mögen. In dem allem ein jede Obrigkeit möglichen Fleiß anwenden sol / damit die peinlichen Gericht zum besten verordnet / vnd niemand vnrecht geschehe / alsdann zu diesen grossen Sachen / welche deß Menschen Ehr / Leib / Leben vnd Gut belangen seynd / dapffer vnd wol / bedachter Fleiß gehörig. Darumb dann in solcher Vberfahrung / niemands mit rechtmässigem verträglichem Grund / seine

keine Verlassung vnnd Hinlässigkeit entschuldigen mag/ sondern billich derhalb/ vermöge dieser Vnser Ordnung/ gestrafft: Deß also alle Oberkeit/ so peinliche Gericht haben/ hiemit ernstlich gewarnet seyn sollen.

Vnd dieweil sich dann ein Zeit hero an etlichen Orten/ etliche vom Adel/ vnd andere/ den solche Gericht eygner Person/ Amptshalber/ vnd sonst zubesitzen gebührt/ sich bey solchen Gerichten zusitzen geweigert/ vnd jhres Standshalber geschewet/ dardurch dann das Vbel mehrmals vngestrafft blieben ist. So mögen dieselbigen/ dieweil jhnen doch solche Gerichtsbesitzung/ an jhrer Achtbarkeit/ oder Stand gantz kein Nachtheil gebären sol/ noch kan/ sondern mehr zur Förderung der Gerechtigkeit/ Straff der Boßhafftigen/ vnd denselben vom Adel vnd Empter/ zu Ehren reychen/ vnd dienend ist/ solch peinlich Gericht/ so offt vnd viel/ nach Gestalt der Sachen/ für gut vnd nottürfftig angesehen würde/ als Richter vnd Vrtheiler selbst besitzen/ vnd darinn handeln vnd führnehmen/ weß sich nach dieser Vnser Ordnung eygnet vnnd gebührt: Wo aber etliche vom Adel/ vnd andere/ solche Gericht von altem Herkommen/ biß anhero eygner Person/ besessen/ wöllen Wir/ daß dieselbigen hinfürter auch/ ohn fernere Weigerung/ besitzen/ vnd solch Herkommen vnd Gebräuch/ in jhren Kräfften vnd Wesen bleiben sollen.

1 QVales debeant esse iudices criminalium causarum, statim ab initio constituit Carolus V. his verbis: Ordnen vnd wöllen/ daß alle peinliche Gericht versehen/ vnnd besetzt werden sollen/ von frommen/ erbarn/ verständigen vnd erfahrnen Personen. Quæ verba D. Georgius Remus in eleganti sua paraphrasi, qua in hac nostra tractatione semper vtemur, *artic. 1.* ita reddit: Judices criminalium causarum seu iudiciorum debent esse viri religiosi *Exod. cap. 18. v. 21. Deuter. cap. 1. v. 15. & cap. 16. v. 18.* honesti, integræ opinionis, prudentes, & rebus forensibus exercitati, hisq; negotiis pares (opifices enim & rustici, ignari legum, super sellam iudicis non sedebunt *Syr. cap. 38. vers. 37.*) adeoq; nobilitate, legumve scientia clari, viri singularis conscientiæ & experientiæ con-

cordat

cordat *l. sancimus 6. in pr. C. ad L. Iul. repet. l. 1. in fine, C. de offic. magistri offic. Nou. 82.* à quibus nemini iniuria fiat; sed qui æquum omnibus ius dicant, reddant, condant, promant. At, nota, inquit D. Remus *h. artic. 1.* hac nostra ætate scientiæ plus satis est, conscientiæ parum. Hinc tot abusus iurisprudentiæ irrepsere, tot cautelæ, imo sutelæ, vt is primas in foro tenere videatur, qui sycophanta legum acutissimus. Sancta res est iurisprudentia, & non nisi sancte, hoc est, integra conscientia, candide & fincere tractari vult.

Vnd dieweil sich eine Zeithero an etlichen örtern / etliche vom Adel / sich bey solchen Gerichten zusitzen / geweigert / vnd jhres Stands halben gescheucht / ꝛc. Vlpianus Jurisconsultus, merum Imperium 2
esse dicit, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, idque etiam potestatem appellari. *l. 3. ff. de iurisdict.* Cognitio igitur causarum criminalium apud veteres Romanos non nisi iis, qui merum Imperium habuerint, puta, Consulibus, Prætoribus, cæterisq; Prouinciarum Præsidibus competebat: adeoque de causis criminalibus iudicandi potestas magistratui municipali non permittebatur. *l. ea, quæ. 26. ff. ad municip. l. 1. § si forte, ff. de damno infect. l. vbicunq; 105. ff. de reg. iur. l. defuncta 6 in fin. & ibi gloss. de publ. iudic.* Existimabant enim veteres Romani, hac potestate disciplinam publicam conseruari, eaque maiestatem Imperij Romani maxime contineri: ideoque eam non nisi viris dignis, quorum prudentia & iustitia non dubiis rerum argumentis perspecta esset, committendam esse. Postea vero Ecclesiastici ad hanc potestatem labefactandam, & Imperium Romanum subuertendum, potentiæ suæ augendæ gratia asseruerunt, eam legibus diuinis repugnare, hoc nimirum prætextu, quod Deus non velit mortem peccatoris, sed magis, vt viuat & conuertatur.

Hinc disputatio illa iuris Pontificij orta est, An hominem 3
vltimo supplicio adficere liceat. *cap. 23. quæst. 5.* Hinc clerici & monachi capite damnatos executioni subtraxerunt, suisq; monasteriis incluserunt: quorum temeritati constitutione Arcadij

& Honorij obuiatum eſt. *l. 6. C. de Epiſc. audient.* Hinc etiam ſceleratis & facinoroſis hominibus Eccleſiam aſylum aperuerunt, & tam perſonas, quam loca Eccleſiaſtica à cognitione cauſarum criminalium exemerunt. *c. cum Eccleſia 5. de immunit. Eccleſ. c. decet 2. §. ceſſent in Eccleſiis eod. tit. in 6.*

4 Qua ſua hypocriſi, hanc poteſtatem, & hoc merum imperium adeo deteſtandum vulgo fecerunt, ij, qui nunc ex leui aliqua cauſa homines comburunt, vt Principes & nobiles viros huius ſuæ poteſtatis puduerit, cauſasq; criminales meri imperij plebeis hominibus mandarint diiudicandas: quod & conſuetudine notius eſt, quam vt probatione indigeat, & ex hoc primo articulo, eiusq; propoſitis verbis, *verſ.* vnd dieweil ſich dann cōſtat. Hinc ſumma Imperij ac publicæ diſciplinæ ſecuta eſt diſſolutio Notat D. Nicolaus Vigelius *de iurisprudentia bene meritus, in methodo conſtitutionum harum Carolinarum cap. 1. in princ.*

Quocirca eosdem nobilitatis inſignibus conſpicuos viros, cæterosq; omnes (quod iudiciorum capitalium exercitatio non ſolum, non debeat, neq; etiam poſſit vllius bonam exiſtimationem, aut proſapiæ laudem, vel bonos mores, ne hilum quidem apud bonos ſugillare, vel lædere: ac nemini vitio verti queat: ſed contra longe verius ſit, hac ex bene adminiſtratæ Reip. parte multos ad maiorum honorū faſtigium conſcendiſſe, & principibus viris, à quibus laudari & amari magnus virtutis fructus, gratos, charosq; effectos) iis, qui hactenus iudicia capitalia exercere neglexerunt, qua debent auctoritate & diligentia, quoties opus fuerit, præſidere vel adſidere Imp. Carolus V. ſerio vult & mandat: atq; eosdem ſecundum Conſtitutionum criminalium à ſe promulgatarum tenorem ſtatuere, decernere, & hoc in negotio progredi iubet exemplo Samuëlis, qui iudiciis præſens fuit, & cunctis diebus vitæ ſuæ iudicabat Iſraël. *1. Samuel. 7. verſic. 15. 16. 17.* Remus *in paraph. d. artic. 1.*

ARTIC. II.

De officio eorum, quorum prædiis, siue feudis, iudicandi munus cohæret, & qui iudices, vel Scabini esse nequeunt.

Von denen / so die Gericht jhrer Güter halben besitzen.

WElche Personen von jhrer Güter wegen die peinliche Gericht zu besitzen schuldig sind / vnd dasselbe auß Schwachheit vnd Gebrechligkeit jhres Leibs / Vernunfft / Jugend / Alter / oder anderer Vngeschickligkeit halber nicht besitzen / oder verwesen mögen / so offt das Noth geschicht / Sol der / oder dieselbigen ander tügliche Personen / zu Besitzung deß peinlichen Gerichts / an jhr statt ordnen vnd bestellen / mit Wissen vnd Zulassen desselben Oberrichters.

Judicia publica competunt apud iudicem ordinarium, 1
non delegatum *d. artic. 1. vers.* vnd dieweil sich. Hinc Imperator Carolus V. constituit *artic.* 2. si quis eam ob causam, quod in territorio aliquo res soli, villas, castra, prædiave habeat, possideat, capitali eius loci tribunali præsidere teneatur. Longiuall. *p. 4. Comment. ad l. imperium nu.* 14. *de iurisdict.* text. *in l. 1. in pr. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. l. nemo potest.* 70. *ff. de reg. iur. l. placuit* 2. *§. quod non ita conuenit, C. de pedaneis iudicib. l. si quid* 11. *ff. de offic. procons.* Baptist. Villalob. *in lit. C. nu.* 26. *& seq.* Clar. *§. fin. quæst.* 41. *in pr. ibi, nam siquidem est.* Vigel. *d. Meth. cap.* 2. *q.* 4. *reg.* 3.

Sane si Judex ordinarius minus ad iudicandum sit idoneus, 2
vel propter ætatem, vel propter infirmitatem aliquam, præsertim sonticam, quæ scilicet negotiis agendis obsit *l. quæsitum in fin. de re iudic.* vel similem aliquam causam, causæ criminales aliis personis idoneis delegari possunt ac debent, superioris tamen iudicis authoritate interueniente per text. *in h. artic.* 2. Judicare autem munus publicum est, *l. quippe, ff. de iudic.* Ideoq; quidam

lege, quidam natura, quidam moribus iudices dari vetantur, *l.cum prætor.§.non autem,ff.de iudic.l.2.* vbi Dec.*ff.de regul. iur.* Propter abſentiam quoque iudicis ordinarij ex cauſa neceſſaria permittitur delegatio cauſarum criminalium. *l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius cui.* Baptiſta Villalob. *in lit. D. num. 40. & lit. O. num.26.*

ARTIC. III.

Judicis dati in cauſis criminalibus iuramentum.

Deß Richters Eyd / vber das Blut zurichten.

ICh N schwere! daß ich sol/ vnd wil/ in peinlichen Sachen/ Recht ergehen lassen/ richten vnd vrtheilen/ dem Armen/ als dem Reichen/ vnd das nicht lassen/ weder durch Lieb/ Leyd/ Mieth/ Gaab noch keiner andern Sachen wegen: Vnd sonderlich/ so wil ich Keyser Carls deß Fünfften/ vnd deß H. Reichs peinliche Gerichts Ordnung getrewlichen geleben/ vnd nach meinem besten Vermügen halten vnd handhaben/ alles getrewlich vnd vngefährlich/ Also helff mir GOTT/ vnd die heiligen Evangelia.

Judices debent eſſe iurati ſecundum formam præſcriptam *h. artic.3.* Jurant, ſe in cauſis capitalibus non ſecus vnquam iudicaturos, quam legibus, moribus, conſtitutionibus proditum, conſuetudinibus rationi conuenientibus introductum ſit: æquo omnibus, egenis, locupletibus, pueris, ſenibus, exteris, ciuibus, iure: nullius gratia, odio; pollicitationibus, aut donis ſe corruptos, (Judex enim debet habere puras manus tam in dando, puta, officium muneribus non mercando, quam accipiendo *Nouell.8.in pr. vt l. ſancimus, C.ad l. Iul. repet.*) æquum iuſtum mutaturos: neutram in partem nutaturos: neminem indicta cauſa da-

sa damnaturos. Inprimis vero capitales, Caroli V. & Roman. Imper. Ordinum sanctiones religiose obseruaturos: & quibus modis & rationibus pro viribus poterunt, sartas tectas tuituros. Quæ se, vt verbis conceperunt, ita omnia sine dolo, fraude, mala omni malitia sancte seruaturos, ad sancta EVANGELIA iurant, & quilibet, SIC ME DEVS AMET JVVETQVE. Ita vertit D. Remus *h. artic.* 3. concordat *Nouell.* 8. *iusiurand. quod præstat. ab his, qui administr. accip.* §. *iusiurandum de defensoribus ciuitatum l. rem non nouam, C. de iudic. l. sancimus 6. C. ad L. Iul. repet.* vbi illud obseruandum, quod *in d. Nouell. 8.* æque dicitur iurandum *per sanctam gloriosam Dei genitricem, & semper virginem Mariam*; item, per sanctos Archangelos *Michaëlem & Gabrielem*; æque inquam, ac *per Deum omnipotentem & Christum, & Spiritum sanctum*: id moribus nostris reprobatum esse, cum in bene constitutis iudiciis rectius per nomen Dei iuretur. Wesenbec. *in paratt. de iureiur. num. 6.* quod etiam fatetur Cuiatius *in recitationibus suis ad tit. de iureiur. lib. 2. Decretal. c. & si Christum 26.* Per solum, inquit, Deum esse iurandum, quia soli Deo honor & gloria: quam ad rem allegat Tertullianum *de idololatria.*

Omnes autem omnino iudices, siue illi sint maiores, siue minores, siue ordinarij, siue delegati, etiamsi à litigatoribus electi fuerint, tenentur præstare iuramentum de recte iudicando: nec valet statutum, nec consuetudo, quod iudicibus remittatur iuramentum: quia hoc materiam delinquendi daret. *l. rem non nouam, ibi, in perpetuum valitura lege, C. de iudic. Nouell. 8.* Sic Judex & Assessores Cameræ, iurant de recte iudicando. Ordin. Cam. *p. 1. cap. 57.* Mynsi. 2. *obser. 76.* Schrader. *de feud. p. 10. sect. 11. nu. 109.*

ARTIC. IV.

Adsessorum, Consiliariorum, Senatorum, qui iudici capitalium causarum adsident, iuramentum.

Schöpffen/oder Vrtheilsprecher Eyd.

ES sol ein jeder Schöpff / oder Vrtheilsprecher deß peinlichen Gerichts/ dem Richter desselben / geloben vnd schweren / wie hernach folget/ welche Pflicht jhme dem Schöpffen / vorgelesen/ vnd er also nachsprechen sol: Ich schwere/ daß ich sol vnd wil in peinlichen Sachen rechte Vrtheil geben / vnd richten/ dem Armen/ als dem Reichen/vnd das nicht lassen / weder durch Lieb/ Leyd / Mieth / Gaab/ noch keiner andern Sachen wegen : Vnd sonderlich / wil ich Keyser Carls deß Fünfften / vnd deß H. Reichs peinlicher Gerichts Ordnung getrewlich leben/vnd nach meinem Verständnus halten / vnd handhaben/alles getrewlich vnd vngefährlich/ Also helff mir GOTT / vnd die heiligen Evangelia.

Non iudices tantum, sed omnes itidem ij, qui Adsessorum, Consiliariorum, Senatorumque officio fungentes, iudici adsident, iurabunt, se in causis capitalibus animi sui sententiam, legibus, constitutionibus, moribus congruentem, bona fide, quoties rogati fuerint, dicturos & declaraturos: & quantum pollebunt, curaturos, vt pari iure pauperrimus ac ditissimus vtantur: nullius se gratiæ, odio, promissis, muneribus datis, vllum relicturos locum. Quæ sancte sine dolo & fraude se seruaturos iurant, & quilibet sic me DEVS amet iuuetque. Georg. Remus *h. artic. 3.*

Tanta scilicet in iis, qui iustitiam administrant, requiritur integritas & fides, vt non solum à malo, sed etiam ab omni mali suspicione alieni esse debeant, æquoq; iudicio, prout vnaquæq; res exigit, iudicare debeant: atque summopere requiritur, vt oderint

oderint auaritiam & abstineant à donis & muneribus. *Exod. cap. 23. v. 8. Leuit. 19. vers. 15. Deuter. 1. v. 15. Eccles. 20. v. 28. l. solent. §. vlt. ff. de offic. procons. l. eadem, §. vlt. ff. ad L. Iul. repet. l. 1. §. optamus, C. de offic. praef. praet.* Juramentum quoq; Heliastarum iudicum Athenis, inter alia illud continebat: Judicij causa neq; dona munera-ve vlla accipiam, neque in rem meam alius, sed neq; vllum arte fraudeue aliqua, quicquam accipere patiar, sciens dolo malo: de quo Demosthenes *contra Timocratem*. Astipulatur & ius Pontificium *c. statutum* 11. §. *insuper. de rescript. in 6.* Munerum acceptatio est praeuaricatio veritatis. *c. qui recte* 11. *q. 3. c. non licet eod. c. non sane* 14. *quaest. 5.*

ARTIC. V.

Actuarij seu scribae in iudicio criminali iusiurandum.

Schreibers Eyd.

ICh N. schwere / daß ich sol / vnd wil in den Sachen / das peinlich Gericht betreffent / fleissig Auffmerckens haben / Klag vnnd Antwort / Anzeigung / Argwohn / Verdacht / oder Beweisung / auch die Vrgicht deß Gefangenen / vnd was gehandelt wird / getrewlich auffschreiben / verwahren / vnd so es Noth thut / verlesen / auch darinn kein Gefärde suchen / vnd gebrauchen: Vnd sonderlich / wil ich Keyser Carls deß Fünfften / vnd deß heiligen Reichs peinlich Gerichts-Ordnung / vnd alle Sachen dazu dienende / getrewlich fördern / vnd so viel mich berühret / halten / Also helff mir GOTT / vnd die heiligen Evangelia.

Actuarius (sic dictus, quod acta scribat *l. inter eos, ff. ex quib. caus. maior.*) iurat, se vti ex officio tenebitur, in causis capitalibus bona fide, nec non diligentia accurata versaturum: Accusationum, Positionum, Exceptionum, Responsionum capita: indicia, praesumptiones, suspiciones, probationes, quaestionibus subiectorum confessiones, & quae tandem cumq; scribi, adno-

tari, insinuari, agi oportet oportebit, ex muneris sui obligatione, sedulo se consignaturum, custoditurum: à se scripta, si petantur, debite recitaturum: atque in his dolum omnem abfuturum. Præcipue capitales Caroli V. Imp. Ordinumq; Imperij leges, & quicquid eam ad rem pertinebit, seruaturum, adiuturum, promoturum: ita se Deus amet atq; iuuet. Georg. Rem. *h. art. 5.*

Et quidem inter administros necessarios Magistratibus & iudiciis, actuarij, scribæ, exceptores, seu Amanuēses, vel ab actis, & magistri scriniorum adnumerantur; qui dicta actaue excipiunt, & inquisita omniaq; iudicialia bona fide describunt. *c. quoniam contra. de probat. & Auth. de iudic. § his, qui lites.* Quocirca pro magnitudine & pondere, seu dignitate negotij, personarum ad hoc munus habetur delectus, quorum explorata sit diligentia fides, vel capacitas pro negotio expediendo. Hinc Justinianus ex probatis iam viris, habere defensores ciuitatum, voluit Amanuenses. *Nou. 15. de defensorib. & Nou. 82. de iudicib. gl. & Rubr. C. de tabulariis lib. 10.*

ARTIC. VI.

De captura reorum, ex officio magistratus.

Annehmen der angegeben Vbelthäter / von der Obrigkeit von Amptswegen.

So jemand einer Vbelthat / durch gemeinen Leumuth / berüchtiget / oder andere glaubwürdige Anzeigung / Verdacht vnd Argwönig / vnd derhalb durch die Oberkeit von Ampts halben angenommen würde / der sol doch mit peinlicher Frag nicht angegriffen werden / es sey dann zuvor redlich / vnd derhalben gnugsame Anzeigung vnd Vermuhtung / von wegen derselben Missethat / auff jhn glaubwürdig gemacht: Darzu sol auch ein jeder Richter / in diesen grossen Sachen / vor der peinlichen Frag / so viel möglich / vnd nach Gestalt vnd Gelegenheit einer jeden Sachen / beschehen kan / sich erkündigen / vnnd fleissig Nachfragens haben / ob die Missethat / darumb er angenommen / berüch-

tiget vnd verdacht/ auch beschehen sey/ oder nicht/ wie hernach in dieser Vnser Ordnung/ferner erfunden wird.

In hoc articulo duo membra continentur: Primum est, 1
quod diffamatus ob crimen aliquod, vel aliis indiciis verisimilibus, suspicionibus, præsumptionibusue oneretur, eaq; de causa ex officio magistratus, (quod scite publicæ solicitudinis cura vocatur, *l. 1. in pr. C. de custod. reor.* Clar. §. *fin. in prin.*) in vincula coniiciatur; is non prius eculeo, siue torturæ subiiciendus sit, quam vrgentibus præsumptionibus allatis, & indubitatis indiciis probatis, de crimine à reo patrato iudici fides facta sit. Remus *h. artic. 6.* Idem constituit Carolus V. *j. art. 20.* his verbis: **wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Missethat/ darnach man fragen wolte/ vorhanden/ vnd beweist würde/ sol niemands gefragt werden.** Et statim à tormentis non esse incipiendum, D. Augustus statuit, *l. 1. ff. de quæst. l. de minore 10. § tormenta, ibi, nec debet l. vnius 18. §. in ea causa. & l. vlt. d. tit. de quæstionib. l. primum 3. l. milites 8. § oportet, C. eod. tit. l. sicut 17. in fin. C. ad L. Cornel. de fals. c. cum in 6. extr. de regul iur.* Clar. §. *fin. quæst. 64. vers. dixi etiam 9. & vers. dixi quoque 13. & quæst. 45. vers. sed pone, ibi, aduerte tamen.* Baptist. à Villalob. *in lit. C. nu. 151.* Vigel. *ad h. artic. 6.*

Quamuis itaq; pleriq; iuris interpretes existiment in causis criminalibus, **in peinlichen Sachen**/ semper incipi posse à tortura. Bartol. *in l. sacrilegij, §. Labeo nu. 2 ff. ad L. Iul. pecul.* Bald. *in l. consentaneum, C. de his, qui lat. vel. ali. crim.* Paris. de Put. *in tract. de Syndicatu, § captura nu. 13. & verbo, Qui plerumq; n. 1.* vbi plures eiusdem opinionis adducit: quod pleriq; etiã intelligunt iudici licere nõ præcedentibus indiciis. Rectius tamen iudices hanc Carolinam Constitutionẽ sequũtur; prout crebrius est recepta sentẽtia eorũ, qui incarcerationẽ siue capturam tum demũ in criminalibus admittunt, quando prius legitima præcesserint indicia. **So jemand einer Vbelthat durch gemeinen Leumuth berüchtiget/ oder ander glaubwirdiger Anzeigung/ Verdacht vñ Argwönig/ vñ derhalbẽ durch die Oberkeit Amptswegen angenommen würde**/ ita inquit Carolus V. *artic. 6.* h. e. si quis alicuius maleficij vulgo diffamatus, vel per alia 2

verisimilia indicia suspectus, idcirco à magistratu apprehensus fuerit. Vt itaq; vir bonus & integer, vel, quod perinde est, pro tali semper habitus, ex libertate in seruitutem detrudatur, & vel carcere, vel propria domo concludatur, adesse debent idonea indicia, puta, vel communis vox à fide dignis orta & profecta, vel, quæ alia argumenta iusta & veritati similia ac proxima, vti habet dictus articulus 6. glaubwürdige redliche Anzeigungen / Verdacht vnd Argwohn. Fichard. *consil.* 108. *nu.* 2. *vol.* 2.

Multo minus debet Iudex ad torturam procedere absque sufficientibus & legitimis indiciis *h. artic.* 6. *ibi*, der sol mit peinlicher Frage nicht angegriffen werden / &c. Et hoc etiam procedere in crimine læsæ maiestatis, vt in eo captura & tortura non sint concedenda nisi præcedentibus indiciis, tradit Hippolytus de Marsiliis. *in l.* 1. *vers.* 12. *ff. de quæst.*

4 Sane si Reus sit malæ conditionis & famæ, & insuper vilis persona, prout sunt isti vagabundi, qui soliti sunt delinquere, & similes, eo casu etiam aliis indiciis deficientibus torqueri Reus potest, Clar. §. *fin. quæst.* 64. *num.* 10. *in fine.* vbi ita circa hanc quæstionem distinguit: alias autem ex eo solo, nõ posse iudices subiicere reos tormentis, quia alias deliquissent, cum hac ratione haberent nimis latas habenas, quod non sit permittendum propter imperitiam multorum. Sic quoq; in flagranti crimine deprehensum, etiam sine aliis indiciis torqueri posse, non dubitatur. Jul. Clar. §. *fin. q.* 8. *vers. scias tamen* 2.

5 Sic illi, quorum crimina & atrocia sunt & notoria, possunt ex officio propria authoritate deprehendi, qui interea alioquin aufugere possint, debitamq; crimini pœnam eludere: *l.* 1. *& pass. ff. de custod. reor.* Quamuis regulariter, si officialis non requisitus inquirat contra aliquem propria authoritate, nec testes habeat, nec crimẽ sit notoriũ, teneatur actione iniuriarũ, & in id omne, quod alterius interest, *l. seueriter* 14. *C. de excus. tutor.* litemq; suam facere dicitur, & ei potest resisti de facto gl. & Dec. *in l. non videntur* 167. §. *qui iussu. de regul. iur. l. prohibitum* 5. *C. de iure fisci.* Thom. Grammat. *consil.* 51.

Quæ

Quæ autem indicia ad torturam sufficiant, vel non sufficiant certis legibus definiri non potest; ideoq; iudicantis arbitrio hoc relinquendum est *artic.*18 *vers.* dieselben Sach. *artic. 24. vers.* wann nicht möglich. *artic.25. vers.* Item/so man. *ibi*, So man nicht alle. *& artic.27. vers.* wo aber. *l. testam. fides* 3. *§. quæ argumenta, ff. de testib.* Fr. Viuius *lib. 2. comm. opin. in verbo, arbitrio iudicis, num. 9.* Clar. *§. fin. quæst. 20. in pr. ibi, hoc præmisso. Item, ibi: & in hac. item versic. ad torturam. & quæst. 64. vers. dixi, quoq;, ibi, in hoc autem.* Vigel. *d. tract. cap. 4. quæst.* 1. *Except. 1.* Ad hoc iudicis arbitrium instruendum proponuntur aliquot regulæ *artic. 18. 19. 25. 26. 27.* de quibus inferius suis locis dicetur.

Alterum membrum in hoc articulo est, quod iudici ante omnia de delicto constare debeat, cuius is, qui in vinculis est, insimulatur, antequam ad quæstiones perueniat, quæ vulgata iuris conclusio, colligitur etiam *ex l.* 1. *§. idem illud, ff. ad SC. Syllan.* nam si incertum sit, an crimen sit commissum, tunc ad torturam procedendum non est. *h. artic. 6. vers.* darzu sol auch. Anton. Gabriel. *lib. 7. concl.* 17. & Iul. Clar. *§. fin. quæst. 4. quæst. 64. vers. debet autem. & quæst. 66. in pr.* Quare consulto fecerint iudices, qui istas tanti ponderis causas tractant, si ante quæstiones, pro ratione cuiusq; delicti, & personæ discrimine, diligentissime, quantum eniti possunt, inquirant; & quid certi de facto apparere haberique possit, inuestigent; cuius is, qui in vinculis est insimulatur. D. Remus *h. artic. 6.*

Notandum autem est illud in hac materia; quod aliter debeat constare de delicto ad torquendum seu condemnandum, aliter ad effectum inquirendi, seu procedendi: quo in termino, solam querelam, seu denunciationem sufficere, scribit Clarus *§. fin. q. 4. nu. 2. & q. 64. vers. debet autem. & q. 66. circa princ.*

Cæterum capi potest reus, antequam de maleficio constet, ne scilicet fugiat: idq; arbitrio iudicis, præcedente tamen tali quali iudicio & præsumptione. Blanc. *ad l. fin. ff. de quæst. nu. 8.* Damhud. *in praxi criminali cap. 9. &* 10. Clar. *§. fin. q. 28. nu. 2. vers. & ideo dic, quod Iudex* Robert. *lib. 1. rer. iudic. 4.*

Quæ autem capturam præcedere debeant, & an de delicto prius constare debeat, tractat Damhuderus *tit. de citatione reali.* Clar. §. *fin. q. 28. nu.* 1. Gometz *cap. 9. de captura reorum num.* 1. *tom.* 3. *var. resolut.*

Aliquando etiam potest deueniri ad torturam, priusquam constet de corpore delicti, de quo apud Gabrielium *d. conclus. 17.* Farinacium *in criminalib. quæstionib. in 2. quæst.* Damhuderum *in praxi criminali cap. 75.*

Artic. VII.

Judices in dubiis & obscuris peritiores consulere debent.

Richter sollen in zweiffelhafften Sachen der Rechtsgelehrten Bedencken erfordern.

So die gemelten Vrtheiler in bestimpter Erkantnuß zweiffelich würden / ob diß fürbrachten Argwohns vnd Verdachts zu peinlicher Frag / gnugsam were / oder nicht: So sollen sie deßhalben Rahts bey der Oberkeit / so der Ende ohne Mittel / die peinlichen Oberkeit der Straff hat / oder sonst an Enden vnd Orten / wie zu End dieser Vnser Ordnung angezeigt / suchen / vnd doch dieselbigen Oberkeit in solchem Raht suchen / aller Vmbstände vnd Gelegenheit jhres Erfahrens / deß Verdachts eygentlich in Schrifften berichten.

Aliquando accidit, quod Judex & Assessores non certi esse possint, satisne causæ sit, captiuum torturæ subiici, vel secus, eo casu ad præscriptum *l. diuus el 2. ff. de custod. reor.* ad magistratum suum, seu principem, qui eo loci potestatem obtinet, de lite sua diffidentes referent, & quidem cum Elogio, hoc est, cum aliqua facti informatione seu adnotatione rerum male gestarum; adeoq; simul ea, quæ circa captum acta sint, quæ contra eundem diffamatio emanarit, quæ indicia suspicionesq; adsint, in scripta redacta transmittēt. *l. 6. l. 11. de custo. reor. l. 14. §. 2. ff. de liber. & posth.*

Pote-

Poterunt autem & prudentes consulere, quod hodie receptius est vbiq; : de quo agitur *inf.cap.fin.* D. Remus *h.art.7.* Concordat *Nou.82.§ pen.& Nou.113.§. cæterum si iudici.* Cuius sumptibus consultatio prædicta fieri debeat definitur *artic. 220. vers.* vnd ist darbey nemlich zumercken.

ARTIC. VIII.

Judicem ad tormenta peruenire, si aliæ probationes sufficientes desint.

Alsdann wird zu der peinlichen Frag geschritten / wann redliche Anzeigungen wider einen seyn.

SO die Missethat einer Todstraff halben kündlich / oder aber deßhalb redliche Anzeigung / wie darvon vor berühret ist / erfunden wird / so sol es der peinlichen Frag / vnd aller Erkündigung halben / so zu Erfindung der Warheit dienstlich ist / auch mit Rechtfertigung auff deß Thäters Bekennen / gehalten werden / wie klärlich hernach von denjenigen / die Ankläger einbracht werden / geschrieben / vnd geordnet ist.

Quando reus est suspectus de delicto, quod capitis supplicium mereatur, & notorium sit; aut eius indubitata indicia probata sint, ad torturam sufficiẽtia, tunc procedendum est ad torturam; sed modus in quæstionibus seruari debet: qui vero ordo, & progressus in iis, qui accusatorem nacti sunt, seruandus, paulo post adnotabitur. Non enim in quouis iudicis arbitrio consistere torturam docet Carolus V. sed certos Canones præscribit, quibus in huiusmodi capitalibus causis Judex tuto possit vti. Remus *h.artic.8.* Et quidem in tortura decernenda hæc fere concurrere debẽt, vt nimirum causa seu accusatio sit criminalis eaq; atrox & capitalis *l.1.l.8. de quæst.* Vt aliæ probationes desint, sic vt veritas aliter haberi non possit *d.l.8.* Et vt multis indiciis oneratus & argumentis pene conuictus sit accusatus. *d.l.1. & l.8.* Wesenb. *in paratt. ff. de quæstionib. nu. 5. & seq.*

ARTIC.

ARTIC. IX.

Accusator audiendus est, si post adhibitam torturam crimen probare velit.

So der Gefangene der verdachten Missethat nicht bekänntlich seyn wolte/ mag der Ankläger zu Weisung verstattet werden.

Wolt aber ein solcher Gefangener der verdachten Missethat/ ohne/ oder durch peinliche Frage nicht bekänntlich seyn/ vnd er doch desselben vberwiesen werden möchte/ So sol es mit derselben Weisung vnd Rechtfertigung darauff/ der Todstraff halben gehalten werden/ wie auch klärlich hernach gesetzt ist/ von den jenigen/ die durch Ankläger einbracht werden.

1 Sunt aliqui, siue naturæ robore quodam bestiario, siue amuletis silentiariis muniti, vt fieri docet experientia; sunt, inquam, qui duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, vt exprimi eis veritas nullo modo possit. *l.* 1. §. *quæstioni, ff. de quæstionib.* Quando itaq; reus delictum nec sponte, neque per torturam fateri vult; potest tamen eius criminis, quod proterue negat, coargui; tunc ad probationem est procedendum *artic.* 62. Quod si tunc inquisitus testibus & probationibus conuincitur, sine vlteriori tormentorum repetitione condemnandus est, etiamsi crimen confiteri nolit: idem expresse quoque disponitur *inf. artic.* 69. ibi, so sol er nicht desto weniger der beweisten Missethat nach/ ohn einig peinliche Frag/ verurtheilet werden. Remus *hoc articul.* 9.

Sic *in l. constitutiones* 16. *de appellat.* malefici damnati non appellant, sed damnantur, non modo confessi & conuicti simul, sed, vel conuicti, vel confessi in iure tantum, dummodo de delicto constet, & in confessione per tormenta expresse perseuerent, ac spontaneam, vt quibusdam placet, iterent & ratam habeant.

beant. *l. 1. §. Diuus 17. de quæst. l. qui sententiam 16. C. de pœn. l. fin. C. de proba. l. si quis 34. C. ad l. Iul. de adult. l. 2. C. de custod. & exhib. reor.* Clar. *§. fin. quæst. 55. 65. & 66.* Gometz *3. var. resol.* 11. *num. 4. & 9. & cap. 13. nu. 8.* Couarr. *pract. quæst. 23. nu. 5.* Franc. Casonus *de tormentis c.* 18. Daniel Moller. *lib. 2. semestr. 37. & lib. 3. cap. 41.* Modest. Pistor. *p. 2. q. 52. & p. 3. q. 117.*

Et huic conclusioni non contraria est, *infra conclus. 16.* (vti 2
placet Vigelio *d. tract. cap. 4. quæst.* 1. *except.* 7.) quæ reum in manifesto delicto deprehensum & compressum, si perfricta fronte facinus inficiari audeat, vi tormentorum ad confessionem adigere iubet: non enim hæc constitutio *in artic. 16.* agit de conuictis, vel confessis, in quibus terminis loquuntur & disponunt, *d. artic. 8. & 69.* sed saltem de deprehensis in crimine, qui pro plene conuictis non habentur. *l. ea quidem 7. l. singuli 14. C. de accusat. c. euidentia 9. Extr. eod.* Et hæc est communis opinio, teste Claro *in d. §. fin. quæst. 8. nu. 2.* Quamuis itaq; Reus in manifesto crimine deprehendatur, quod notorium crimen dici posset; si tamen id à Reo præfractè negetur, eo casu non ad condemnationem, sed ad torturam procedendum est. Multa enim notoria dicuntur, quæ non sunt *c. consuluit* 14. *de appellat.* & in notoriis quoque prætendi potest legitima defensio Couarr. *in practic. crimin. in princ. num. 56.* At quando agitur de crimine sufficienter satisque probato, eo casu sine tormentis reus interrogari & damnari potest. *d. artic. 9. & 69.* Thomas Grammaticus *decis. Neapol. 8. num. 3.* Bald. *in c. ad nostram. Ext. de probat.* vbi dicit: Quod cum inquisitus testibus & probationibus conuincitur, licet perseueret in tormentis negando, & nullatenus confiteatur, tamen damnari poterit.

Cæterum potest tamen aliquando tortura repeti ex causa, vt patet ex iis, quæ traduntur *inf. ad artic. 69.*

ARTIC. X.

Reo plena probatione conuicto, quomodo eo casu, quo neq; vita ei auferatur, neq; etiam perpetuis vinculis addicatur, aduersus eum procedendum sit.

So ein Person/ einer Missethat vberwunden/ solt an jhrem Leib/ jedoch nicht zum Tod/ oder ewigen Gefängnus gestrafft werden/ wie es mit Erkantnus solcher Straffe sol gehalten werden.

SO aber ein Person/ einer gnugsamen vnzweiffelichen vberwunden/ vnd erfunden Missethat halben/ nach laut dieser Vnser vnd deß heiligen Reichs Ordnung/ von der Obrigkeit vnd Ampts wegen/ endlich an jhrem Leib/ oder Gliedern gestrafft werden solt/ also/ daß dieselbige Straff nicht zum Tod/ oder ewiger Gefängnus fürgenommen würde: Mit Erkantnus solcher Straff/ sol es sonderlich auch gehalten werden/ als im 196. Articul/ anfahend/ Item/ so ein Person/ &c. anzeigt/ erfunden wird.

Si quis plena, manifesta, & numeris suis absoluta probatione delicti reus peractus sit: & ob admissum à magistratu ex officio puniendus sit, secundum Imperij Romani Ordinum sanctiones, quo neque vita ei auferatur, neque etiam (quæ duo æquiparantur) perpetuis vinculis addicatur, sed (verbi gratia) membro mutiletur, castigetur virgis: in eiusmodi pœnis decernendis procedendum est, sententia deliberatione habita colligenda, & in libellum conferenda, nec præcipitanda, vti *in artic. 196.* exponetur. Concordat *l. 2. in pr. C. de sententiis ex breuiculo recitandis l. eos, qui 6. §. fin. C. de modo mulct. l. 1. in pr. C. de requir. reis c. summopere 11. quæst. 11.*

Quando autem *in h. artic. 10.* perpetui carceris mentio fit; notandum est, veteri iure prohibitum esse, ne quis perpetuis vincu-

vinculis damnetur. *l. mandatis, ff. de pœn.* Clar. §. *fin. q. 70. nu. 5.* Cuiac. 14. *ob. obs. 34.* In leuibus tamen delictis, in quibus iura, siue statuta nullum decernunt peculiare supplicium, de iure ciuili aliquando carcer ad tempus datur ad pœnam, vt nimirum delinquens in carcerem coniectus ad certum tempus solo pane & aqua maceretur, aut alias castigetur. *l. 1. §. fin. ff. de alea lusu & aleat.* Menoch. *de arbit. iud. quæstionib. q. 89. nu. 1.* Farinac. *q. 19. nu.* 31. Approbat pœnam carceris quoq; Pontifex *in c. quamuis de pœnis in 6.* Quamuis ait, ad Reorum custodiam non ad pœnam carcer deputatus esse noscatur; nos tamen non improbamus seu conuictos in perpetuum, vel ad tempus, prout videtis expedire, carceri mancipes ad pœnitentiam agendam.

ARTIC. XI.

De captura reorum, contra quos se accusator offert.

Von Annehmen eines angegebenen Vbelthäters / so der Kläger Recht begehret.

SO der Kläger der Obrigkeit / oder Richter anrufft / jemand zu strengem peinlichen Rechten / zu Gefängnus zulegen / so sol derselbige Ankläger / die Vbelthat / vnnd derselben redlichen Argwohn vnd Verdacht / die peinliche Straff auff jhm tragen / zuforderst ansagen / vnangesehen / ob der Ankläger den Angeklagten auff sein Recht gefänglich einzulegen / oder sich bey dem Beklagten zusetzen / begehren / vnd erbieten würde: Vnd so der Ankläger das thut / sol der Angeklagt in Gefängnus gelegt / vnd deß Klägers Angeben eygentlich auffgeschrieben werden. Vnd ist dabey sonderlich zumercken / daß die Gefängnus zu Behaltung / vnd nicht zu schwärer / gefährlicher Peinigung der Gefangenen sollen gemacht / vnd zugericht seyn. Vnd wann auch der Gefangenen mehr / dann einer ist / sol man sie / so viel gefänglicher Behaltung halb seyn mag / von einander theilen / damit sie sich vnwahrhafftiger Sage mit einander nicht vereinigen / oder / wie sie jhre That beschönen wöllen / vnterreden mögen.

In hoc articulo continentur quatuor membra. Primum est de crimine cum indiciis & argumentis, suspicionis iudici ab accusatore exponendo, antequam reus custodiatur. *in princ. h.*
1 *artic.11.* **So der Kläger / rc.** Quandocunq; plures accusatores se offerunt; tunc iudicis officium est idoneum eligere. *l. si plures, ff.*
2 *de accusat.* Accusator itaque, qui à magistratu vel iudice adito, alterum quempiam publicis constrigi vinculis petit, primum delicti à delato commissi genus, eiusq; indicia certa, quibus postea latius ac sufficienter probatis pœna decernenda sit, summatim edere seu exponere debet, quæ expositio in locum inscriptionis successit, *l. vlt. C. de accusat.* & vna se cum delato custodiæ offerre. Quod si fecerit, non est in vincula coniiciendus, ex epistola D. Pij *l. Diuus Pius, ff. de custod. reor. l. qui crimen, C. de his, qui accusare. l. nullus, C. de exhib. reis.* Remus *h. artic.11.* Quamuis itaque nonnulli velint iudicem in criminalibus aliquando etiam nullis præcedentibus ad capturã procedere posse. Bart. *in l. sacrilegij, §. Labeo, num.2. ff. ad L. Iul. pecul.* Farinac. *quæst.27. nu.115. ibid. relati.*
3 Standum tamen magis Imperatori & Statibus Imperij, qui prauam & iniquam consuetudinem contrariam omnino abrogant, & volunt, diffamationem vel indicia iusta & legitima incarcerationem præcedere debere; quod procedit, etiamsi de crimine excepto & atrocissimo, taliue, agatur, cuius nulla remanent vestigia. Farin. *d. loc. nu.114.* Fichard. *consil.108. lib.2.* Rol. à Valle *consil.17. num.3.* adeo, vt non præcedentibus diffamatione, vel indiciis facta carceratio, eadem ob ordinem à iure præscriptum non seruatum, nulla omnino reddatur, & carceratus ante omnia sine vlla impensa relaxari debeat. Rol. à Valle *consil.40. num.12. vol.4.* Boss. *tit. de captura nu.4.* Idq; ita iure cautum est, in Constitutione Carolina non solum in accusatione. *d. artic.11. ibi,* **So sol der Ankläger denselben / rc.** verum etiam, si ex officio procedatur, *sup. artic.6. & artic.218.* Gometz. *3. var. resol. cap.8. de captura reorum num.1.* vbi dicit, quod Judex contra aliquem ex officio suo, vel ad petitionem partis non possit ad capturam procedere, nisi constet delictum illud vere ac realiter commissum. : & concludit

ibidem

ibidem his verbis: Et istud est capitale fundamentum totius iudicij. Hippol. de Marsil. *in l. 1. versic ff. de quaest.* vbi dicit, hoc etiam procedere in crimine laesae maiestatis, in quo captura & tortura non sit concedenda, nisi praecedentibus indiciis. Poena itaq; digni sunt illi iniqui & imperiti iudices, qui statim ad nudam delationem alicuius, personas delatas ex nuda saltem suspicione sine legitimis praecedentibus indiciis, capiunt, & in carceres squalidissimos coniiciunt: quippe, quod carcer perpetienti magnum sit saepe supplicium, quia mala mansio, *l. si hominem in pr. ff. depos.* & morti comparetur propter squalorem, inediam, frigus, tenebras, & inprimis diuturnitatẽ, *vt in l. 2. circ. fin. C. de custod. reor. l. 3. eod. tit.* Boss. *in practic. crimin. tit. de carcerib.* Wesenb. *cons. 43. nu. 173 p. 1.*

Alterum membrum *in h. artic. 11.* est de custodiendo reo in carcere, *vers.* vnd so der Ankläger das thut / sol der Angeklagte in Gefängnus gelegt werden. *l. 2. ff. & C. de custodia reor. l. 2. §. fin. C. de exhib. reis.* Si itaq; accusator id praestiterit, (de quo *in primo membro*) vinculis demum accusatus constringetur: accusationis autem capita ab actuario diligenter consignabuntur: ad quae delatus ex carcere respondere tenetur. Cothm. *resp. 15 num. 44. & 54. volum. 3.* Remus *h. artic. 11.* Sane tamen, si Reus satisdet iudicio sisti, custodiendus non est. *l. 2. in pr. & §. solet itaq. l. Diuus Pius 3. ff. de custod. reor. c. si clericos 15. §. fin. de sentent. excomm. in 6.* Clar. *§. fin. quaest. 46. vers. plerumq. vero 6. & vers. in hac autem 7. ibi, vbi vero.* Eman. Soaretz *in lit. C. nu. 17.* Nisi tam graue flagrans & manifestum sit crimen, vt neque fideiussoribus, neque militibus committi reus debeat: etiam satisdatione oblata in vincula est coniiciendus. *d. l. 3. vers. nisi tam graue, & d. § fin. ibi, nisi excessus. de sentent. excommun. in 6.* Satisdatio vero fieri debet sub certa poena, ad quam soluendam fideiussores se adstringant, si non sistatur Reus. Clar. *d. quaest. 46. vers. quaero, quae 17.* D. Cothm. *resp. 15. nu. 54. vol. 3.* Debent etiam fideiussores dari, non quicunque, 5
sed idonei. Clar. *d. quaest. 46. vers. caeterum debet 12.* cuiusmodi sunt, qui possident non solum immobilia, sed etiam mobilia bona,

puta, pretiosa, vel, quæ facile asportari non possunt. Clar. *d. q. 46. vers. cæterum. ibi, dicitur autem.* Sic & ille idoneus censetur fideiussor, qui eius loci, in quo satisdatio offertur, incola est: Nam extraneus non censetur fideiussor idoneus. Clar. *d. q. 46. vers. pone quod 13.*

6 Tertium membrum continetur illis verbis: **Vnd ist darbey sonderlich zumercken/ daß die Gefängnus zu Behaltung/ vnd nicht zu schwärer gefährlicher Peinigung der Gefangenen/ sol gemacht vnd zugericht werden.** Quibus verbis hoc traditur: quod carcer debeat esse custodia, non pœna. Et hoc est, quod olim iuris religiosissimus Vlp. prodidit, *l. aut damnum §. solent. ff. de pœn.* & Constant. repetiit *in l. 1. C. de custod. reor.* Carceres ad continendos homines, non puniendos, aut excruciandos, aut male tractandos haberi, atq; destinari debere. Clar. *§. fin. q. 70. vers. pœna autem 4.* Menoch. *de arbit. iud. quæst. casu 305. nu. 2.* Admittitur tamen pœna carceris in furibus & aliis, qui mulctam soluere non possunt, puniendis. *artic. 157. vers.* **wo aber der Dieb.** *& artic.* 217. Itemq; in clericis puniendis admittitur pœna carceris. *c. quamuis 3. de pœnis in 6.* Clar. *d. vers. pœna autem, ibi, apud clericos autem.*

7 Quartum denique membrum est de separandis custodiis reorum, ne illi colloqui possint, *vers.* **vnd wann auch der Gefangenen mehr/ dann einer/ sol man sie von einander theilen/ ꝛc.** Quoties scilicet plures eiusdem delicti socij fuerint segregandos esse. Et quidem hac constitutione Carolus V. nulla habita sexus differentia segregationem captiuorum magistratibus iniungit, ne de confictis confessionibus edendis clam conspirent, aut de supprimendo crimine deliberent; (vel etiam, vt ruptis vinculis, & effracto carcere euadant. *l. in eos, ff. de custod. reor.*) Vnde maior difficultas verum probandi accusatori, tum etiam inueniendi iudicibus molestia creetur: carceres itaq; plura habere receptacula consultum fuerit. Remus *h. artic.* 11. Sed hoc præter ius commune cautum videtur: Nam iure communi mares tantum ac fœminæ, siue mares à fœminis separari iubentur. *l. quoniam, C. de custod. reor.* Franc. Viuius *lib. 2. comm. opin. in verb. carcerari. nu. 2.*

ARTIC. XII.

De detinendo accusatore, donec idoneè cauerit.

Von Verhafftung deß Anklägers / biß er Bürgschafft gethan hat.

SObald der Angeklagte zu Gefängnus angenommen ist / sol der Ankläger / oder sein Gewalthaber / mit seinem Leib verwahret werden / biß er mit Bürgen / Caution / Bestand vnd Sicherung / die der Richter / mit sampt vier Schöpffen / nach Gelegenheit der Sachen / vnd Achtung beyder Person / für gnugsam erkent / gethan hat / wie hernach folget. Vnd nemlich also / daß er / der Ankläger / wo er die peinliche Rechtfertigung nicht außführen / oder dem Rechten verfolgen würde / vnd die geklagten Missethat / oder aber redliche vnd gnugsame Anzeigung vnd Vermuhtung derselben / in ziemlicher Zeit / die jhm der Richter setzen würde / nicht dermassen beweiß / daß der Richter vnd Gericht / oder der Mehrertheil auß jhnen / gnugsam erkanten / oder sonst im Rechten fällig würde / Alsdann den Kosten / so darauff gangen ist / auch dem Beklagten / vmb seine zugefügte Schmach vnd Schaden Abtrag thun wölle / alles nach Bürgerlicher Rechtlicher Erkantnuß. Vnd damit derselbig Gefangen beklagt / seiner erlitten Kosten / Schmähe vnd Schäden / desto außträglicher vnd förderlicher Ergetzung vnd Abtrag erlangen möge / so sol zu seinem Gefallen vnd Willen stehen / den peinlichen Ankläger vor desselben Anklägers ordentlichen Richter / oder dem peinlichen Gericht / darfür sich die gerichtliche Vbung vnd Rechtfertigung erhalten hat / vmb solchen Kosten / Schmähe vnd Schäden / Rechtlich fürzunehmen / darinn auch Summarie / vnd ohne Zierlichkeit deß Rechtlichen Proceß / procediert / gehandelt / vnd die Vrtheil ohn weitere Appellation vnd Suchung / vollnzogen werden / dardurch doch demselben peinlichen Gericht ausserhalb dieser Fälle / vñ weiter / dann es vorgehabt / kein Bürgerlicher Gerichtszwang / vnd Erkanntnuß zuwachsen sol.

In hoc

1 In hoc articulo ſequentia diſtinctè proponuntur. Primum membrum eſt de cautione criminali, (quam peinlichen Vorſtand appellamus) ab accuſatore expenſarum ſoluendarum & iniuriæ illatæ nomine præſtanda, ſi non obtinuerit *in pr. h. artic.* 12. his verbis: **So bald der Angeklagte zu Gefängnus angenommen iſt/ ſol der Ankläger/ oder ſein Gewalthaber/ mit ſeinem Leib verwahret werden/ biß er mit Bürgen Caution/ Beſtand vnd Sicherung/ gethan hat/ ꝛc.** Quamprimũ delatus in carcere erit, accuſator aut mandatarius, ſiue Procurator eius, quem cum mandato accuſationi ſubſtituit, cuſtodiæ dari debet, quousq; prædibus prædiisue cauerit: eamque ſatisdationem Prætor ſeu Judex vna cum quatuor Aſſeſſoribus ſeu Conſiliariis, ſiue Scabinis, pro grauitate cauſæ, & accuſatoris reiq; dignitate, decreto interpoſito, moderabitur, & oblatam accipiet. Id quod hunc in modum fiet, vt Accuſator, ſi accuſationem ad exitum non perduxerit, aut in probatione ſuccubuerit: hoc eſt, ſi crimen obiectum, indiciis legitimis & certis intra tempus modicum, vel conſtitutum à iudice diem, non ita quidem verum eſſe euicerit, vt iudicibus ſingulis, maioriue iudicum parti ſatisfecerit: vel etiam tota inferior ſit cauſa: his caſibus omnes litis impenſas ſolus ſuſtineat; & delato omne damnum, quod eam ob cauſam, quia in mala manſione fuerit detentus, tam in bonis, quam in corpore & famæ læſione paſſus eſt, protinus & penitus reſarciat. D. Remus *h. art.* 12. concordat *l. ſi cui* 7. *in princ. ff. de accuſat.* & *l. qui crimen* 5. *C. qui accuſare non poſſunt*, *l. qui accuſare*, *C. de edendo l. actor*, *C. de probat.* vbi ſimilis cautio habetur. Et quidem cautio ea præſtari debet prædiis, & prædibus ſiue fideiuſſoribus, iiſq; idoneis & locupletibus, non tantum facultatibus, ſed etiam conueniendi facilitate. *l.* 1. & 2. *ff. qui ſatiſd. cog.* Sane licet reus crimen fateatur, tamen ſi id legitima ratione defendat, adhuc dicendum eſt, accuſatorem ad cautionem præſtandam teneri, *artic.* 11. Quod ſi de crimine conſtet, nec id reus defendere queat: tunc accuſator cauere tenetur de perſequenda accuſatione. *artic.* 15. Quod ſi accuſator ſatisdare non poſſit, accuſationem autem cæptam perſequi velit,

vel carceri mancipandus, vel custodiæ tantum dandus est cum reo. *artic.* 14. Concordat *l. accusationis* 17. *in pr. ibi, custodiæ similitudinem, C. de accusat. l.* 2. §. *fin. C. de exhib. reis c. quisquis* 2. *quæst.* 8. Clar. §. *fin. quæst.* 18. *vers. quando deinde.* in cuius fine dicitur, hoc consuetudine esse mutatum. Vigel. *d. tract. cap.* 3. *q.* 1. *reg.* 2.

An accusatores, qui præcedente causæ cognitione, impetrarunt sententiam, vt reus torturæ subiiciatur, antequam ad torturam procedatur, teneantur præstare cautionem pro damnis & iniuria in casum non extortæ confessionis? pro negatiua tractat Matthias Coler. *consil.* 13 *per tot.* 2

An procurator in criminalibus interuenire possit tractant Dd. *in l. pen.* §. 1. *de publ. iudic. & in l. seruum quoq;* §. *publ. ff. de procurat.* Damhud. *cap.* 24. Gail. 1. *obser.* 65. Menoch. *de arbitr. iud. quæst. lib.* 1. *q.* 70. *&* 80. Jul. Clar. §. *fin. q.* 32. *&* 33. Vergil. Pingiz. *q.* 16. Solet autem communiter distingui inter procuratorem accusatoris, & procuratorem rei vel accusati. 3

Quod attinet procuratorem accusatoris, siue pro accusatore, de eo est textus capitalis & expressus, quod admittendus non sit, *l. pen.* §. *ad crimen, ff. de publ. iud. l. tunc conuenit, C. de accusat. l. de fide* 16. *C. ad L. Cornel. de fals. l.* 1. *ff. an per alium causæ appell. c. in criminali* 5. *quæst.* 3. *c. absens* 3. *quæst.* 9. *c. si quando* 2. *quæst.* 6. etsi sit illustrium, clarissimorum, aut potentiorum accusatorum procurator *d. l. tunc conuenit* 15. *& l. fin.* §. *adeo autem, C. vbi senatores vel clariss.* Cuiac. *ad Nou.* 71. Gail. *lib.* 1. *de PP. cap.* 10. *nu.* 12. Hodie tamen ex vsu fori in criminalibus admittitur Procurator, postquam Talionis pœna, & inscriptionis solennitas hodie passim in desuetudinem abierunt, per text. expressum *in Ordin. Crim. h. artic.* 12. *ibi.* Sol der Anklåger/oder sein Gewalthaber. Clar. §. *fin. quæst.* 12. *num.* 17. *quæst.* 32. *nu.* 3. *&* 23. *& quæst.* 81. *nu.* 3. Gail. *d. cap.* 10. *nu.* 7. Wesenbec. *in paratt. ff. de procurat nu.* 5. Ratio enim, cur de iure ciuili in criminalibus non admitteretur, hæc erat; quod accusator, si calumniari comperiretur, tunc similitudine supplicij, id est, pœna Talionis teneretur, & in carcere, vt ipsemet accusatus detineretur. *l.* 1. *ff. ad SC. Turpill.*

Ex parte accusati vel rei, ad defendendum crimen publicum, multo minus Procurator admittitur, cum pœna capitalis infligitur Reo. *l. pen. §. ad crimen, ff. de publ. iudic. l.* 1. *an per alium causæ appell. reddi.* Licet enim contra Procuratorem reipsa sententia proferri, adeoq; procurator ille condemnari possit, tamen executioni sententia mandari non potest. *l.* 1. *C. de sent. & interloc. omn. iud.* Et hac ratione delicta remanerent impunita; quod exemplo fieri, graue imo perniciosum foret. *l. bona fides. depos. l. operis C. de pœn.* At iuxta communiorem opinionem recte interueniũt procuratores in publicis iudiciis, non capitalem, sed vel pecuniariam, vel quæ existimationem contingit, vel aliam relegatione leuiorem pœnam irrogantibus. Clar. *§. fin. quæst.* 32. *nu.* 2. *&* 5. Gail. *d. cap.* 10.

4 Præterea dictum est ex articulo *h.* 12. accusatorem debere crimen intra certum tempus verũ esse euincere, Er sol die Missethat in ziemlicher Zeit beweisen / Qui enim non intra competens tempus accusat, causæ renũciasse videtur. *l. si ea, C. de his, qui accus. non poss.* Sic namq; constat: criminum querelas præscriptione viginti annorum regulariter submoueri, vti Dioclet. & Maxim. Imp. expresse notarunt, *in l. querela, C. ad L. Cornel. de fals.* per has etenim fisci ius accusator exercet, atq; prosequitur, id quod tam diuturno silentio tollitur. *l.* 1. *§. Diuus, ff. de iure fisci. l.* 2. 3. 4. *ff. de requir. reũ.* Bald. *in d. l. querela,* Franc. Pfeil. *resp.* 157. *per tot.* vbi ad contraria respondet.

5 Alterum membrum est de actione, quæ reo absoluto aduersus accusatorem competit, de quo *h. artic. vers.* vnd darmit. Concordat *artic.* 99. *& artic.* 201. *vers.* vnd was fürter. Denegatur ea actio, si accusator iustam seu probabilem accusandi causam habuit. *d. artic.* 201. Eius exemplum habetur. *artic.* 166. *in fin.* Vt itaque falso delatus, qui absolutus est, iacturæ à se factæ restitutionem eo certiorem consequatur: eidem vel apud iudicem (accusatoris forum sequendo) ordinarium, vel capitalem eundem iudicem, quo cognoscente se purgauit, accusatorem suum pro restitutione omnium à se factorũ damnorum, iudicio coueniendi optio

di optio datur; quæ posterior via, propter continentiam causæ, est expeditior. Gail. 1. *obseru.32.* Remus *h.artic.12.* Et sic quoque vendicatio rei furtivæ tam apud criminalium, quam apud ciuilium causarum iudicem competit, *artic. 207. vers.* So sich aber. Discrepat autem in hoc Constitutio Carolina à iure communi, quo latrunculator seu criminalium causarum Judex de causa pecuniaria non iudicat. *l. solemus 61.§.fin.ff. de iudic.*

Denique hæc res citra solennitatem, strepitum & figuram iudicij (præciso accusatori omni prouocationis vlterioris remedio) summarie & de plano decidi debet. *hoc artic.12.in fin.ibi*, darinn auch summarie, vnd ohn Zierlichheit deß Rechtlichen Proceß procediert/ gehandelt/ vnd die Vrtheil ohn weitere Appellation vnd Suchung vollnzogen werden. Et quidem appellationem, ob qualitatem criminalem in Germania nostra esse prohibitam patet ex Recessu Imperij *Anno 1530.* §. Item/ als jetzt etliche Zeit. Fichard. *consil.123.num.3.p.2.* adeo, vt vi huius constitutionis ne quidem in puncto expensarum causæ criminalis appellare liceat. Dauth. *de testam.nu.208.*

ARTIC. XIII.

De satisdatione accusatoris, cum delatus quidem admissum fatetur, sed excipere poterit.

Von Bürgschafft deß Anklägers/ so der Beklagte der That bekäntlich ist/ vnd redliche Entschuldigung solcher That halb fürgibt.

SO der Thäter der That ohne läugnen were/ aber deßhalben redliche Endschuldigung/ die jhn/ wo er diß bewiese/ von peinlicher Straff entledigen möchten/ anzeigt/ vnd jhm aber der Ankläger solcher seiner fürgewenden Vrsachen vñ Entschuldigung nicht gestün-

de: So sol der Ankläger in solchem Fall dennoch auch / nach Gelegenheit der Person vnd Sachen / vnd Erkäntnus deß Richters / sampt vier Gerichtspersonen / oder Schöpffen / nach Notturfft verbürgen: Wo der Beklagte solche Entschuldigung also außführen wird / daß er der beklagten That halb nicht peinliche Straff verwürcket hätte / jhm alsdann vmb solch gefänglich Embringen / Schmach vnd Schaden / vor Gericht / wie obgemelt / endliches Bürgerlichen Rechtens zu pflegen / vnd darzu alle Gerichtsschäden außzurichten / nach Erkäntnus desselben Gerichts schuldig seyn / vnd sol nach solcher geschehener Bürgschafft / mit Außführung der entschuldigten That / wie hernach im 151. Articul / anfahend: Item / So jemand einer That bekäntlich ist / etc. geschrieben stehet / gehalten vnd gehandelt werden / vnd in diesem Fall / vor solcher Außführung vnd sonder Erkäntnus / peinliche Frag nicht gebraucht werden.

Cum delatus delictum quidem non negat, sed facti tamen sui causas legitimas excipiendo adferre possit, quibus probatis reatui eximatur: Accusator contra vehemens replicando dicat, falsas & fictas esse, neque admittendas: Is accusator cauere debet eum in finem, vt si delatus causas allegatas sufficienter probauerit, neque capitalem subire sententiam cogatur; aduersus accusatorem suum regressum habere, & ab eodem, de damno ex carceris causa illato sibi satisfieri desiderans, expensarum & incommodorum compensationem eodem iudicio exigere possit: ac tum accusator delato in omnem causam damnabitur. *l. cum apud 20 iudic. solui l. Græcè, §. & post litem, ff. de fideiuss. l. 3. C. qui accus. non poss.* Clar. *§. fin. q. 18. nu. 2.* Et hæc in accusatore. Sed quid in reo? potestne is acceptis fideiussoribus à carcere dimitti? Clarus *§. fin. q. 46. nu. 6.* hoc affirmat in causa leui, & vbi non ingeritur pœna corporis afflictiua, consideratis desuper facti ac defensionum ipsiusq; personæ circumstantiis, *d. l. Græcè, §. sed & si ex delicto l. si quis 56. §. fin. l. si à reo 70. §. fin. de fideiuss. l. 1. l. 3. l. 4. l. 5. de custod. reor.* Gometz *in variis resolut. tit. de delictis nu* 8. Menoch *lib. 2. de arbit. iud. quæst. casu 304.* vbi declarat, qua pœna & quando plectatur fideiussor, sub cuius fideiussione relaxatus è vinculis carceratus fugiat. Remus *h. artic. 13.*

ART.

ARTIC. XIV.

Accusator, si vades dare nequeat, qua ratione detineri debeat.

So der Kläger nicht Bürgen haben mag / wie die Gegenhafftung beschehen soll.

ALs lang vnd dieweil der Ankläger gemelter Bürgschafft nicht haben mag / vnd doch dem strengen / peinlichen Rechten nachfolgen wolt: So sol er mit dem Beklagten / biß nach Endung vorangezeigter redlicher Außführung in Gefängnus oder Verwahrung / nach Gelegenheit der Personen vnd Sachen / gehalten werden / vnd dem Ankläger / auch dem der seine Entschuldigung außführen wolt / sol gegönnet werden / daß die Leut / so sie zu Bürgschafft oder Beweisung / wie obsteht / gebrauchen wöllen / zu vnd von jhm wandeln mögen. So auch die Anklag / von wegen Fürsten / geistlicher Personen / oder Gemeiner / oder sonst hoher Personen gegen den / die geringers Stands seyn / geschicht: In solchem Fall mögen sich ander Personen vngefährlich nicht geringerer Achtung / dann der Beklagt / an jhr statt / neben den Beklagten gefänglich legen / oder verwahren lassen. Vnd ob auch dieselb eingelegte Person sonst Bürgschafft geben wolte / wie obgemelt / daß alsdann dieselbe Person jhrer Gefängnus erlediget werden sol.

Quod si accusator satisdare non possit, accusationem autem cæptam persequi velit; vna cum delato siue reo, vsque ad pleniorem cognitionem, an indicia contra reum sufficientia sint, nec ne, vel carceri mancipabitur, si iudici pondus causæ & personarum dignitatem perpendenti videatur: vel custodiæ tantum dabitur. *l. nullus, C de exhib. reis*, Clar. *d. quæst. 18. nu. 3. & fin.* Vtrique interea tam reo, quam accusatori integrum liberumq; est, eos ad se accersi iubere, quorum hic quidem fideiubendo, vel intentatum crimen probando, ille vero defendendo se, & obiecta repellendo, opera vti voluerint: & ita accersitis liber

accessus & abitus concedi debet. Baiard. *ad Clar. quæst.* 49. Quo pertinet: quoties Ecclesiastici, vel Politici, siue seculares Principes, aut aliæ in dignitate illustri collocatæ personæ accusationem contra inferioris conditionis hominem instituunt, eius vadem, qui delato par, & nihilo inferior sit conditione in iudicio sistent, & custodiendum vel carceri immittendum dabunt: qui vas, si alios rursus vades, vulgo **Rückbürgen**/offerre, aut cautione quauis se liberare possit, dimittetur Remus *h. artic.* 14. Et sic temperatur rigor *l. tunc conuenit, C. de accusat.* nec immerito, ex *l. fin. C. de procurat. l. fin. C. de iniur. § fin. Inst. eod.* Remus *d. loc.* Notandus itaque est hic textus in Constitutione Carolina *artic.* 14. qui de viris principibus & illustrissimis diserte loquitur, iisq; cautionis præstationem iniungit, quando scilicet cupiunt, vt vir quidam honestus ob crimen imputatum carceri tradatur, vel ædibus mancipetur: Wesenbec. *consil.* 98. quod & nominatim respondit Modestinus Pistor. *vol.* 2. *consil.* 34. *nu.* 7. item, Joannes Fichardus *vol.* 2. *consil.* 119. *nu.* 3. & 4. quos sequitur D. Ernestus Cothman. *vol.* 3. *resp.* 29. *nu.* 448.

ARTIC. XV.

De alio cautionis genere, cum accusator indicia probarit: aut suapte sponte manifestum delictum sit; notorium vulgus appellat.

Von einer andern Bürgschafft / so der Kläger den Argwohn der Missethat bewiesen hat / oder die Missethat sonst bekäntlich ist.

WO der Kläger den Argwohn vnd Verdacht bewiesen hat / oder die beklagte Missethat sonst vnlaugbar ist / vnd der Thäter genugsam Entschuldigung derhalb / als vor berühret ist / nicht außführen kan: So sol der Ankläger alsdann verbürgen / dem stren-

gen peinlichen Rechten / darumb der Beklagte angenommen ist / nach dieser Unser / vnd deß Reichs Ordnung nachzukommen / vnd zu weiterer Bürgschafft / in solchem Fall / nicht verbunden werden. Vnd was also durch Annehmung deß Beklagten / mit Klag / Antwort / Bürgschafft / Fragen / Erfahrung / Weisung vnnd anders gehandelt / auch darauff geurtheilet würde / das sol alles der Gerichtschreiber ordentlich vnd vnderschiedlich beschreiben / wie deßhalb hernach im 181. Articul / anfahend: Item / ein jeder Gerichtschreiber sol / &c. vnd in etlichen Blättern darnach / ein gemeine Anzeigung vnd Form solcher Beschreibung halb erfunden wird.

Accuſator, quoties iuſtam delationem ſuam per indicia ſatis probata oſtenderit; aut ipſo facto crimen notum omnibus ſit; reus vero, accuſatoris obiectionem, excipiendo, quo reatui eximi poſſit, depellere nequeat: tum accuſator iſte accuſationem ſuam, qua ad pœnam capitalem agit, perſecuturum ſe iudicialiter cauebit: cauere aliud ne cogatur *hoc artic. 15.* ibi, **So sol der Ankläger alsdann verbürgen / dem strengen peinlichen Rechten / darumb der Beklagt angenommen ist / nach dieser Vnser / vnd deß Reichs Ordnung / nachzukommen / vnd zu weiterer Bürgschafft in solchem Fall nicht verbunden werden.** Quo ſic iacto totius negotij fundamento, reoque in vinculis conſtricto, actuarius pro ſuo munere, quæ accuſationes, exceptiones, ſatisdationes, interrogationes, quæſtiones, confeſſiones, inquiſitiones, delictiq; commiſſi euidentes demonſtrationes incurrent, proponentur & exhibebuntur, quæve alia incident, & quam tandem ſententiam ferri continget, diligenter omnia & ſingula conſignabit. Remus *art. h. 15.* Quæ præterea actuarij partes declarabitur inferius *artic. 181. & ſeqq.*

ARTIC. XVI.

De notoriis delictis, seu criminibus manifestis.

Von vnzweiffentlichen Missethaten.

SOllen sonderlich Richter vnd Vrtheiler ermahnet seyn / wo ein Missethat ausserhalb redlicher Vrsach / die von peinlicher Straff Rechtlich entschuldiget / offentlich vnd vnzweiffentlich ist/oder gemacht wird / Als so einer ohn rechtmässig vnd getrungen Vrsach/ein offentlicher / muhtwilliger Feind / oder Friedbrecher were/ oder so man einen an wahrer Vbelthat betritt: Auch/ so einer den gethanen Raub / oder Diebstal wissentlich bey jhm hätte / vnd das mit keinem Grund widersprechen/oder Rechtlichen verursachen/oder verlegen möge/als hernach bey jeder gesatzter peinlicher Straff (wann die Entschuldigung hat) funden wird. In solchen vnd dergleichen offentlichen/ vnzweiffentlichen Vbelthaten/ vnd so der Thäter die offen/ vnzweiffentlichen Vbelthat/ freventlichen widersprechen wolte / so sol jhn der Richter mit peinlicher/ ernstlicher Frage / zu Bekantnus der Warheit halten/damit in solchen offentlichen/vnzweiffentlichen Missethaten die endlich Vrtheil vnd Straff / mit dem wenigsten Kosten / als seyn kan/ gefördert vnd vollnzogen werde.

1 In hoc articulo statuitur: Quoties manifesto de delictis liquet, & notorium sit crimen, vt de eo amplius dubitari fas non sit: verbi gratia; si quis pacem publicam, consulto, sciens prudens violet, hostem ve se alicuius palam dictis, factis profiteatur & gerat, *l. quos nos hostes, vbi Interpp. de verb. sign.* aut, si quis in crimine aliquo ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendatur: aut, si quis rem à se furto manifesto ablatam, rapto ve possessam, abalienare deprehensus sit; quæq;, eius generis erunt delicta, vel crimina comperta, & luce meridiana clariora *l. fin. C. de probat.* delatus tamen, siue in carcere custoditus, forte præfracto animo, & perfricta frõte admissum

miſſum neget, teſtibusve oculatis contra ſtare audeat; quod tunc non ad condemnationem procedendum, ſed delatus vi tormentorum ad confeſſionem adigendus ſit, vt veritas eruatur, & ita ſuo ipſius gladio, quod aiunt, iuguletur, facit *l. ea quidem, C. de accuſat. c. euidentia. Extr. de accuſationibus.* Clar. §. *fin. quaſt. 8.* Quam veritatem, ſi iudices obtinuerint, tunc absq; mora ſententiam ferre, vt ſumptibus præſertim ſuperuacuis parcatur, ſententiæq; executionem minime differre debent. Intereſt enim Reip. & ipſorum puniendorum vtilitas in eo verſatur, vt mortuis quam citiſſime adnumerentur, qui vita indignum patrarunt. D. Remus *h. artic. 16.* Licet itaq; quis in flagranti crimine deprehendatur, per hoc tamen non crimen ſatis probatum; ſed ipſa deprehenſio, ſufficiens indicium eſt ad torturam. Clar. *d. quaſt. 8.*

Neque hic articulus 16. repugnat articulo *69. inf.* Quia ille loquitur non de crimine notorio, vti hic articulus 16. ſed de crimine probato. Si enim crimen ſatis probari queat, tortura ſuperuacua eſt, & idcirco non adhibenda; adeoque reus ſine tormentis interrogari & damnari poteſt, per alleg. *ſupr. ad artic. 9.* Sufficit ergo, crimen probatum eſſe, quamuis reus illud confeſſus non ſit; quemadmodum etiam contra ſufficit, reum eſſe crimen confeſſum, quamuis illud non ſit probatum. 2

Hoc ipſo itaq; dirimitur controuerſia Doctorum, & reiicitur ſententia eorum, qui exiſtimant, ad damnationem requiri vtrumque & reum conuictum de crimine, & illud confeſſum eſſe Bapt. à Villalobos *lit. A. num. 114. verſ. & nota.* Vigel. *d. tract. cap. 3. quaſt. 5. reg. 2. in fin.* Et huc pertinet, quod dicit Albericus: Judicem ſcilicet illum fatuum eſſe, qui torqueat reum ſuper plene probatis. Sic eleganter loquitur Cicero *in Orat. pro Milone.*

Facti in eculeo quæſtio eſt, iuris in iudicio. Vbi de facto
conſtat, de iure tantum diſputatur, quæſtione
opus non eſt, iure enim an iniuria, ni-
hil ad tortorem.

ARTIC. XVII.

Delato in vinculis versante, accusatorem aliter territorio excedere non debere, quam locum certum nominarit, ad quem ei, quæ cum reo aguntur, denunciari poßint, & vnde citari queat.

Wie der Ankläger / nach Verhafftung deß Beklagten / nicht abscheiden sol / er hab dann zuforderst ein nämliche statt / wohin man jhm gerichtlich verkünden sol / benannt.

DEr Kläger sol auch / nach gefänglichem Annehmen deß Beklagten / von dem Richter nicht abscheyden / er habe jhm dann ein nämlich Hauß / an einer bequemen sichern vngefährlichen statt / oder Ende benennt / dahin fürter der Richter / alle gerichtliche / notdürfftige Verkündigung / zuschicken / vnd sol der Kläger dem jenigen / der jhm solche Verkündigung zubringt / von einer jeden Meil / so er vom Gericht auß / zu jhm lauffen muß / einen ziemlichen Bottenlohn / nach gemeiner jeden Landsart Gewonheit / zugeben schuldig vnnd pflichtig seyn: Vnd wie der Ankläger solch End benennet / sol der Gerichtschreiber auch in die Gerichts Acta schreiben.

Aliquando contingit, quod accusator pendente accusatione negotiorum suorum causa, vel studiorum *Auth. habita, C. ne filius pro patre,* vel Reipublicæ Bald. *in l. cum quidam, ff. de acq. hæred.* à loco iudicij abire & abesse cogatur. Ei itaq; casui salubriter prospexit Imp. Carolus V. *h. artic. 17.* vt scilicet accusator, reo in carcere detento, non aliter exire territorio possit & debeat, quam si iudici locum, domumq; idoneam, quæ commode atq; sine periculo adiri & accedi possit, nominatim designet, ad quã ei, quæ cum reo aguntur, denũciari possint; & vnde citari queat. Quin & accusator viatori, qui denunciat, à iudicij loco ad nomina-

minatam à se domum decurrenti, in singulos lapides, seu in singulos mille passus, viatici mercedem è cuiusq; regionis consuetudine æstimandam soluere tenetur. Remus *in paraphr. h. artic.* 17. Vnde constat: duo præcipue in hoc articulo contineri: Vnum est, de domicilio ab accusatore indicando, quo acta ei sint transmittenda. *in pr. h. artic.* 7. Alterum est, de mercede nunciis acta perferentibus ab accusatore soluenda *vers.* Vnd sol der Kläger dem jenigen / etc. Vltimo subiicitur, actuarium debere loci situm, domusq; nomen, quam accusator indicauerit, in acta iudiciaria referre. *vers.* Vnd wie der Ankläger / etc.

ARTIC. XVIII.

De indiciis delictorum criminumq́; : vnde ea fere petantur & sumantur.

Von den Sachen / darauß man redliche Anzeigung einer Mißhandlung nehmen mag.

IN dieser Vnser / vnd deß heiligen Reichs peinlichen Gerichtsordnungen (als vor / vnd nachstehet) ist gemeinem Rechten nach / Annehmens vnd gefänglich haltens / auch peinlicher Frag halb / der jenigen / so für Missethäter verdacht oder verklagt werden / vnd deß nicht geständig seyn / auff redliche Anzeigung / Warzeichen / Argwohn vnd Verdacht / der Mißhandlung gesetzt / dieselben Sach / oder Warzeichen / so ein redlich gnugsam Anzeigen / Argwohn / oder Verdacht geben / seynd nicht möglich alle zubeschreiben. Damit aber dennoch die Amptleut / Richter vnd Vrtheiler / so sonst dieser Sachen nicht bericht seyn / desto baß mercken mögen / worauß ein redliche Anzeigung / Argwohn / oder Verdacht / einer Mißhandlung kommen / so sind deßhalben die nachfolgenden Gleichnus / einer redlichen Anzeigung / Argwohns / oder Verdachts / wie das ein jeder nach seinem Teutschen nennen / oder erkennen kan / hernach gesetzt.

Hactenus in hac criminali constitutione dictum est, de reorum captura, accusatorumq; cautionibus, & aliis præparato-

riis ad processum. Deinceps itaq; videndum erit, vnde indicia, præsumptiones, signaq; peti debeant ac soleant, quibus legitime probatis, ad quæstiones deueniatur. Quippe, quod ad torturam procedendum non sit, priusquam argumentis quibusdam reus sit suspectus, & indicia extent ad torturam sufficientia *artic. 6. & artic. 20 fac. l. 1. in pr. & §. iidem & §. diuus Seuerus l. de minore* 10. § *tormenta, ibi, nec debet, ff. de quæst.* Verum cum propter tantam personarum rerumq; varietatem, certis legibus definiri non potest, quæ indicia ad torturam sufficiant, vel non sufficiant, idcirco iudicantis arbitrio hoc relinquitur *hoc artic. 18. ibi*, **dieselben Sach/ oder Warzeichen/** *& artic. 25. ibi*, **So mannit alle/** *& artic. 27. ibi*, **wo aber.** Ad hoc autem iudicis arbitrium instruendum, proponuntur in sequētibus articulis aliquot regulæ, vnde frequentiorum criminum & delictorum indubitata indicia, & non contemnendæ præsumptiones feruntur.

ARTIC. XIX.

De verbi, Indiciorum *, significatione.*

Von Begreiffung deß Wörtleins/ Anzeigung.

WO wir nachmals redliche Anzeigung melden / da wollen wir allwegen/ redliche Warzeichen/ Argwohn/ Verdacht vñ Vermutung auch gemeinet haben / vnd damit die vbrigen Wörter abschneiden.

Vt euitetur verborum tum perplexitas, tum ambiguitas, adeoq; spinosis hominibus argutandi occasio præcludatur, Imperator Carolus V. *hoc artic. 19.* explicat, quid in hac materia criminali sub nomine indiciorum intelligi velit: disponit itaq;, sub nomine indiciorum & **Anzeigungen/** semper & vbiq; intelligi debere argumenta, suspiciones non leues, coniecturas iure probatas, adminicula, præsumtiones, & quæ id generis alia, **redliche**

liche Warzeichen/Argwohn/Verdacht/vnd Vermuhtung. Et dicitur *indicium* ab indicando *l. solent*, §. *quod si solutum, ibi, ob indicium, hoc est, si indicasset, ff. præscript. verb.* Definiturq; indicium esse signum, siue adminiculum demonstratiuum delicti, vel alterius facti, de quo quæritur. Sec. Angel *sup. gloss. verbo, fama nu.* 3. Brun. *in tit. de indiciis post princ.* Baldus *rubr. C. de probat.* definit indicium, præsumptionem minimam hominis boni: seu distans argumentum à specie probationis, quem refert Blancus *in tract. de indiciis nu.* 215. Mynsing. *cent. 6. obs. 97. nu.* 1.

ARTIC. XX.

Ne quis sine legitime probatis indiciis torqueatur.

Daß ohn redliche Anzeigung niemand sol peinlich gefragt werden.

WO nicht zuvor redliche Anzeigen der Missethat/darnach man fragen wolte/vorhanden/vnd beweist würde/ sol niemands gefragt werden/ vñ ob auch gleichwol auß der Marter die Missethat bekant würde/ so sol doch der nicht geglaubt/ noch jemands darauff verurtheilt werden. Wo auch einige Obrigkeit oder Richter/in solchem vberführen/ sollen die dem/ so also wider Recht/ ohn die bewiesene Anzeigung gemartert wer/ seiner Schmach/ Schmertzen/ Kosten vnd Schaden der Gebühr Ergetzung zuthun/ schuldig seyn.

Es sol auch kein Oberkeit/ oder Richter in diesem Fall/ kein Vrphede helffen schützen oder schirmen/ daß der gepeinigte seine Schmach/ Schmertzen/ Kosten vñ Schaden mit Recht/ doch alle thätliche Handlung außgeschlossen/ wie recht/ nicht suchen mag.

Nihil tam crudele & inhamanum esse videtur, quam hominem ad imaginem Dei conditum, tormentis lacerare, & sic quasi excarnificare, maxime cum tortura sit res fragilis & peri- 1

 culosa.

culoſa, & quæ veritatem ſæpius fallat. *l.1.§. quæſtioni, ff. de quæſt.* Hinc eſt, quod adeo caute & prudenter circa torturam procedi vult Imperator, *hoc artic.* 20. vt ſcilicet nemo torqueatur, niſi aduerſus eundem adſint indicia, non quælibet, ſed vrgentia. Blanc.*in tract. de indiciis. num.*11. Hippol.*§. diligenter nu.* 23. Quod & antea conſtituit, *artic. 6.7. &* 8. Jaſon *l. cum cognitionaliter 3. ibi*, ſi præſtita fuerint ex tanto ſcelere argumenta, vt videantur accedere ad veriſimilia cauſæ crimina, *C. de quæſt. l. milites 8.1.§. ibi*, ſed argumentis primum veriſimilibus probabilibusq; vti. Concordat *l. edictum 8. in pr. de quæſt.*

2 Quod ſi vero reus non ſufficientibus indiciis præcedentibus tortus ſit, ex ſola illa ſua confeſſione non eſt damnandus, etiamſi millies & iudicialiter ſit ratificata, *hoc artic. 20. ibi*, Vnd ob auch gleichwol. *l.2.3. & 4. C. ſi ex falſis inſtrum. l. quæſtionis* 21. *vbi gl. de quæſt.* Clar.*§. vlt. quæſt. 55. num. 14.* Farinac.*lib.*1.*pr. crim. tit. 5. quæſt. 37. num.*100. Mynſyng.*5. obſer.23.* vbi ait: Et prædicta obſeruanda ſunt diligenter noſtro tempore aduerſus magiſtratus, qui ſine præcedentibus indiciis contra captiuos, quandoque ſtatim ad torturam properant, & ſi reus extra torturam ratificet id, quod metu tormentorum confeſſus antea fuit, mox eum condemnant: imo tales iudices puniendi ſunt, cum innocentes cenſeantur damnare.

Quin amplius etiam confeſſio facta metu tormentorum, vel ſaltem per minas, & in loco tormentorum, ſine præcedentibus legitimis indiciis, non nocet. *d. l.* 1. *§. ſi quis vltro. de quæſt.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 352. *num. 14. & 17. & concluſ.* 1102. *numer. 11.* Pariſ. de Puteo *in tractat. Syndicatus. verb. tortus cap.* 1. *numer.26.* Damhuder. *in praxi criminali. cap. 34. numer. 18. 22. &* 24. Farinac. *quæſt. 83. cap. 2. numer.* 37. *& quæſt.* 1. *& quæſt. 73. cap. 2. num.56.*

Præterea, quod dictum, tortum ex ſola ſua confeſſione non eſſe damnandum, adeo verum eſt, vt licet poſt extortam confeſſionem legitima ſuperuenerint indicia, vel confeſſus poſtea extra tormenta confeſſionem expreſſe ratificauerit, nec dum tamen

men ex illa confeſſione condemnari debeat. Clar. *d. quæſt. 55. verſ. Si vero confeſſio nu. 14. & quæſt. 64. verſ. dixi etiam 9. ibi, & ideo etiam.* ſponte tamen confeſſus absque tormentis de legitimis indiciis non præcedentibus, non iuuatur. Franc. Viu. *lib. 1. comm. opin. in verb. confeſſio facta ſponte.*

Hucusq; de primo membro huius *art. 20.* vbi conſtitutum eſt, neminem eſſe torquendum absque argumentis & legitimis indiciis. 3

In ſecundo membro *verſ.* **Wo auch einige Oberkeit/oder Richter / ꝛc.** agitur de pœna iudicis non legitime reum torquentis. Concordat *artic. ſeq. 21. in fin.* Judex namque, aut magiſtratus, qui per culpam, errorem, vel ignorantiam, aut fraudem contra hanc conſtitutionem commiſerit, litem ſuam facit, & in ſyndicatu, vt pragmatici loquuntur, tenetur. Et quidem, quia hodie Principum, Comitum & quorundam iudicum officium eſt perpetuum, ſtatim quis tenebitur. Bart. *in l. de pupillo, § ſi quis ipſi. quæſt. 2. & 3.* & ibi Jaſon. *ff. de noui oper. nunciat.* Vnde generalis regula: Judex partes enormiter lædens, tenetur in Syndicatu Menoch. *lib. 1. de arbitr. iudic. quæſt. quæſt. 76.* Thom. Grammatic. *deciſ. Neapol. 99.* Alias tum demum actio illa habet locum, cum magiſtratus, vel Judex temporalis officium reſignat. *Nouell. vt Præſ. ſine vlla per* Clar. *§. vltim. quæſt. 64. verſ. & in hoc.* In tantum igitur tenebitur Judex in Syndicatu conuentus, vt ei, quem contra harum legum præſcriptum torſiſſe deferetur, inſonti, quodcunque damni, ignominiæ, iniuriæ, in bonis, fama, corpore fecerit, acceperit, paſſus fuerit, compenſet, reſtituat, & reſarciat. *l. nec magiſtratibus, ibi,* Bart. *gloſſ. & alij, ff. de iniur. l. iubemus. ibi gloſſ. C. ad L. Iul. repet.* text. *in l. ſi quis 5. § ſi Iudex, ff. de oblig. & act. l. vltim. de var. & extraord. cognit.* Remus *ad h. artic.*

Datur item actio iniuriarum contra iudicem, ſi quem iniuſte, id eſt, ſine indiciis, vel præter modum, torturæ ſubiecerit, *l. item apud Labeonem 15. §. prætor ait 34. §. quæſtionem. 41. d. l. nec magiſtrati-*

stratibus 32. & ibi Dd. *de iniur.* Hippol. *in l. 1. §. præterea. num. 7. ad L. Cornel. de sicar. & in pract. crim. §. expedita nu. 87.* Quæ actio non annalis est, vti voluit Wesenbec. *in paratt. de iniur. num.* 15. Goeden *consil.* 1. *nu. 18.* sed perpetua, vt probat Rauchbar. *p. 1. q. 49. nu. 9. & seq.* Mynſ. *1. obs* 84. Hartm. Pistor. *4. q* 20.

Imo Judex, si dolo malo quem torturæ subiecit, vel modum excessit, non solum iniuriarum tenetur, sed etiam capite plecti potest, præsertim, si inique tortus Hippol. de Marsil. *in pract. crim. d. §. expedita nu.* 87. *vers.* Baldus *autem.* Angel. Strelin. *tract. malefic. verb. quod fama publica nu. 95. vers. & idem tenet.* Clar. §. *fin. quæst. 64 vers. & idem tenet.* Menoch. *de arbit. iud. quæst. lib. 2. casu 340. nu.* 3. Chilian. König. *in processu cap. 2. nu.* 37.

4 Excusatur tamen Judex, vel magistratus, si reus apud acta confessus sit, quod legitime fuerit tortus. Clar. *d. quæst. 64. vers. & in hoc 39. in pr.* Sed & si aliunde appareat, reum legitime esse tortum, quamuis reus innocens fuerit, Judex tamen est excusatus *inf. artic.* 61.

5 Tertio membro huius *artic. 20. vers.* Es sol auch kein Oberkeit/ꝛc. constituit Imperator, ne quisquam iudicum vel magistratuum, contra vrphedam iure experiri volentem, qui se & iniuste tortum, & cautionem siue vrphedam illam inique à se extortam, docere possit, prohibeat. Hinc processus relaxationis ad effectum agendi impetramus. *Ordin. Cam. p. 2. cap.* 24. Vrpheda enim non excludit viam iuris. Quia promissio intelligitur facta de vindicta priuata, & quæ fit de facto, non etiam de licita, quæ fit iure permittente. Schurff. *consil. 87. cent. 3.* Natta *consil. 42. nu.* 3. Vocamus autem vrphedam, genus cautionis, qua reus, qui carceribus relaxatur, iurat, se non vlturum, quicquid ibi passus est: ac si condemnatus sit, pariturum se etiam sententiæ. Als der verwiesen wird/muß das Land verschweren / welches man Vrphed nennet. Wesenb. *in paratt. C. de satisdando nu. 6. in fin.*

Cæterum de facto & vi nihil attentare debet, qui vrphedam præstitit. *hoc artic. 20. ibi,* doch alle thättliche Handlung außgeschlossen. Nam bene Callistratus, ex decreto D. Marci, Optimum

mum est, inquit, si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris. *l. pen. ff. ad L. Iul. de vi priu.* Deniq; in materia abiuratæ vltionis, wie weit sich ein Vrphed erstrecke / siue quousque vrpheda extendatur; tractat Joannes Sichardus *consil. crim.* 9. vbi *num.* 1. tradit: Magistratum in illo iuramento non posse carceratum vltra & extra illud negotium, quod captiuationi causam præbuit, & quod exinde immediate ortũ est, in vllo grauare. Idcirco carceratum non teneri iurare aliter, quam quod carcerem, & quod ratione eius sibi obtigit, nec per se, nec per alios, in magistratu, ministris & illos attinentibus iure, vel iniuria velit vindicare. Quemadmodum talis iuramenti consuetus tenor inter cætera docet. Stylus enim vicem legis obtinet, & ideo sicut sententia lata contra legem est nulla, sic quoque si sit lata, contra communem stylum. Sichard. *d. loc.*

ARTIC. XXI.

Ne indiciis, quæ à Magis proferuntur, fidem iudices adhibeant.

Von Anzeigung derer / die mit Zauberey / Wahrzusagen sich vnterstehen.

Es sol auch auff der Anzeigen / die auß Zauberey / oder anderer Künsten Wahrzusagen sich anmassen / niemands zu Gefängnus / oder peinlichen Frag angenommen / sondern dieselben angemasten Wahrsager vnd Ankläger sollen darumb gestrafft werden. So auch der Richter darüber / auff solche der Wahrsager Angeben / weiter für führe / sol er dem Gemarterten / Kosten / Schmertzen / Injurien vnd Schaden / wie im nechstobgesetzten Articul gemeltet / abzulegen schuldig seyn.

Magi hoc loco intelligendi sunt, qui ad quæsita, authores 1
furti vel aliorum maleficiorum, indicant. *l. nemo ariolum consulat 5. C. de malef. & mathem. l. apud Iulianum, §. si qui Astrologus, ff. de iniur.*

Germanice nominantur Wahrsager/vel potius Lügensager. Plura enim mendacia, quam vera proferunt, & sæpe furti, aut alterius sceleris notam iis inurunt, qui innocentissimi sunt; quod exemplis declarat Godelmannus *lib.1.de ariolis cap.5.nu.3. & seqq.* Et Satan, qui per magos loquitur, pater est mendacij, & ab initio homicida. *Ioh.5.v.44.* Hi itaq; si consulti aliquem furem, vel alterius maleficij autorem indicant, ex tali denunciatione nominati, non facit aduersus eundem indicium ad torturam, vel carcerem ex Constitutione Carolina *h. artic. 21. in pr.* **Es sol auch der Anzeigen / die auß Zauberey / &c.** quæ decisio iuri communi consona est. *d. l. apud Iulianum 15. §. qui astrologus 13. de iniur.* Et hi diuinatores & incantatores testantur de secretis peccatis, & talibus obiectis, quo excedunt humanam cognitionem: vnde necesse est, vt fallantur, aut à diabolo, qui est pater mendacij, intelligant. Inde Imperator Constantinus rescripsit, omnibus perpetuo diuinandi curiositatem silere debere. *d. l. nemo 5. C. de malef. & mathem. fac. d. l. apud Iulianum 5. §. qui Astrologus.* Damhud. *in praxi criminali cap. 9. incip. si Iudex, aut fiscus nu. 7. 8. & 9.* Marant. *p. 6. dist. & peruenitur aliquando 1. nu. 20.*

2 Quin & tantum abest, vt quis ob eiusmodi nominationem capi & torqueri possit, vt potius & accusator & magus, cuius ille pseudovaticiniis malecredulus inductus quem detulit, vterque grauiter puniendus sit, *h. artic. 21. in medio vers.* **sondern dieselben angemaßten Wahrsager.** non quidem pœna ordinaria veneficij, sed extraordinaria, veluti, relegatione, vel carceratione, vel etiam mulcta pecuniaria pro arbitrio iudicis infligenda; quippe, quod contra eius generis nominatores nulla certa pœna sit expressa: vbi autem pœna certa constituta non est, eo casu ea arbitrio iudicis relinquitur. *l. 1. §. vlt. ff. de iure deliber. c. de causa. ext. de offic. deleg.* Damhud. *in praxi crim. cap. 11. nu. 8.*

3 Quinimo, si Judex ob magica indicia aliquem incarcerauerit, vel torturæ subiici mandauerit, is delato in omnem damni, iniuriarum, ignominiæ & corporis dolorum causam tenebitur, per expressum text. *in hoc artic. 21. sub fin. vers.* **So auch der Richter**

darüber/

darüber/ꝛc. Ita olim in Camera Imperiali iudicatum, & ſenatum Colonienſem cuidam Petro Quittinck propter iniuſtæ incarcerationis iniuriam in 600. aureos condemnatum fuiſſe, meminit Fridericus à Tautenberck *in ſuo viridario concluſionum iurid. concl. 98.* quem ſequitur Mynſing. *cent. 5. obſ. 69. nu. 6.* Sed quid, ſi magiſtratus ex eiusmodi magi indicatione contra aliquem nominatum proceſſerit, inquiſiuerit, eumq; in carcerem coniecerit, ille autem quædam veneficia confiteatur; nunquid recte ille damnari & tradi poterit? Minime: Ratio eſt; quia eiusmodi inquiſitio, & confeſſio inde ſecuta ex tali delatione absque aliis indiciis eſt ipſo iure nulla. Clar. *§. fin. quæſt. 2. num. 3. verſ. & hanc concluſionem.* Catus *inter conſilia criminalia diuerſorum, conſil. 99. num. 1. lib.* 1. vbi totum mundum hanc concluſionem ſequi dicit. Deinde nominatus hic & delatus non poteſt condemnari ex noua fama & aliis indiciis poſt inquiſitionem & capturam hanc exortis, quoniam recens fama, & alia indicia, quæ poſt capturam demum exoriri cæperunt, nulla ſunt, & reum non diffamant. Damhuder. *in praxi criminali. cap. 9. num. 6. ibi, ſimiliter fama.* Non poteſt etiam delatus condemnari ex confeſſione propria ſpontanea: quoniam eiusmodi homines præſertim innocentes ideo ſaltem veneficia confeſſi præſumuntur, vt eo citius carcerem euadant, & torturæ non ſubiiciantur. Joan. Wier. *de præſtigiis dæmonum lib. 6. cap. 13. verſ. nec ita procul.* vbi notabile exemplum de quadam muliercula adducit. Denique non poteſt damnari ex confeſſione coacta & tormentis extorta, idque propter expreſſum textum *in conſtitut. crimin. artic. 20. poſt princ. verſ.* vnd ob auch gleichwol auß der Marter. *iunct. h. artic. 21. ſub fin. verſ.* wie im nechſtobgeſetzten Artickel gemelt. Mynſing. *5. obſeru. 23.* Matth. Berlich. *p. 4. concluſ. practicar. ad Conſtit. Electorales concluſ. 4. num. 43. & ſeqq.*

ARTIC. XXII.

Ad indicia criminis, accusatus torqueri tantum, non etiam vltima pœna affici potest.

Daß auff Anzeigung einer Missethat / allein peinliche Frag / vnd nicht ander peinlich Straff sol erkannt werden.

ES ist auch zumercken / daß niemand auff einigerley Anzeigung / Argwohns / Warzeichen oder Verdacht / endlich zu peinlicher Straff sol verurtheilt werden / sondern allein peinlich mag man darauff fragen / so die Anzeigung / als hernach funden wird / genugsam ist. Dann sol jemand endlich zu peinlicher Straff verurtheilet werden / das muß auß eigen Bekennen oder Beweisung (wie an andern Enden in dieser Ordnung klärlich funden wird) beschehen / vnd nicht auff Vermuhtung oder Anzeigen.

1 Nemo ex præsumptionibus, suspicionibus, præsumptionibus & indiciis solis, capitis damnandus est, (ne quidem in criminibus occultis & difficilis probationis Hippol. de Marsil. *in repetit. Rubr. C. de probat. num. 236. & seq.* vbi concludit ad torturam perueniri posse) sed vel ex propria confessione, vel ex sufficienti, siue plenissima probatione: ita statuit Carolus V. *hoc artic. 22.* Nec immerito: cum enim in criminalibus de salute hominis agatur, idcirco probationes luce meridiana clariores esse debēt. *l. vlt. C. de probat. l. qui sententiam, C. de pœn.* Clar. *§. fin. quæst. 66. vers. debent autem.* Igitur Judex, qui eiusmodi probationem non obtinuerit, & præter indicia mera nihil præ manibus oculisve habuerit, atrocius quicquam ne statuat, cauebit. Mynf. 5. *obseru. 12.* Hoc tamen constituit Carolus V. posse accusatum ad indicia criminis torqueri, non etiam condemnari. Vsus itaq; indiciorum diligenter attendendus, ne latius trahantur, quam debent Remus *h. artic. 22.*

Cæterum, vt quis vltimo percellatur supplicio, sufficiens probatio censetur testimonium testium duorum omni exceptione maiorum, *artic. 67. ibi*, **glaubhafften guten Zeugen** / quibus scilicet nulla exceptio obiici potest, *artic. 66. fac. l. vbi numerus* 12. *ff. de testib.* Viu. *lib. 1. comm. opin. in verb. testis, §. in ore duorum. Item, in verbo, Testes duo sufficiunt ad condemnationem.* Et quidem testimonium duorum ad reum condemnandum sufficit, quamuis ille crimen confessus non sit. *artic. 22. & artic. 69.* Adeoque sufficit crimen probatum esse, quamuis reus illud confessus non sit: Quemadmodum etiam contra sufficit, reum crimen confessum esse, quamuis illud non sit probatum. Vnde non est admittenda sententia quorundam existimantium, ad damnationem requiri vtrumque, & reum de crimine conuictum, & desuper illud confessum esse. Baptist. à Villalob. *lit. A. nu.* 114. *vers. & nota sup. artic. 16.* 2

Quia autem, vbi numerus testium iure speciali definitus non est, ibi duos sufficere modo dictum, per *d. l. vbi numerus 12.* ibiq; Dd. *ff. de testib.* Exinde disputatum est apud Doctores, An sola Principis assertio plenam inducat probationem? Vel si Princeps de delicto alicuius asserat, deq; eo sibi ex visu constare dicat, an hoc ad condemnationem Rei sufficiat? Adfirmat hoc Julius Clarus *§. fin. quæst 53. nu. 21.* quem sequitur Farinacius *lib. 2. de opposit. contra personas testium tit. 6. quæst. 65. num. 177.* vbi dicit hoc verum esse, quando Princeps de visu asserit, & quando non agitur de priuando delinquentem bonis vel feudo, atq; ita interesse Principis. 3

Pertinet huc notabilis facti species, quam refert Joannes Bodinus *lib. 6 de Republ. cap. 6.* Henricus II. Galliarum Rex, Italum familiarem in capitali scelere comprehensum in carcerem duci iussit: Reus tædio carceris rogationem tulit, vt ex albo reorum eximeretur, & vinculis solueretur; quandoq; nullius criminis conuictus, imo necdum accusatus esset. Prætor Curiæ cum tribus iudicibus Regem adiit, vt quæ illum occasio aduersus reum impulisset, intelligeretur. Rex hominem damnari iussit,

quod eum in crimine capitali deprehendiſſet, nec tamen id peruulgari vellet. Ad quem Prætor: Nos iurati ſumus, non niſi conuictum, & ex animi noſtri ſententia damnaturos neminem. Rex ira commotus, quod fidem ſuam in dubium vocari intelligeret, iureiurando obteſtatus eſt, ſe hominem in ſcelere nefario deprehendiſſe. Ibi Magiſter militum Regem paululum ſeduxit, & ſupplicium in noctem differendum ſenſit, ne populus rei nouitate perturbaretur: nocte itaque ſequenti, reus in flumen, iubente Rege, demerſus eſt. *Hactenus Bodinus*: qui paulo ante *ibidem* affirmat: ſi iudices iudicandi religione ac legibus obligati, Regi, in damnando illo reo ex ſola Regis aſſertione, paruiſſent, carnifices ac parricidæ potius, quam iudices videri potuiſſent. Et ſane ego hoc iudicium Bodini veriſſimum exiſtimo contra Clarum & alios Dd. Quippe, quod in criminalibus ad condemnationem oporteat probationes eſſe liquidiſſimas, vti paulo ante probatum, qualem probationem eſſe ſolius Principis aſſertionem etiam iuratam, adhuc nondum eſt expeditum. Torqueri reus ille ex Regis aſſertione ſuper delicto poterat; condemnari nullo alio adminiculo concurrente, non debebat. Nec minus inique feciſſe iudicandus eſt Paulus III. Papa, qui hominem damnari iuſſit, quia ſibi adhuc Cardinali admiſiſſe parricidium confeſſus eſſet, quod tamen reus conſtanter negabat. Bodin. *d. cap. 6.*

5 Et quidem, ſi ſoli aſſertioni Principis etiam ad condemnationem eſſet ſtandum, vtique in facultate Principis relinqueretur, aliquem ſine cauſæ cognitione vita priuare; contra iura diuina & humana. Sic enim ſtatuit ius diuinum; quod in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum *Deuter. cap. 17. & 19.* idque ipſe Saluator repetit *Matth. 18.* & Paulus *1. Corinth. 13.* Sic Canones etiam tradunt; dictum vnius eſſe dictum nullius *c. licet vniuerſis.* vbi gl. communiter approbata *c. veniens c. iusiurandum, & c. in omni negotio. ext. de teſtib.* Et quod nec Euangelium, nec vlla diuina humanaq; lex vnius teſtimonio etiam idoneo quempiam condemnet, vel iuſtificet, dicitur *in c. admonere 33. quæſt. 5. c. fin. 35. quæſt. 6.*

Etge-

Et generaliter in omni teste, quantumuis in dignitate posito, vt nimirum vnus testis solus plenam probationem non inducat, tenet Tiberius Decianus *consil. 93. nu. 7. lib. 2.* & magis communiter receptum ait Josephus Ludouicus *in communib. opinionib. conclus. 70. vers. ampliatur primo.* & sequitur Farinacius *d. cap. 63. num. 3. & 4.*

Concluditur itaq;, Principis assertioni plene non credi, nisi in facto proprio, vel tali, quod à sola eius potestate, vel officio pendet, vel etiam alieno, coram se gesto, non tamen in graue præiudicium tertij. Gabriel. *de probat. conclus. 2. num. 28. lib. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 139. num. 14.* Farinac. *d. quæst. 63. num. 152. & seq.*

ARTIC. XXIII.

Quomodo indicia, quæ ad torturam sufficiunt, probari debeant.

Wie die gnugsame Anzeigung einer Missethat / bewiesen werden sol.

EIn jede gnugsame Anzeigung / darauff man peinlich fragē mag / soll mit zweyen guten Zeugen bewiesen werden / wie dann in etlichen Articuln darnach von genugsamer Beweisung geschrieben stehet. Aber so die Hauptsach der Missethat / mit einem guten Zeugen bewiesen würde / dieselb / als ein halb Beweisung / machet ein gnugsame Anzeigung / als hernach in dem 30. Articul anfahend: Item / ein halb Beweisung / als so einer in der Hauptsach / etc. erfunden wird.

Agitur hic de uno aliquo [illegible] [illegible] ad torturam [illegible] [illegible] Anal. art. 30. 68.

Non satis est, indicia ad torturam sufficiētia in iudicio allegari, sed ea etiam per duos saltem testes probari oportet *hoc artic. 23. & infr. artic. 30. in fin. & artic. 6. vers.* auff jhn glaubwürdigen gemacht. Baptist. Villalob. *lit. T. nu. 20.* Clar. *§. fin. quæst. 22.* Blanc. *in repetit. l. vlt ff. de quæstionib. num. 46.* Sed etsi indicium per se ad torturam sufficiens sit, ac per duos testes probatum: Si tamen

reus

reus illud aliqua distinctione possit elidere, & ostendere, quod alia mente factum sit; dicendum est, eum ex illo torquendum non esse. *artic.* 29. *vers.* es würde dann. *artic.* 33. *vers.* er könte dann. *artic.* 37. *vers.* er könte dann. & *artic.* 131. *vers.* so aber ein Weibsbild. Cæterum si id, quod in causa delicti præcipuum & caput est, vno teste omni exceptione maiore probetur, sufficiens indicium præbet, vti *inf. art.* 30. ostendetur, *item, artic.* 23. *vers.* Aber so die Hauptsach der Missethat/ mit einem guten Zeugen bewiesen würde. *gloss. in l. maritus* 20. *ff. de quæst.* Clar. § *fin. quæst.* 22. *vers. alia autem est* 2. *cum vers. seq. vnum tamen. Item, quæst.* 21. *vers. nunc testis* 2. *ibi, cæterum. Item, quæst.* 24. 25. 26. Franc. Viuius *lib.* 1. *commun. opin. in verb. testis vnicus de visu num.* 7. Gabriel. *lib.* 1. *de testib. conclus.* 1. *num.* 71. & *seq.* Cum ergo ad hoc, vt indicium sufficiat, requiritur testem omni exceptione maiorem: Idcirco testis vnicus deponens saltem de auditu, non sufficit ad torturam: nisi forte dicat, se audiuisse de nocte, quod Titius Caium percusserit: & adiiciat, se eum ex voce cognouisse. Clar. *d. quæst.* 21. *vers. sed quod si* 3. Ad inquirendum tamen vnius testimonium sufficit, etiamsi omni exceptione maior nō sit. Clar. *d. vers. vnus testis* 2. *in pr.* Quando vero testis ille vnicus non sit omni exceptione maior, tunc alia requiruntur adminicula ad supplendam testis illius inhabilitatem, Menoch. *lib.* 1. *de præsumt.* 89. Franc. Cason. *de indiciis tract.* 10. *cap.* 1. Sed etsi testis non de ipso crimine deponat, sed de aliquo actu, quamuis ad crimen proxime accedente, indicium ad torturam sufficiens non facit, vt apparet ex verbis *d. artic* 30. *ibi,* Aber so einer etliche Vmbstände/ ꝛc. Clar. *d. vers. alia autem est, ibi, aut vero testis.* Vigel. *d. tract. cap.* 4. *quæst.* 1. *Except.* 1.

ARTIC. XXIV.

Ex indiciis nominatim hic expreßis, ad non expressa, neq; nominata, per comparationem arguere licere.

Daß man auß den nachgesetzten Anzeigungen/ in vnbenennten/ vnd hierinn vnaußgetruckten Argwöhnigkeiten der Missethat/ Gleichnus nehmen möge.

AVß diesen nachgesetzten Articuln/ von Argwohn vnnd Anzeigung der Missethat sagend/ sol in Fällen/ so darinn nicht benant sind/ Gleichnuß genommen werden. Wann nicht möglich ist/ alle argwöhnige vnd verdächtige Fälle/ vnd Vmbstände zubeschreiben.

Indiciorum & præsumptionum formæ exponuntur articulis sequentibus. Cum autem fieri non possit, vt omnium factorum, quæ innumera quotidie accidunt, circumstantias, indiciorum vicem præbentes singulatim enumerentur, arg. *l. non possunt. ff. de legib.* Idcirco constituit Carolus V. *hoc artic.* 24. licere à similibus ad similia procedere, adeoque ex indiciis nominatim hic expressis, argumenta, ad non expressa indicia deducere, quorum tamen par sit ratio. *inf. artic.* 53. *&* 143. Quod & iuri communi consentaneum est, quo argumentum à simili ad simile valet, nam similium, siue adæquatorum eadem est natura: Et vbi eadem est ratio, ibi quoq; idem ius, *l. regula*, vbi Dd. *de iuris & facti ignor.* secus itaq; est, si diuersitatis ratio reddi possit: de quo *in nostra Dialectica iuris lib.* 2. *loco* 94. *à simili vel pari.*

Artic. XXV.

De indiciis, omnibus delictis communibus.

Von gemeinen Argwöhnen vnd Anzeigungen / so sich auff alle Missethat ziehen.

ERstlich / von argwönigen Theilen / mit anhangender Erklärung / wie / vnd wann die ein redliche Anzeigung machen mögen.

Item / so man der Anzeigung / die in viel nachgesetzten Articuln gemelt / vnd zu peinlicher Frag genugsam verordnet sind / nicht haben mag / so sol man erfahrung haben / nach den nachfolgenden vnnd dergleichen argwöhnigen Vmbständen / so man nicht alle beschreiben kan.

Indicium 1. à fama

Erstlich / Ob der Verdacht ein solche verwegene / oder leichtfertige Person / von bösem Leumuth vnnd Gerüchte sey / daß man sich der Missethat zu jhr versehen möge / oder ob dieselbige Person / dergleichen Missethat vormals geübet / vnterstanden habe / oder beziehen worden sey. Doch sol solcher böser Leumuth nicht von Feinden / oder leichtfertigen Leuten / sondern vnpartheylichen redlichen Leuten kommen.

2. à Loco.

Zum andern / Ob die verdachte Person / an gefährlichen Orten zu der That verdächtlich gefunden / oder betretten würde.

3. à situ et habitu

Zum dritten / Ob ein Thäter in der That / oder dieweil er auff dem Weg darzu / oder davon gewest / gesehen worden / vnd im Fall / so er nicht erkannt were / so sol man Auffmerckung haben / ob die verdachte Person / eine solche Gestalt / Kleyder / Waffen / Pferd / oder anders habe / als der Thäter obbemelter Massen gesehen worden.

4. à Societate.

Zum vierdten / Ob die Verdachte Person / bey solchen Leuten Wohnung / oder Gesellschafft habe / die dergleichen Missethat vben.

5. ab effectu odii vel inimicitiae

Zum Fünfften / sol man in Beschädigungen / oder in Verletzungen wahrnehmen / ob die verdachte Person / auß Neyd / Feindschafft / vorgehender Trawe / oder Gewartung einiger Nutz / zu der gedachten Missethat / Vrsach nehmen möchte.

Zum

Zum sechsten/ so ein Verletzter / oder Beschädigter / auß etlichen Vrsachen / jemand der Missethat selbst zeihet / darauff stirbt / oder bey seinem Eyd bethewret. à læsi nominatio

Zum siebenden/ so jemand einer Missethat halb flüchtig wird. à fuga

Etsi maxime verum sit, vti antehac dictum, *sup. artic.* 18. quæ indicia ad torturam sufficiant, vel non sufficiant, certis legibus definiri non posse, adeoq; iudicis arbitrio relinqui, quænam indicia sint sufficientia, cum de iis certa doctrina dari non possit, arg. *l.3.§. eiusdem quoq; ff. de testib.* Fr. Brunus *in tractat. de indiciis, quæst.3. primæ partis nu.*1. Nihilominus tamen nihil impedit, quominus indicia dupliciter considerari possint, sunt namq; alia indicia communia omnium, alia vero propria certorum maleficiorum. Ex illis rursus alia sunt, quorũ quodq; per se solum sufficit ad torturam; alia non, nisi aliis concurrentibus, sufficiunt. Iul. Clar. *§. fin. quæst.*20. *in pr. ibi, nihilominus vt, cum sequentibus, vsq; ad quæst.*21. Huius posterioris generis indicia enumerantur *h. artic.*25. *& 2. seqq.*

In hoc autem articulo vigesimo quinto, continentur & proponuntur septem indicia: quorũ primum cõsistit in qualitate personæ, vita anteacta, & fama. *hoc artic.*25. *vers.* **Erstlich / ob der Verdachte / ꝛc.** 1

Primum itaq; perpendendum est iudicanti, an delatus sit malis moribus, qui eum suspectum faciant, arg. *l. suspectum, ff. de susp. tutor.* **Ob der Verdachte / eine solche verwegen / oder leichtfertige Person / von bösem Leumuth vnd gerücht sey /** vti verba Caroli V. habent, *h. artic.*25. *v.*1. an sit vilis, vel leuis persona, cuius fama laboret: qui à delicto, cuius insimulatur, non abhorrere videatur: & qui propter abiectam & inhonestam vitam, vel propter crimen antehac admissum, infamiæ nota, aut facti, aut iuris afficiatur. Bene enim concludimus à præteritis ad præsentia. *l. si cui, §. iisdem, ff. de accusat. l. non omnes à barbaris, ff. de re milit.* de quo *in Dialectica mea iuris lib.*2. *loco* 87. *de tempore ad tempus.* Nemo enim subito mutatur. Remus *ad hunc artic.* 25. *vers.* **Erstlich.**

Et hinc cauti Aduocati in concipiendis articulis inquisitionalibus inter alios quoq; & hunc ponunt: **Ob nicht wahr/ daß N. Angeklagte / von den Leuten dieses Orts / zu N. lange Zeit hero / mit der Zauberey verdacht / vnd berüchtiget gewesen/ vnnd für eine Zauberinne / gleich wie auch jhre Mutter / von N. vnnd vielen Leuten / gehalten.**

2 Verum, cum fama sit res fragilis & perniciosa, falsa *l. cum mater, ff. de inoffic. testam. l. fin. de hæred. instit.* ad libidinem per aduersarium effusa, *l. iustissimos, C. de offic. Rect. Prou.* ad nocendum à maleuolis sparsa, vt plurimum vana, nec audienda, *l. decurionem, C. de pœnis.* idcirco sapienter Interpretes nostri scriptum reliquerunt, famam non nisi requisitis necessariis probari. *Primo,* vt ex fama probationem desumere volens, tempus famæ describat, & famam ante causam inchoatam, & ante inquisitionem cæptam extitisse, in articulis proponat: *Deinde,* quod eiusmodi sit fama, quæ scandalum generet, & ad quam amplius cõniueri nequeat: *Tertio,* quod testis dicat se audiuisse à pluribus & maiori parte populi eius loci, in quo fama spargitur: *Quarto,* vt testis de fama deponens, aliquot personas nominatim indicet, à quibus famam acceperit, etiamsi de eo non sit interrogatus; cuius iuris ratio elegans redditur hæc, ab interpretibus, vt scilicet nomine auctoris expresso sciri possit, an fama à fide digno ortum habeat: *Quinto,* quod personæ istæ à teste enumeratæ, à quibus rumor ortus dicitur, sint fide dignæ & personæ graues, & omni exceptione maiores: *h. artic. 2. vers.* **doch sol.** Nisi delictum, quod perpetratum dicitur, tale sit, vt fama originem non possit trahere, nisi à consortibus: quale est adulterium in lupanari commissum, & similia delicta. Clar. §. *fin. q. 6. num. 17.* *Sexto,* vt etiam testis famam probans exprimat, & indicet causam ortæ famæ, etiamsi de eo non sit interrogatus; & debet ea causa & ratio à teste allata, per se concludere, & ita efficax esse, vt ea populus ad credendum iure impelli potuerit: *Septimo,* quod testes de fama deponentes sint optimæ famæ & opinionis: *Octauo,* quod fama ortum habeat non ab iis, quorum interest: *Nono,* quod fama probet

bet in eodem genere delicti: *Deniq;* fama debet esse solida, inconcussa, crescens, non vaga, non leuis, non contraria. Notat D. Cothm. *resp. 12 nu. 154. & seqq. vol. 1.*

Quamuis autem hæc omnia forte probata sint, tamen ob solam famam non potest aliquis torqueri, sed concurrant necesse est, alia indicia, Clar. *§. fin. q. 21. in pr.* D. Cothm. *d. loc. nu. 184. & seq.* vbi dicit, hanc esse communem omnium interpretum sententiam: quam etiam Carolina Constitutio *artic. 44.* satis probat, quando haud obscure definit indicia ea adiuuari fama mala. Judicis itaque partes erunt, hoc casu, vt huic famæ non statim fidem tribuat, sed inprimis hoc spectet, an aliud ex accidente superueniat, quo admoneatur ad fidem habendam famæ. Veluti, si, cum capiuntur maleficæ, dicant, actum est de me, aut, ne de me supplicium sumatis, veritatem rei, lubenter fatebor; aut valedicant domesticis & propinquis, veniam petendo, aut, si sagæ lacrumas effundere nequeant, aut, si oculos in terram defigant, aut, terribiles deformesq; vultus habeant, aut, si sagis signa impressa inueniantur Zanger. *de quæst. & torturis cap. 2. nu. 32.* Si itaque alia indicia cum fama concurrant, reus potest torqueri *l. testium fides 3. § eiusdem, ibi, alias veluti. de testib. c. cum causam 13. vers. famam. ext. de probat. c. præterea 27. ext. de testib.* Clar. *d. quæst. 2. in pr. ibi, cæterum, si cum ipsa.* Proinde, si fuga cum fama concurrat, reus potest torqueri in causa non capitali. Clar. *d. quæst. 21. vers. fuga. ibi, hoc tamen locum.* Baptist. à Villalob. *in lit. F. nu. 174.* Si item non specialis fama sit de crimine proposito, sed in genere diffamatus reus: tunc vel leui suspicione concurrente reus potest torqueri. Clar. *d. quæst. 21. in pr. ibi, scias tamen.* nisi crimen de quo agitur, dissimile sit iis criminibus, de quibus est diffamatus. Clar. *d. quæst. 21. in pr. ibi, cæterum, si delicta.* vel nisi reus probet, se per triennium bene vixisse. Clar. *d. quæst. 21. in pr. ibi. bene verum.* Vigel. *d. tract. cap. 4. q. 1. indic. 1.* 3

Secundum indicium est, si delatus in loco suspecto, & ad delinquendum apto deprehensus fuerit. *hoc artic. 25. vers.* Zum andern / ob die verdachte Person / an gefährlichen Orten / zu der That 4

verdächlich gefunden / oder betretten würde. *fac. l. aut facta, §. locus, ff. de pœn.* Clar. *d. quæst. 21. vers. si aliquis visus.* Carer. *in pract. nu. 235.*

Tertium indicium isti non dissimile est, si reus in loco per-
5 petrati criminis, tempore quo perpetratum est, aut ante, vel
post visus à quopiam visus sit à quopiam. *hoc artic. 25. vers.* Zum
dritten / ob der Thäter in der That / etc. Clar. *§. fin. d. quæst. 21. vers. si aliquis.* Et si de facie cognitus non fuerit, quæri oportet, an ex statura corporis, vel habitu ipso, vestibus, armis, equo, equique colore, aut aliis signis, dignosci potuerit: vt si forma pedis, quæ inuenitur in niue, terra humida, vel puluere eius loci, in quo delictum perpetratum dicitur, correspondeat formæ pedis accusati: quæ in testium depositione diligenter aduertenda erunt. Clar. *d. vers. si aliquis.* Menoch. *lib. 5. præsumpt.* 31. *nu.* 12. Mascard. *de probat. concl. 830. nu. 11.*

Quartum indicium est, si delatus consuetudinem, vel fa-
6 miliaritatē habuerit cum hominibus, facinorosis. Conuersatio
enim facit indicium ad torturam. *hoc artic. 25. vers.* Zum vierdten / ob die verdachte Person / bey solchen Leuten Wohnung / oder Gesellschafft habe / die dergleichen Missethat vben: Quia conuersatio arguit hunc esse talem, quales sunt, cum quibus esse voluit, iuxta illud *Psal.* 17. cum peruerso peruerteris. Sola tamen conuersatio, cum maleficis non facit indicium ad torturam. Et quamuis suspicionem generet. Grammatic. *consil.* 17. *nu.* 14. qua ratione etiam in hac Constitutione Carolina 25. §. Zum vierdten / *& art. 44.* pro indicio ad torturam inter cætera recitatur; id ita demum verum est, si cōuersans scierit, eum, cum quo familiariter vixerit siue conuersatus fuerit, maleficum eiusmodi esse. Gramm. *consil. crim. 37. nu. 22.* Deinde, si conuersationis istius suæ, iustas, graues, ac probabiles causas non habuerit: deniq; vt conuersans ex sola cōuersatione cum maleficis torqueri possit, necesse est, eum esse malæ vitæ, opinionis & famæ D. Cothm. *d. resp.* 12. *nu.* 215. *& seqq.* Deniq; si quis cum malis & improbis, quibus nullum ad nocendum tempus augustum est, iuxta Senecam *in Medea.* versetur & viuat, præbet indicium ad torturam contra se, si nimirum aliud

admi-

adminiculum concurrat, arg. *l. ædiles 25. §. pedius 4. de ædil. edict. l. si plures, § quamuis, ff. de administ. tut.* Menoch. *lib. 1. præsumpt. q. 89. nu. 125.* Farinac. *lib. 1. prax. crim. tit. 5. q. 52. nu. 85. & seqq.*

Quintum indicium præbet inimicitia capitalis, quæ reo cum læso intercessit, item minæ præcedentes. *h. art. 25. vers.* **Zum fünfften/ sol man in Beschädigungen/ ꝛc.** *& inf. artic. 32. & 44. vers.* **oder jemand.** Clar. *d. q. 21. vers. minæ.* sed *in d. vers.* **Zum fünfften/** numeratur etiam inter indicia spes commodi. Cui concordat *artic. 37. vers.* **oder aber von seinem Tod.** Animaduertendum itaq; est iudici, an delatus, odio sit persecutus læsum, vel an cum eodem gesserit inimicitias capitales, quibus nulla reconciliatio interuenerit. Clar. *d. q. 21. vers. inimicitia 3.* Quin amplius Judex solo indicio inimicitiarũ niti non debet: quia solã inimicitiam capitalem (quã ex variis causis oriri & contrahi, ostendit Farin. *in d. loc. q. 49. nu. 2. & seqq.*) ad torturam indicium nõ facere, communiter concludunt Dd teste Carer. *in prax. crim. §. obseruare curabis. nu. 118.* Clar. *d. q. 21. vers. inimicitiæ.* Farin. *d. q. 49. num. 102. & seqq.* Et experientia docet, attestanturq; historiæ, iudices, qui ob solã inimicitiam accusatos quæstioni subiecerunt, & vi tormentorũ confessionẽ delicti extorserũt grauissime errasse, & insontes damnasse; sontes vero impune abiisse: de quo apud Mascard. *vol. 2. de probat. concl. 901. n. 7. & seqq.* Sumitur itaq; indicium ex inimicitia capitali ad torturam, modo alia adminicula concurrant, vt fama, fuga, & similia; & in specie per testes iustam causam inimicitiarum reddentes probari possit. Zanger. *de torturis cap. 2. nu. 40. & seqq.* 7

Sextum indicium est dictum læsi in mortis articulo, aut cum iureiurando. *h. artic. 25. vers.* **Zum sechsten/ so ein Verletzter/ oder Beschädigter/ ꝛc.** Si nimirum moribundus ex vulnere ipsemet suo ore certis de causis hominem certum cõstanti sermone incusarit, & accusationem ingeminarit, idq; ante mortem solemni asseueratione testatum reliquerit, aut iureiurando confirmarit. Regulariter namq; statur cõfessioni morientis ad ipsius præiudicium, non in damnum alterius. *l. si quis in graui, §. si quis moriens, ff. ad SC. Syllan.* Gramm. *decis. 56. n. 15.* Remus *ad hunc vers.* **Zum sechsten.** Sed solam offensi attestationẽ, siue moribũdi inculpationem per se 8

absque aliis causis & adminiculis non facere indicium ad torturam, colligitur *ex hoc artic. 25. vers.* **Zum sechsten/** *ibi*, **auß etlichen Vrsachen.** Et ratio est: quia est testis vnicus, & quidem in re propria. Vnicus autem testis, si omni exceptione maior non sit, minime facit indicium ad torturam. Quod vero non sit testis omni exceptione maior, ex eo manifestum est, quod lex huic attestationi resistat. Quisquis enim prohibetur, pro seipso, seu in re sua, vel propria testimonium dicere. *l. nullus* 10. *ff. de testib. l. omnibus 9. C. eod.* Dicendum itaq; est, hanc attestationem offensi non aliter indicium facere, quam si alia adminicula vrgentia concurrant. *l. si quis in graui* 3. §. 1. *ad SC. Syllan.* Blanc. *in l. fin. nu. 393. ff. de quaest.* Farinac. *d. tit. 5. quaest. 46. num.* 35. *& seqq.* Zanger. *d. cap.* 2. *num. 59. in fin.* vbi addit, hanc sententiam vsu obseruari, *per h. artic.* §. **Zum sechsten/** *ibi*, **auß etlichen Vrsachen der Missethat ziehen.** Caeterum Danieli Mollero videtur arbitrio iudicis hoc omne committendum, vt is diligenter consideratis circumstantiis facti aestimet, quantum vel excusationi, vel incusationi morientis tribuendum sit, quemadmodum & alias fere probationes arbitrio iudicis relictae sunt. Moller. *lib. 3. semest. 8. in fin.* Ante tamen dixit, verius esse, si moriens eum, qui suspectus est de homicidio, excuset, & dicat, se non ab illo, sed ab alio vulneratum, talem eius assertionem magnum innocentiae indicium pro reo facere, & indicia alia quantumuis legitima eneruare, vt ex iis torqueri non possit, vt voluit Baldus *in l.* 1. *C. comm. de legat.* Menoch. *lib. 5. praesumpt. 48. nu. 7.*

8 Septimum indicium est fuga; si scilicet delatus, fuga, quae consciam fere arguit mentem, sibi consulere voluerit; eamq; arripere parauerit, aut fugiens apprehensus sit, *h. artic. 25. vers.* **Zum siebenden/ so jemand einer Missethat halb flüchtig würde.** *l. vltim. ff. de quaest.* Dd. *in L. Cornelia, ff. ad Syllan.* Clar. *d. quaest. 21. vers. fuga delinquentis, ibi, aut vero.* Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. quaest. casu* 301. Quin & fuga sociorum, facit indicium contra inquisitum. Grammat. *decis. 11. num.* 14. Fuga sane fugientem accusat, & in suspicionem sceleris adducit. *Nouell. 53. cap. 4. §. igitur l. 3. §. si ad diem 7. de re milit. L.*

impube-

impuberibus 7. §. *præterea* 2. *de suspect. tut.* Farinac. *d. tit.* 5. *quæst.* 48. Adeoque ex fuga post delictum publice notum, sed ante accusationem, aut inquisitionem institutam à reo parata, oritur indicium ad torturam. §. *si vero. Nou. de exhib. reis*, §. *si quis ad ordinationem. Nou. de sanctis Episc.* si alia indicia, atq; etiam, vel sola fama concurrat, & fugiens per loca insueta & insolita aufugerit. D. Cothm. *d. resp.* 12. *num.* 190. *& seqq.* Sed tamen non tam fugam, quam animum fugientis inspici oportet. *l. quod si fugitiuus*, §. *item apud Mediolanenses, ff. de ædilit. edict.* Cothm. *d. loc.* Quid enim, si quis iusto timore, vel suspicione vehementi accusationis, vel inquisitionis institutæ, aut etiam futuræ inductus: aut, si quis per alios compertum habeat, quod mox in vincula coniiciendus sit, aut etiam iudicis sæuitiam, aut potentiam inimicorum, aut falsos testes veritus, fugæ se dedat, etiam tum, cum esset in manibus lictorum? Sane veniam hic mereri debet, arg. *l. lege Cornelia* 25. §. *præterea* 1. *ad SC. Syllan.* Zanger. *d. cap.* 2. *num.* 34. *& seqq.* D. Cothm. *d. resp.* 12. *nu.* 190. *& seqq.* Vigel. *d. tract. cap.* 4 *quæst.* 1. *indicio septimo.* & Matth. Coler. *resp.* 7. *nu.* 71. *& seqq.* in quibus locis materia fugæ late explicatur.

ARTIC. XXVI.

De octauo & vltimo indicio communi.

Vom achten gemeinen Argwohn.

SO einer mit dem andern vmb groß Gut rechtet / das dazu der Mehrertheil seiner Nahrung / Haab vnnd Vermögens antrifft / der wird für einen Mißgönner / vnd grossen Feind seines Widertheils geacht. Darumb / so der Widertheil / heimlich ermordet wirdt / ist ein Vermuhtung wider diesen Theil / daß er solchen Mord gethan hab / vnd wo sonst die Person jhres Wesens verdächtlich were / daß er den Mord gethan / die mag man / wo er derhalb nicht redliche Entschuldigung hätt / gefänglich annemmen / vnd peinlich fragen.

Octauum indicium est ad torturam, si reus litem cum læso habeat de omnibus bonis, vel maiore parte bonorum suorum. *hoc artic. 26.* So einer mit dem andern vmb groß Gut rechtet/ daß darzu der Mehrertheil seiner Nahrung/ Haab vnnd Vermögens antrifft/ ꝛc. Concordant ea, quæ proposita sunt *ad artic. 25. indicio quinto.* de inimicitia. Nam capitalis inimicitia est, si contendatur de maiore parte bonorum, quia causa bonorum dicitur causa vitæ. *l. aduocati, Cod. de aduocat.* Et paria sunt, causa omnium bonorum, & causa maioris partis, *c. frequens. de restit. spoliat.* Idem obtinet in causa honoris, & causa status, *§. item propter litem. Instit. de excusat. tut.* Baptist. à Villalob. *in lit. L. num. 48.* Vigel. *d. cap. 4. quæst. 1. indicio octauo.* Si itaque delato de patrimonio, cum eo, qui occisus dicitur, aut de maxima bonorum parte, in qua maximam rei familiaris iacturam faciat, si causa cadat, lis fuerit; iste, si tantum non pro hoste aperto, saltem pro eo, qui summa inuidia contra litigatorem suam flagret, ab ipsis legibus iudicatur. Vnde, si is, aduersus quem litigat, clam occidatur, præsumi potest, eum ipsum aduersarium, neque alium, homicidij reum: præsertim, si moribus talis sit, vt à cæde & sanguine alienus non censeatur: proinde nisi se legitime purgare possit, velitque, & in carcerem coniici, & ex hoc indicio, torqueri poterit. Remus *in paraphrasi hoc artic. 26.* Et sic ratione eius, quod quis cum defuncto litem habuit de maxima parte bonorum, arcetur postmodum à tutela eiusdem liberorum. *l. ἐὰν δύο, §. ἀφίεντη, ff. de excusat. tut. & §. inimicitiæ. Instit. eod. tit.*

ARTIC. XXVII.

Regula, qua declaratur, quando ea indicia, quæ recensita sunt, singula, aut iuncta simul plura ad quæstiones sufficiant.

Eine Regel / wenn die vorgemelten Argwohnungen / Theil/ oder Stück samentlich/ sonderlichen gnugsam Anzeigung zu Peinlicher Frage machen.

IM nechsten obgesetzten Articul werden acht argwöhnige Theil/ oder Stück/ von Anzeigung peinlicher Frag/ funden/ derselbigen argwöhnigen Theil / oder Stück / ist keines allein zu redlicher Anzeigung darauff peinliche Frage mag gebraucht werden/ gnugsam. Wo aber solcher argwöhnigen Theil / oder Stück / etliche bey einander auff jemand erfunden werden/ so sollen die jenigen / den peinlicher Frage halber/ zuerkennen gebühret / ermessen / ob dieselben obbestimpten / oder dergleichen erfunden argwöhnigen Theil/ oder Stück / so viel redlicher Anzeigung der verdachten Missethat thun mögen/ als die nachfolgenden Articul der ein jeder allein / ein redliche Anzeigung macht / vnnd zu peinlicher Frag gnugsam.

In præcedentibus duobus articulis, octo indiciorum genera allata sunt, quorum singula ad torturam nunquam sufficiunt: quod remotiora, neque ipsi maleficio quasi insint & inhæreant. Hinc est distinctio indiciorum, vt alia leuia, alia grauia sint. *l. cum res, C. de probat. l. ciuile, C. de furt.* Cynus *in l. metum, C. de dolo.* Blanc. *in repet. l. vltim. ff. de quæst. num.* 10. Mynsing. *6. obseru. 97.* Sin vero plura indicia, etiam remota, quæ contra accusatum recta faciant, concurrere deprehendantur; tum ij, qui torquendi potestatem habent, prius rite recteq; perpendent, suo ne pondere tantum ea plura indicia valere possint, vt æquiparari simul iuncta vni eorum, quæ post indicabuntur, digna sint, quorum quidem singula satis sunt, ad quæstio-

nes habendas. Remus *in paraphrasi h. artic.* 26. Farinac. 1. *de indiciis* 5. *quæst.* 37. *num.* 11. Bald. *in c. cum causa. extr. de probat.* vbi eleganter scribit; Quemadmodum ad perfectam cantus harmoniam constituendam singulorum voces aptantur, ita ad plenam probationem faciendam plures species probationis simul iunguntur.

ARTIC. XXVIII.

Alia regula de eadem re.

Aber eine Regel/ in obgemelten Sachen.

MEhr ist zubedencken/ wenn jemand einer Missethat mit etlichen argwöhnigen Theilen/ oder Stücken/ als vorstehet/ verdacht wird/ daß allweg Zweyerley gar eben wahrgenommen werden sollen. Erstlich die Vrsach der erfunden Argwöhnigkeit. Zum andern/ was die verdachte Person/ guter Vermuhtung/ die sie von der Missethat entschuldigen mögen/ für sich hab. Vnd so dann darauß ermessen mag werden/ daß die Vrsachen deß Argwohns/ grösser sind/ dann die Vrsach der Entschuldigung/ so mag alsdañ peinliche Frag gebraucht werden. Wo aber die Vrsachen der Entschuldigung/ ein mehrer Ansehen vnd Achtung haben/ dann etliche geringe Argwöhnigkeit/ so erfunden seyn/ so sol die peinliche Frag nicht gebraucht werden. Vnd so in diesen Dingen gezweiffelt würde/ sollen die jenigen/ so peinlicher Frage halber zuerkennen/ vnd zuhandeln gebühret/ bey den Rechtsverständigen/ vnd an Enden vnd Orten/ wie zu Ende Vnser Ordnung angezeigt/ Rahts pflegen.

Præter hæc Imperator Carolus V. quoties quis ex aliquot supra indicatis iudiciis onerari de delicto obiecto possit; *duo*, quæ sane magni sunt momenti, monet obseruanda esse: *Primum*, vnde sumpta sit tale quippiam de accusato præsumendi occasio: Ad fontem recurrendum esse non immerito monetur. *Deinde*, quæ ipse reus, ex hominis circumspecti (Judex & vir bonus, & le-

& legum peritus, ac litium minuendarum studiosus esse debet, *l. quidam in fin. ff. de reb. cred. l. 1. §. potest, ff. de noui oper. nunciat.* Menoch. *in proœmio lib. 1. de arbitr. iudic. quæst. num. 6.*) remq; omnem iusta trutina examinantis iudicio & sententia, ad sui defensionem proferre possit. Dubia enim & parum concludens, imo præsumptiua Rei probatio, contrariam accusatoris probationem tollit. Satis enim est isto casu reo adnubilare fisci & accusatoris intentionem. Farinac. *in praxi criminali. quæst. 72. num. 76.* Inde, habito velut æquilibrio, vbi indiciorum causam & occasionem rationibus defensionis preponderare compererint, tortura iudicantes vti liberi possunt: At si contra, leuiculas, neque vrgentes esse aduersus reum suspiciones, fortiorem autem defensionem, viderint, quæstiones haberi vetat Imperator Carolus V. *hoc artic. 28.* vbi Remus *in paraphrasi.* sed absoluendus est Reus. Maior enim & fortior præsumptio tollit minorem: imo præsumptio non delicti excludit præsumptionem delicti. Mascard. *de probat. conclus. 1224. num. 11.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. quæst. casu 412. & lib. 1. præsumpt. quæst. 36. & 92.* Farinac. *in praxi criminali. quæst. 86. & quæst. 36.* Wesenbec. *in paratt. ff. de quæstionib.* & passim per tot. Joan. Fichard. *consil. 108. num. 2. & consil. 120. nu. 9. tom. 2.* Boer. *decis. 165.* Quod si se extricare nequeat Judex, qui torturæ præest, prudentes consulere iubetur. Secundum leges enim pronunciatur, cum ex prudentum consilio sententia fertur. *l. leges, C. de legib. arg. l. fin. §. mixta 26. de muneribus. & hon.* Corat. *lib. 2. de comm. opin. tit. 10. casu 17. num. 83.*

ARTIC. XXIX.

Communia indicia (certissima, indubitataq́;) ad quæ reus torqueri potest.

Gemeine (unzweiffelhaffte) Anzeigungen / der jegliche allein zu peinlicher Frage gnugsam ist.

So einer in Vbung der That / etwas verleuret / oder hinder jhm ligen/oder fallen läßt/daß man hernachmals finden / vnd ermessen mag/ daß es deß Thäters gewesen ist/mit Erkündigung/ wer solches am nechsten vor der Verlust gehabt hat / ist peinlich zufragen / er würde dann etwas dargegen fürwenden / wo es sich erfünde/ oder bewiesen würde/ daß es bemelten Argwohn ableynet/ alsdann sol dieselbe Entschuldigung / vor aller peinlicher Frage / zuerfahren / fürgenommen werden.

Hucusq; de octo indiciorum generibus, quorum quodq́; per se solum non sufficit ad torturam; eo quod remotiora, neq; ipsi maleficio insint & inhæreant, vt *ad artic. 27.* dictum est. Sequuntur nunc alterius generis indicia, quorum quodq́; per se solum sufficit ad torturam.

Primum eiusmodi indicium est, si res aliqua in loco perpetrati criminis sit reperta, quæ demonstraretur esse rei, siue delati, accusati, vel inquisiti *h. artic. 29.* Vt in furto ostendit Blancus *de indiciis nu. pen. & vlt.* exemplum baculus, annulus & armilla Iudæ *Gen. 38. v. 18.* & Empedoclis crepidæ in Æthna repertæ Diog. Laert. *de vita philosoph. lib. 8.* Horat. *in arte poëtica in calce.* Ex inuentione enim harum rerum præsumitur delictum nedum commissum, sed etiam ab eo, cuius res sunt. Hipp. de Marsil. *consil. 8. nu. 2. & 5.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 31. n. 13.* Mascard. *de probat. concl. 830.* Idem est, si forma pedis, quæ inuenitur in terra humida eius loci, in quo maleficium commissum dicitur, correspondeat formæ pedis accusati, vel inquisiti. Menoch. *d. præsumpt. 31. nu. 12.*

Mascard.

Mascar. *d. concl. 830. n.* 11. Zang *de torturis reorũ c. 2. n.* 13. *&* 14. Hinc indicio simile est illud, eum criminis sontem presumi, cuius ensis in loco delicti perpetrati, aut propinquo, inuenitur sanguine madefactus, modo probetur, ensem ad eundem pertinere. *h. artic. 29.* Boer. *quæst. 65. n. 2.* Menoch *lib.* 1 *de præsumpt. quæst. 89. n. 135.* Quod congruit cum indicio secundo communi cæteris criminibus, de quo sup. *ad artic. 25. secundo indicio.* Si tamen accusatus æque certis, aut etiam liquidioribus rerum argumentis, aut testimoniis ea docere & confirmare contra possit, quibus innocentiam ostendat, contrariaq; refellat, adeoq; præsumptionem fortiori alia præsumptione elidat, non dubitatur, quin veniam mereri debeat. *h. artic.* 29. *ibi*, **Er würde etwas dargegen fürwenden/ ꝛc.** veluti, si delatus probare possit, se paulo ante amissionẽ, rem istã alij donasse, vendidisse, permutasse, aut possidere desiisse; vel si ostendatur, hunc esse hominem bonum & frugi; aut eo tempore quo maleficium perpetratum esse dicitur, alibi fuisse: aut in loco delicti alium præsentem fuisse probetur, etiam per testem vnicum, maxime cum hoc agatur, vt Judex informetur de conscientia rei. Gabriel *lib. 1. concl. 1. de testib. num. 1.* Zanger. *de torturis d. c. 2. nu.* 14. Myns. *5. obs. 13.* Ad innocentiam probandam admittuntur etiam domestici testes: quippe innocentiæ iura multum deferunt. Hippol. §. *opportune nu. 15. & seqq.* Et sic constat, defensioni etiam in notorio delicto locum esse, modo vna, vel altera qualitas non sit notoria. Prosp. Farin. *1. de delict. & pæn. tit. 3. q. 21.* Item, ad probandam rei defensionem etiam testes inhabiles admitti. Hercul *de Negat. n.* 409.

ARTIC. XXX.

De semiplena probatione.

Von einer halben Beweisung.

EIn halbe Beweisung/ als/ so einer in der Häuptsach die Missethat gründtlich mit einem eintzigen guten/ tugentlichen Zeugen/ als hernach von guten Zeugen vnd Weisungen gesagt ist/ beweiset/ das heist/ vnnd ist ein halbe Beweisung/ vnnd solche halbe Bewei-

Beweisung/ macht auch ein redliche Anzeigung/ Argwohn/ oder Verdacht der Missethat. Aber so einer etliche Umbstände/ Wahrzeichen/ Anzeigung/ Argwohn/ oder Verdacht/ beweisen wil/ das sol er zum allerwenigsten/ mit zween guten/ tüglichen/ vnverwerfflichen Zeugen thun.

Hucusq; tractatum est de indiciis, quæ copiam torquendi iudicibus faciunt, necesse itaq; fuit indicare semiplenam probationem etiam tale indicium dare & præbere ad torturam. Est autem semiplena probatio, quæ vno teste omni exceptione maiore, qui iuratus de eo, quod in causa caput est, deponit, perfici solet. *supr. artic.* 23. Vnius hominis testimonium non admitti oportere, & lege diuina, & humana cautum est. *Deuter. cap.* 19. *v.* 15. *Matth.* 18. *v.* 16. Imo testis vnicus regulariter non probat, licet præclaræ curiæ honore præfulgeat. *l. iurisiurandi* 9. §. 1. *C. de testib. l. maritus. de quæst.* Hippol. de Marsil. §. *diligenter num.* 1. *& seq. & num.* 20. Facit tamen semiplenam probationem, ita vt de reo suspecto reddito, possit haberi quæstio Jason *in l. admonendi num.* 166. *ff. de iureiur.* Zanger. *d. tract. cap.* 2. *nu.* 10. *&* 11. si modo testis ille vnicus deponat de actu immediato, quod fit, si testis rationem per sensum corporeum rei conuenientem & proprium reddat: & sit testis omni exceptione maior, Zanger *d. loc.* Hæc duo enim in hoc casu requirit constitutio criminalis Carolina *h. artic.* 30. Est autem testis omni exceptione maior, cui nulla exceptio obiici potest, vel, qui non potest reiici. Ein glaubhafftiger/ guter vnd vnverwerfflicher Zeuge/ der vnverleumbd/ vnd sonsten mit keiner rechtmässigen Vrsach zuverwerffen ist. Capicius *decis.* 126. *nu.* 1. Verum si quis plures vnius facti circumstantias, signa, indiciaq; probare conetur; id nisi duobus idoneis, contra quos nihil obiici, nihil excipi possit, testibus fecerit, vix est, vt audiri debeat. Hieron. de Monte *in tract. de finib. reg. cap.* 53. *nu.* 11. vbi dicit, testes inuulnerabiles, & ita compositos esse oportere, vt eis nihil obiici possit, nulla inhabilitas, nullus defectus. Remus *in paraphrasi artic* 30. Clar. §. *vlt. quæst.* 22.

Artic. XXXI.

De socio criminis conuicti, vel de se confeßi.

So ein vberwundener Missethäter/ seinen Helffer in der Gefängnus besagt.

SO ein vberwundener Mißthäter / der in seiner Missethat Helffer gehabt / jemand in der Gefängnus besagt / der jhm zu seiner geübten/ erfunden Missethaten geholffen habe/ ist auch ein Argwöhnigkeit wider den Besagten / so fern bey solcher Besagung nachfolgende Vmbstände vnd Ding gehalten/ vnd erfunden werden.

Erstlich/ daß dem Sager die Beklagt Person/ in der Marter mit Namen nicht fürgehalten / vnd also auff dieselbige Person sonderlich nicht gefragt/ oder gemartert worden sey/ sonder/ daß er in einer Gemein gefragt/ wer jhm zu seiner Mißthaten geholffen/ den Besagten von jhm selbst bedacht/ vnd benannt habe.

Zum andern / gebühret sich / daß derselbig Sager gar eygentlich gefragt werde/ wie / wo / vnd wann jhm der Besagt geholffen / vnd was Gesellschafft er mit jhm gehabt habe / vnd in solchem sol man den Sager fragen/ aller möglicher vnd nottürfftiger Vmbstände/ die nach Gelegenheit vnd Gestalt jeder Sach / allerbest zu nachfolgender Erfindung der Warheit / dienstlich seyn mögen / die allhie nicht alle beschrieben werden / aber ein jeder Fleissiger vnd Verständiger selbst wol bedencken kan.

Zum dritten / gebührt sichs zuerkunden/ ob der Sager in sonderer Feindschafft/ Vnwillen/ oder Widerwertigkeit/ mit dem Versagten stehe. Dann wo solche Feindschafft / Vnwillen/ oder Widerwertigkeit/ offentlich wer/ oder erkündiget würde/ so were dem Sager/ solcher Sag/ wider den Besagten nicht zuglauben / er zeige dann deßhalb sonst so glaublich / redliche Vrsach vnd Warzeichen an/ die man auch in Erkündigung erfünde/ die ein redliche Anzeigung machen.

Zum vierdten/ daß die besagte Person also argwöhnlich sey/ daß man sich der besagten Missethat/ zu jhr versehen möge.

Zum fünfften/ so sol der Sager auff der Besagung beständig bleiben/ Jedoch so haben etliche Beichtvätter ein Mißbrauch/ daß sie die Armen in der Beicht vnterweisen/ jhre Sag/ so sie mit Warheit gethan haben/ am letzten zu widerruffen. Das sol man/ so viel das gesein kan/ bey den Beichtvättern fürkommen/ wann niemandt geziembt/ wider ein gemeinen Nutz den Vbelthätern jhre Boßheit decken zu helffen/ die den vnschuldigen Menschen zu Nachtheil kommen mag. Wo aber der Sager sein Besagung oder dargeben/ am letzten widerrüfft/ die er doch vor mit guten erzehlten Vmbständen gethan hätte/ vnd geacht möcht werden/ er wolt seinen Helffern damit zu gut handlen/ oder daß er vielleicht deß durch seinē Beichtvatter/ als obgemelt ist/ vnterwiesen wer/ Alsdann muß man ansehen deß Sagers angezeigte vnd andere erkündigte Vmbstände/ vnd darauß ermessen/ ob die Versagung ein redliche Anzeigung der Missethat geb/ oder nicht. Vnd in solchem ist sonderlich auch ein Auffsehens zuhaben/ vnnd zuerfahren/ den guten/ oder bösen Stand vnd Leumuth deß versagten/ vnd was Gemeinschafft/ oder Gesellschafft er mit dem Versager gehabt habe.

1 Conuictus de crimine, cuius criminis socios habuit, si quem eorum in carcere & tortura *vers.* Erstlich/ *ibi*, in der Marter/ *& in pr. vers.* So ein/ *ibi*, in der Gefängnus besagt/ nominauit, cuius ope, auxilio, adiutus, crimen siue maleficium perpetrarit; eiusmodi confessio, prægnãtem parit præsumptionem contra indicatum, si modo sequentia adminicula concurrant, quæ proposuit Carolus V. *in h. artic. 31.*

2 Primum, ne reus siue socius criminis particulariter in specie, vel de indiuiduo, puta, de Titio, vel Caio, sed generaliter de sociis interrogetur, quinam scilicet ei socij criminis fuerint. *h. artic. 31.* §. Erstlich/ *ibi*, mit Namen nicht fürgehalten/ *& ibi*, sondern/ daß er in einer Gemein gefragt. Quia specialis ista siue in indiuiduo facta interrogatio, non tam esset interrogatio, quam suggestio. *l. 1. §. qui quæstionem, ff. de quæst. gl. in l. prius, & in l. si certus, ff. ad Syllan.* Blanc. *in tract. de indiciis, nu. 382.* Mascard. *de probat. concl.* 1311, *nu. 39.*

Si

Si nimirum sine causa, sine argumento & sine præsumptione iusta præcedente nominatim Judex interrogaret: quod quidem ipsi quoq; iudici de iure non licet, nec permittitur, & eo respicit Carolus *h.art.*31.§. **Erstlich.** quia eiusmodi interrogatio sine causa facta, proprie dicitur suggestio, & omni iure est prohibita *d.l. 1.§.qui quæstionem.* Quando vero interrogatio fit præcedẽte causa, argumento vel præsumptione legitima, ea proprie appellatur interrogatio, omniq; iure licita est.

Proinde, si criminosus ad interrogationem in indiuiduo factam, alterum, de quo ob suspicionem anteeuntem Judex interrogauit, socium esse dicat: aliqua maior præsumptio contra eum oritur, quam si criminosus sine speciali interrogatione, atq; adeo sine causa præeunte, socium nominet: denique, si iam ante quis sit infamatus, & hoc ipso Judex moueatur, vt de tali infamato cõplices speciatim interroget, iiq; infamatũ socium criminis esse asserant, infamatio prior crescit, & vrgẽtiorem suspicionem excitat. Atq; hãc esse Doctorum & Interpretũ nostrorum mentem, si penitius & diligẽtius inspiciantur, nõ posse, neq; debere dubitari, scribit D. Cothm. *resp.29.nu.323.vol.1.* Si itaq; quis facinorosus de sociis nominatim non interrogatus, virum aliquem bonum, sua sponte nominet, talis nominatio per se est suspectissima, & ad faciẽdum indicium inefficacissima per allegatos à D. Cothman. *d.resp.29.n.319.& seqq.* vbi *n.322.& seq.* subdit, quamuis hanc sententiam quidam minime tutam esse censeant. Fr. Brun. *de indic.& tort.nu.25.* Farin.*q.43.n.190.* tamen eam recte & iuridice intellectam, tam iuri, quam æquitati summe esse consentaneam, se non velle dubitare. 3

Et ex præmissis patet, fieri debere interrogationes, & quidẽ à iudice, & in tortura. Nam absq; tortura nominanti non creditur, cum socius sit, & particeps delicti *l.quoniam liberi 11.C.de testib. l.fin.C.de accusat.* & propter confessionem delicti infamia laboret. *cap.1.de confessis c. illi, qui quæst.5.* Clar. *§.fin.quæst.21.nu.3.& 4.& quæst.45.nu.13. vers. item, si sunt tales testes.* Zanger. *de quæstionib.c.2. num.20.* Quod si tamen socius criminis alios nominet sponte 4

& voluntarie, tunc illa nominatio & confessio socij facit indicium ad inquisitionem: quia in causis pœnalibus mitiorem partem apprehendere debemus. *l. Arrianus* 47. *de oblig. & act. l. prospiciendum* 11. *sub fin. pr. de pœnis.* Berlich. *p.* 4. *conclus.* 4. *num.* 104. Nisi cum hac nominatione & confessione spontanea alia indicia cócurrant; tunc enim criminosi recte torqueri possunt. Clar. *d. quæst.* 21. *num.* 8. *sub fin. vers. quæ quidem aliqualis præsumptio.* Vel nisi duo, vel plures socij criminis contra alios confitentur, nam & tunc eorum confessio & nominatio est sufficiens indicium ad torturam. Clar. *d. quæst.* 21. *num.* 9. *ibi, sed pone, quod non vnus tantum.* Boer. *decis.* 319. *incipit, & videtur, quod non num.* 6. & 7. Berlich. *d. loc. nu.* 115. *& seq.*

5 Secundum adminiculum est, vt maleficus, qui alterum socium nominauit, diligenter interrogetur de omnibus circumstantiis, quomodo & quando nominatus socius ipsi auxilium præstiterit, & qui cum eo fuerint. *hoc artic.* 31. *versic.* Zum andern / gebührt sich / &c. item quos tractatus de patrando maleficio inter se habuerint. Mascard. *de probat. conclus.* 1386. Quod cum compertum fuerit; is, qui consultandis quæstionibus præerit, consequenter eodem tenore, alia quæ ad rem pertinebunt, diligenter inquiret, quo facti veritas & citissime, & certissime habeatur. Quod cum recte successerit, via ad diiudicationem strata est. Remus *in paraph. h.* Ex hac enim interrogatione, iudici constare potest, an verisimilia dicat interrogatus, & ita, an ei fides habenda sit, vel non Menoch. *de arbitr. iud. quæst. casu* 474. *nu.* 58. & *seq.* Deniq; testimonia illa carceratorum & de criminibus suspectorum in præsentia Notarij dici, & statim ab eodem describi, inque Protocollum coniici, imo omnes circumstantiæ apponi debent, quomodo, nimirum, qualiter, quando, & vbi correus & socius criminis delictum vna cum socio perpetrarit. D. Cothman. *d. resp.* 29. *nu.* 334.

6 Tertium est, vt Judex diligenter percontetur & inquirat, vtrum maleficus, cum eo, quem socium dicit & defert, inimicitias & simultates graues exerceat, & vnde eæ ortæ. His enim inimici-

mici-

micitiis manifeſte deprehenſis, inter tortum & ſocium, qui nominatus eſt, nominanti, tanquam aduerſario, hoſti, inimico, contra inimicum, hoſtem, aduerſarium nequaquam fides adhibenda eſt: quippe, quod inimicus inimico nocere velle, & factis, & verbis, præſumitur. Blanc. *de indiciis num.* 106. Clar. *§.fin. quæſt.* 24. *verſ.item quæro*, Remus *in paraph.h.* Et hoc eſt, quod Vlpianus ait *in l.* 1. *§.præterea* 24. *ff.de quæſt.* fidem quæſtioni inimicorum haberi non debere. Niſi tamen, nulla ſimultatum, quæ tanti ponderis non ſint, ratione habita, iuſtas cauſas, & argumenta, ſignaque ſui dicti nominans tortus adferat, quæ ex inquiſitione vera dignoſcuntur, vt fidem emereantur, atq; dictum ſocij contra ſocium indicium faciat. *h.artic* 31. *§.* **Zum dritten.** Quod & alias quoque ſancitum eſt. *in Auth.ſi dicatur, C.de teſtib. Auth.ſi teſtis, C.eod.c.teſtium.c.quoties Ext.eod.tit.*

Quartum eſt, vt nominatus alias iudici ſuſpectus ſit, ſiue 7
tam graui ſuſpicione laboret, talisq; moribus ſit, qui de eiuscemodi commiſſo merito in ſuſpicionem, venire poſſit. *h. artic.* 31. *verſ.* **Zum vierdten**/ vt qui ſemel malus, ſemel homicida, ſemper præſumatur malus in eodem maleficio. Dyn. *in c.qui ſemel. de regul.iur.in* 6. Nam ſi de bona fama nominati conſtet, indicium ortum ex nominatione ſocij criminis, facile diluitur; maxime quando ſocius nominans alios, de aliis delictis infamatus, aut homo infimæ ſortis ſit. Menoch. *de arbitr. iudic. quæſt. caſu* 474. *nu.* 42. *&* 54. Maſcard. *de probat.concluſ.* 1311. *nu.* 17. Zanger. *de torturis cap.* 2. *nu.* 24.

Quintum eſt, vt maleficus nominans non vacillet, aut con- 8
feſſionem mutet, ſed conſtanter, citra vim & vincula interrogatus, in ea perſeueret *h.artic.* 31. *verſ.* **Zum fünfften.** Perſeuerare enim dicitur, quando non territus tormentis, & extra tormentorum loca, illa non videns, perſeuerat & nominationem ratificat vſque ad mortem. Zanger. *d.cap.* 2. *nu.* 25. Farinac. *lib.* 1. *prax. crim. tit.* 5. *q.* 43. *nu.* 138. Et vacillans, variusq;, nunc affirmans, nunc negans, periuro non abſimilis eſt; & proinde nec ad torturam, nec ad inquiſitionem ſufficiens indicium præbet, etiam in exceptis.

Farinac. *d. quæst. 43. num.* 185. Fichard. *consil.* 119. *num.* 9. *vol.* 2. *& consil.* 125. *num.* 1. *& seq.* Wesenbec. *in parat. ff. de quæstion. num.* 12. Bodin. *lib.* 4. *de magorum dæmonom. cap.* 4. §. **Gleichwie auch.** vbi etiam necessarium esse ait, vt malefici & magi ad Deum sese conuertant. Nam si absque pœnitentia exspirent, cum sint hostes Dei & hominum, putat eis fidem habendam non esse: ad quod confirmandum fac. *d. l.* 1. §. *præterea, ff. de quæstio.* Zanger. *d. loc. num.* 25.

9 Deniq; Carolus V. cauet *hoc artic.* 31. *vers.* **Jedoch haben etliche Beichtvätter ein Mißbrauch / rc.** ne Sacerdotes damnatum moneant de eo, quod confessus est, rursus negando. Concordat *infra artic.* 103. Culpandus itaque neque vllibi locorum tolerandus mos est presbyterorum, qui reis à confessionibus sunt, quos suis male instructos documentis illud ipsum, quod ante vere apud iudices confessi fuerant, supplicio proximos & ad catastam deductos, inficiari instigant. Igitur seuere de eo interpellandi sunt; quod nemini licere debeat contra publicam vtilitatem condemnatis & iam puniendis, quidquam opis consiliive dare, quo sua crimina cælent, aut negent, præsertim, cum, vt sontibus parci, ita & innocentibus noceri facile, nisi illud caueatur, possit: & iudices recte officio perfuncti in vulgus non facilius neque improbius traducantur. Remus *in paraphr. h.*

10 Si vero tortus ea, quæ de criminis sociis, apte congruentibus circumstantiis recte prius indicauit, Hippol. *in pract. criminali,* §. *restat. num.* 1.2. *& seq.* ex animi desperatione ad extremum prope rogum coram populo publice reuocet, falso forte persuasus, hac se in dubium reuocatione dictorum sociis nonnihil profuturum, dicendo; *Nominaui quidem illos, tanquam socios siue participes criminis, attamen falso, ideoque iam ante agonem vitæ meæ illos innocentes pronuncio:* tunc diligenter perpendenda fidiculis subiecti dicta, & cum iis, quæ extrinsecus cognoscentur, conferenda: indeq; colligendum potissimum, legitimumne commissi communicato auxilio maleficij indicium torti dictum faciat,

ciat, necne: Quibus discussis, delati & nominati socij conditio vita, fama, & existimatio, & quibus communionis ac societatis vinculis inter se connexi fuerint, inspicienda. *d.* §. Zum fünfften. *vers.* wo aber der Sager/ ꝛc. & *ibi* Remus *in paraphr.* Joan. Godelman *lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 5. vbi scribit, ad hanc quæstionem, *vtrum scilicet reuocatio in extremis elidat primam confessionem factam in tortura & iudicio, ita, vt prior amplius indicium non faciat?* Doctores varie respondere. Quosdam sentire, quod per istam expurgationem prorsus indicia contra nominatos tollantur, propterea, quod confessio nulla, & inconstans eiusdem sit efficaciæ: item, quod nemo præsumatur in articulo mortis, vbi quis memor est salutis æternæ, mentiri. Foller. *in practic. crimin. pag.* 659. *num.* 154. Quosdam statuere, huic reuocationi non esse standum propter *l.* 3. §. 1. *ff. ad SC. Syllan.* quæ vult, non esse standum tali confessioni, quæ in extremis fit. In hac opinione præter alios fuisse Hippolytum de Marsiliis *in pract. crimin.* §. *restat.* vbi Bartoli opinionem adducit, qui *in d. l.* 3. §. *1.* scribit: Judicis dicto non esse standum, qui in agone mortis dixit, se falsam tulisse sententiam. Et distinguit tandem Godelmannus in hac quæstione hoc modo. Aut delata persona fuit bonæ famæ ac vitæ, nec adsunt sufficientia indicia contra nominatam personam, tunc talis reuocatio facta in extremis primam confessionem factam in tortura & iudicio, vel extra elidit. Secus si firmæ & indubitatæ præsumptiones contra delatam personam adsunt, tunc eo in casu hæc reuocatio & expurgatio facta in extremis nullius est momenti. Neque enim omnis moriens est Joannes Euangelista, secundum tritum apud JCtos prouerbium.

Et hæc distinctio approbatur *in h. artic.* 31. *d.* §. Zum fünfften.

ARTIC. XXXII.

De confeßione ipsius rei extra iudicium facta.

So einer von jhm selbst vngenöhter Ding gesagt hätte/ daß er die beklagte/ oder verdachte Missethat gethan hätte.

SO einer/ wie vor/ von gantzer Weisung gesagt ist/ gnugsam vberwiesen wird/ daß er von jhm selbst Ruhms/ oder ander Weiß/ vngenöhter Ding gesagt hat/ daß er die beklagte/ oder verdachte Missethat gethan/ oder solche Missethat vor der Geschicht zuthun/ getrohen hätte/ vnd die That auch darauff in kurtzer Zeit erfolgt were/ vnd es were ein solche Person/ daß man sich derselben That zu jhr versehen mag/ wird auch für redliche Anzeigung der Missethat gehalten/ vnd ist peinlich darauff zufragen.

Si quis duobus testibus, vti supra *c.ap.30.* explicatum est, conuictus fuerit, non risus, ioci, dicisve causa, sed vt fortis viri, aut potius audacis opinionem venetur, de crimine delato, cuius insimulatur, aut insimulari possit, vltro, nemine cogente, extra iudicium per colloquia se iactasse, & confessum esse; minitantemve auditum, cuius post minas non longo temporis spatio interiecto crimen designatum sit, seque idem ante talem gesserit, vt non iniuria suspectus esse possit: hæc indicium legitimum præstant, ad quod talis iactator eculeo subiici possit. *h.artic.*32. & *ibi*, Remo Interprete. Accedit Julius Clarus, §.*fin.quæst.21.vers.confessio extraiudicialis*. Franc. Viuius *lib.*1.*commun.opin.in verbo, Confessio facta coram.* & Baptist. à Villalob. *in lit. C. num. 135.* Blanc. *de indiciis num.*204. Gometz 3.*var.resolut.*13.*nu.*8. Menoch. *lib.1.de præsumpt.quæst.89.num.14.& seqq.& lib.2.de arbitr.iud.quæst.casu 331.* Blanc. *de indic.nu.184.* vbi traditur: iactationem facere indicium.

dicium, Malcard. *de probat. concl.* 871. Jactatio autem duplex est, vna ante delictum, altera post delictum, quæ est confessio extraiudicialis. Ait constitutio hæc Carolina, **daß er die beclagte/ oder verdachte Mißethat gethan.** Neq; enim sufficit, si quis fassus esset, se occidisse, vel furtum commisisse; nisi etiam dixerit, quem occiderit, & quid subtraxerit, quo in loco, & quo tempore, & exploratum sit, eum hominem occisum, vel hoc non aliud, eo in loco & tempore subtractum fuisse. Brun. *d. tract. de indiciis p.* 1. *q.* 3. *nu.* 16. Gometz. *d. resolut.* 13. *num* 8. *versic. limita.* Menoch. *de præsumpt. d. quæst.* 89. *num.* 20. Zanger. *d. tractat. cap.* 2. *num.* 16. Vigel. *d. tract. cap.* 4. *reg.* 1. *except.* 1. *indicio* 12. Godelm. *d. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 19. *& seqq.*

Præterea *in hoc artic.* 32. *vers.* **Vnnd es were ein solche Person/ ꝛc.** notandum, ipsam constitutionem non respicere solam confessionem alicuius, sed præter eam desiderare aliud etiam indicium, in conditione scilicet personæ, de crimine eiusmodi suspectæ, positum his verbis: **Vnd es were eine solche Person/ daß man sich derselben That zu jhr versehen mag.** Deducitur quoq; exinde, quod nimirum minæ faciant indicium ad torturam tunc, si factæ sint ab eo, qui potens est, & malæ famæ in eodem genere mali, qui de facili potuisset minas suas exequi, & eas solitus erat exequi: Item, si maleficium, de quo minatus est, aut aliud, ex quo damnum & incommodum accepit is, cui quis minatus est, subsecutum fuerit, ibi, **So einer solche Mißethat/ vor der Geschichte zuthun gedräwet hätte/ vnd die That auch in kurtzer Zeit darauff erfolget were.** Concordat *infr. artic.* 44. **von Zauberey gnugsame Anzeigung.** Modicum autem tempus (**die kurtze Zeit**) quod in proposito dicatur, iure determinatum non est, ideoque hac in re multum tribuendum est arbitrio iudicis ex qualitate facti & personarum. Zang. *d. loc. nu.* 16. *per tot*, vbi pluribus hoc explicat.

De indiciis, quæ singulis criminibus peculiaria sunt, vti ea quoq; ad torturam sufficientia, in singula capita redacta.

ARTIC. XXXIII.

Indicia legitima homicidij clandestini.

Von Mord/der heimlich geschicht/gnugsame Anzeigung.

ITem/so der Verdachte vnd Beklagte deß Mords halber/vmb dieselbige Zeit/als der Mord geschehen/verdächtlicher Weiß/mit blutigen Kleidern/oder Waffen/gesehen worden/oder/ob er deß Ermordeten Haab genommen/verkaufft/vergeben/oder noch bey jhm hätte/das ist für ein redlich Anzeigen anzunehmen/vnd peinliche Frag zu gebrauchen/er könnte denn solchen Verdacht mit glaublicher Anzeig/oder Beweisung ableynen/das sol vor aller peinlicher Frag gehört werden.

Si is, de quo suspicio est, quiq; delatus in vinculis detinetur, eo loco & tempore, temporisq; momento, quo homo necatus dicitur, aut propinquo prægnante, quam vocant, præsumptione, visus vel deprehensus fuerit cum armis, aut vestimentis, sanguine conspersis, contra talem, indicium propinquum militare censetur. Blanc. *de indiciis nu. 53 & seq. & n. 297.* Quin & suspectus quoq; redditur delatus ex eo, quod præsens fuerit in loco delicti ab alio commissi, quippe, quod inde præsumatur auxilium & opem reo tulisse, maxime si perpetrato delicto eidem fuerit associatus, vt eam ob causam recte subiiciatur quæstioni: quamuis hoc indicium remotum saltem esse censeatur, vnde est, vt non aliter indicium faciat ad torturam, quam si alia adminicula concurrant. Zang. *d. tract. c. 2. nu. 55.* Sic ille quoq; criminis reus præsumitur, cuius ensis in loco delicti perpetrati, aut propinquo, inuenitur sanguine madefactus, modo probetur, ensem ad eundem pertinere *sup. art. 29.* Quod si gladius sanguine pollutus non sit, quamuis reus visus sit in loco delicti, indicium tamen nõ facit

ad torturam, nisi alia adminicula concurrant *sup. artic. 25.* §. Zum dritten/ Blanc. *de indiciis nu. 296.* Menoch. *lib. 1. de præsumpt. q. 89. nu.* 100. Clar. §. *fin. q. 21.* Sed quid si quis occisus sepeliat, facitne, indicium contra sepelientem? Ita putat Remus *in notis ad hunc artic.* exemplo Tobiæ, qui mortuis atq; occisis sepulturam solicitus exhibuit, sed non immerito quis dubitet, an ab hoc exemplo ad quemcunq; alium recte inferatur. Quod committendum discretioni iudicis puto.

Est præterea legitimum indicium homicidij cõmissi, si quis ex interempti rebus, bonis, quid acceperit, asportauerit, vendiderit, donauerit; quouis alio alienauerit modo; aut penes se retinuerit, *h. artic. 33. vers.* oder/ob er deß. vbi addit; hoc verum esse, & locũ habere in homine malæ conditionis; secus, si vitæ & famæ sit integræ, tum singula non semper facere indicium sufficiens sine aliis adminiculis. Hipp. de Marsil *in §. diligenter n. 95. 96. & 97.* Gometz 3. *var. resol. c. 13. nu. 12. & 13.* Alciat. *de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 29. nu. 1.* Clar. *d. quæst.*

Verum hoc, vt superius indiciũ facile diluitur, si se purgando cõtrariis in medium adductis probationibus aduersum se vrgentem diluere præsumptionem possit delatus; vt si probet, se gladium in loco delicti repertum alteri commodasse, vel sibi subtractum fuisse, de quibus ante quæstionem habendam cognoscetur. *h. art. 33. vers.* Er könte dann solchen Verdacht. vbi Remus *in paraph.* Boer. *decis. 165. n. 2.* Menoch. *de præsumpt. q. 89. nu.* 135. Zang. *d. loc. nu. 57.*

Hisce indiciis adnumerari etiam solet emissio sanguinis; si nimirum sanguis ex vulnere interempti præsente eo, qui id inflixit, vel etiam ex naribus, oculis, ore, aliisue partibus corporis humani profluat. Sed recte respondet Antonius Gometz 3. *var. resolut. 13. nu. 15.* hoc indicium esse nobis incertissimum, & ex causis nobis incognitis & valde remotis, & idcirco non esse practicandum. Sic Nicolaus Hemmingius *in admonit. de superstitionibus magicis vitandis* scribit, se sane optare hanc explorationem omnino non fieri, cum sit superstitiosa, & contra ordinem

diuinum. Et quia nulla mentio huius indicij extat in Constitutione Carolina, recte illud in bene constitutis rebuspublicis reiicitur, præsertim, si nulla alia indicia concurrant. Gometz. *d. loc.* Zanger. *d. loc. num.* 60. Contrarium tenet Berlichius *p. 4. concl. 11. num.* 74.

ARTIC. XXXIV.

Indicium homicidiorum manifestorum, quæ per rixas & clamores in pugnas desinentes concurrente vulgo fiunt, quorum tamen auctores ignorantur.

Von offentlichen Todtschlägen / so in Schlagen oder Rumorn vnter vielen Leuten geschehen / das nimand gethan wil haben / gnugsam Anzeigung.

TOdtschläge / so in offenbaren Schlagen oder Rumorn beschehen / deß niemand Thäter seyn wil: Ist dann der verdacht bey dem schlagen auch mit dem Entleibten widerwertig gewest / sein Messer gewonnen / vnd auff den Entleibten gestochen / gehauwen / oder sonst mit gefährlichen streichen geschlagen: Solches ist ein redliche Anzeigung der geübten That halber / vnnd peinlich zu fragen / Vnnd wird solcher Verdacht noch mehr gestärcket / wo sein Wehr blutig gesehen worden were. Wo aber solcher / oder dergleichen nicht vorhanden / ob er dann gleich vngefehrlicher Weiß bey dem Handel gewesen / sol er peinlich nicht gefragt werden.

Si per digladiationes & pugnas, concursu hominum per clamores facto, cædes admissa sit: & is, qui cum occiso inimicitias gesserat, pugnæ interfuerit, ferrum è vagina eductum strinxerit, punctim cæsim percusserit, & plenis ictibus in interfectum inuectus sit: hinc indicium sufficiens contra percussorem peti potest:

potest: neq; differendæ quæstiones; eoq; magis, si eiusdem gladius sanguine manans, tabeq; respersus fuerit visus. Remus *in paraphr. h. artic.34.* Exinde itaq; patet, quatenus inimicitia præbeat sufficiens indicium ad torturam. Nam ex sola inimicitia, quæ præcedebat cum interfecto, non inducitur indicium, nisi etiam adsint alia adminicula, vti ex *h. artic. 34.* expresse colligitur. Hippol. de Marsil. *in §. diligenter. de accusat. vers. mihi autem.* Mandell. *consil. 46. num.* 12. Gometz *3. var. resolut. 13. nu.* 11. Gabriel. *lib. 7. comm. conclus. de malefic. concl. 18. nu. 2. & seqq.* qui communem ait, Remus *ad h. artic.* 34. Et ideo, si inimicus inter fuerit rixæ, eiusq; gladius sanguine pollutus reperiatur, hinc sufficium indicium petitur ad torturam, quia militat cõtra eum iuris præsumptio. Zanger. *de quæst. & torturis cap. 2. nu. 6*1. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. nu. 135.* At si hæc singula, vel quæ maxima sunt, non apparuerint, quantumuis talis forte fortuna pugnæ eiusmodi interfuerit, torsione excruciari, dum non aliud euidentius appareat, minime debebit. *h. artic. 34. in fin.* vbi Remus Gail. *2. obser. 109.* Inquit Carolus V. *d. artic. 34.* Wo aber solches / vnd dergleichen / 2c. Ergo, si alia indicia ei, quod iam ex versu præcedenti appositum, æquipollentia adsint, dubitare non oportet, quin reus torturæ subiiciendus sit. Quæ autem hæc indicia sint, etsi iudicis arbitrio relinquendum esse Dd. existiment, putat tamen Zangerus *d. cap. 2. num.* 61. ex his præcipuum & singulare esse, si quis præter morem aptatus, & armis præparatus venerit ad eum locum, in quo rixa postmodum facta sit: aut, si quis alia iniuria, vel vulneribus ab eo, qui iam vulneratus & interfectus dicitur, affectus sit, maxime quando sua natura litigiosus est, & ad rixandum procliuis, per ea, quæ tractant Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. quæst. casu 363. num. 3. 4. & 12.* Mascard. *conclus. 72. num. 6. 12. & seqq.*

Quod si itaq; de autore rixæ iudici non constet, nec arma sanguinolenta reperta sint, tunc ad iudicis officium pertinet, vt de aliis circumstantiis & indiciis inquirat: si autem alias circumstantias & indicia Judex habere nequeat, ex quibus ipsi constare

poteſt de certo illius homicidij authore, tum omnes de homicidio in rixa commiſſo in hac incertitudine tenentur. *l. item mela* 11. §. 2. *&* 4. *ff. ad L. Aquil. l.* 51. §. 1. *ff. eod. l. ſi in rixa, ff. ad L. Cornel. de ſicar. c. ſignificaſti. de homicidio.* Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. caſu* 362. *nu.* 23. Gail. *d. obſ.* 109. Zanger. *d. loc. nu.* 61. Quod idem conſtituit Carolus V. *artic.* 148. vbi diſponitur, quod in dubio omnes pugnatores pœna capitis puniendi ſint. Confer, quæ dicta ſunt *ſup. d. art.* 148. Sed Andreas Gail. *d. obſ.* 109. ſcribit, veram & magis communem Dd. concluſionem eſſe, quod in iſta incertitudine pœnæ extraordinariæ locus ſit, eo quod in delictis probationes luce meridiana clariores requirantur. *l. ſciant, C. de probat. l. qui ſcientiam, C. de pœn.* Et quod in dubio melius ſit nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare. *l. abſentem, ff. de pœn.* Clar. §. *homicidium. num.* 37. vbi communem dicit, & pleniſſime hanc quæſtionem tractat.

ARTIC. XXXV.

Partus clam à matre enecti, ſiue infanticidij indicium.

Von heimlichem Kindhaben/ vnd tödten/ durch jhre Mutter/ gnugſame Anzeigung.

So man eine Dirne/ ſo für eine Jungfraw gehet/ im Argwohn hat/ daß ſie heimlich ein Kind gehabt/ vnd ertödtet habe/ ſol man ſonderlich erkunden/ ob ſie mit einem groſſen vngewöhnlichen Leib geſehen worden ſey. Mehr/ ob jhr der Leib kleiner worden/ vnd darnach bleich vnd ſchwach geweſt ſey. So ſolches vnd dergleichen erfunden wird/ wo dann dieſelbige Dirne ein Perſon iſt/ darzu man ſich der verdachten That verſehen mag/ ſol die durch verſtändige Frawen an heimlichen ſtätten/ als zu weiter Erfahrung dienſtlich iſt/ beſichtiget werden/ würde ſie dann daſelbſt auch argwöhnig erfunden/ vnnd wil der That dannoch nicht bekennen/ mag man ſie peinlich fragen.

Si puella, virgo habita, de partu edito & clam ſublato ſuſpecta ſit:

cta sit: quæri oportet diligenter, num ante vterum solito maiorem habere visa fuerit: Et illud; an vterus subito decreuerit, pallorq; faciei atq; virium imbecillitas subsecuta sit. De quibus, si constiterit, & puella, de stupro furtim passo, suspicioni locum relinquat, quod moribus virgine indignis, fronte procaci & ore liberiore iudicetur: eius puellæ corporis inspectionem à fœminis in arte peritis, velut obstetricibus fieri vult Imp. Carolus V. remotis loco arbitris. Quæ si suspicionem suis dictis cõfirment: illa vero inficiando pergat, veritati tormentis via patefacienda est. Remus *in paraph. h. artic. 35.*

Vtitaq; infanticidij & parricidij sufficiens indicium sit ad torturam, non sufficit, si virginis vterus successiue intumescat, & mox macra & liuida existat, quippe, quod eiusmodi tumor aliũde contingere possit. Mascard. *de probat. concl. 1147. nu. 16.* sed insuper requiritur, vt honestæ obstetrices, vel matronæ peritæ tacta inspectaq; mulierẽ referant, & attestentur iurato, illam non modo virginẽ non esse, sed etiam peperisse, eamve alias suspectã esse. *h. art. 35.* Etsi enim hæc probatio corruptæ virginitatis ex multorum sententia fallax sit. Menoch. 6. *præsumpt. 89. num. 14. & præsumpt. 90. nu. 8.* Quin etiam corporum inspectionem sustulit Justinianus *l. vlt. C. quand. tutor. vel curat. esse desinãt, ff. nostra autem maiestas. Instit. quib. mod. tut. fin.* sed tamen cum peritis in arte credendum sit, & consequenter obstetricibus. Mascard. *de probat. concl.* 1410. *nu. 15. & 16.* Menoch. *d. q. 89. nu.* 12. non dubitauit Carolus V. quin hoc in casu cõcurrentibus reliquis circumstantiis sub tormentis mulier interroganda esset, an grauida fuerit, & an enixa sit, & an partum interfecerit. Zang. *d. loc. nu. 62.* Menoch. *lib. 1. de præsumpt. quæst 3. n. 3. & 4.* Multa namq; de iure conceduntur non male, vt veritas habeatur *l. quoniam, C. de hæret.* scilicet, ne delicta maneant impunita, *l. vulneratus, ff. ad L. Aquil.* quæ magna ratio puniri suadet *l. si à reo, §. vlt. ff. de fideiuss.* Remus *d. loc.*

ARTIC. XXXVI.

Aliud infanticidij à matre commißi verisimile indicium.

Ein andere Anzeigung begangener Kinder-Mord.

Wo aber das Kindlein/ so kürtzlich ertödtet worden ist/ daß der Mutter/ die Milch in den Brüsten/ noch nicht vergangen/ die mag an jhren Brüsten gemolcken werden/ welcher dann in den Brüsten rechte/ vollkommene Milch erfunden wird/ die hat deßhalb ein starcke Vermuhtung peinlicher Frage halben wider sich. Nach dem aber etliche Leibärtzt sagen/ daß auß etlichen natürlichen Vrsachen etwan eine/ die kein Kind getragen/ Milch in den Brüsten haben möge/ darumb/ so sich eine Dirne in diesen Fällen also entschuldiget/ soll deßhalben durch die Hebammen/ oder sonsten/ weitere Erfahrung geschehen.

Idem Imperator Carolus V. adhuc aliud infanticidij à matre commissi verisimile indicium ad torturam adducit; videlicet, si ea mulier, quæ de hoc crimine suspecta est, lac in suis mammis habeat, quod ex vberibus adhuc profluat, item, si mulier, siue mater eadem inspectis per obstetrices genitalibus corporis partibus recens peperisse inueniatur. *h. artic.36.* Sola itaq; præsentia lactis in mammis non est probabile indicium infanticidij. Quippe, quod naturalium rerum indagatores prodiderunt; fieri quandoq;, licet raro, vt fœmina, quæ grauida non sit, neque etiam pepererit, lac habeat; suppressis mensibus scilicet. Per naturam enim lac tantum fœtus tum in vtero conclusi, tum in lucem editi, nutriendi gratia in mammis generatur. Hippocrates *lib.5. ἀφορισμῶν cap.39. & ibi* Galenus Plin. *lib.7.c.15. & lib.28. cap.7.* Quin & non solum in virginibus, sed etiam in viris humor lacteus,

lacteus, quoad ſenſum penitus non abſimilis generari poteſt; prout Cardanus *lib. de ſubtilitat. lib.* ſcriptum reliquit, nouiſſe ſe virum, 24. annorum, cuius mammæ ita lacte abundarint, vt infantem alere potuerit. Et Gregorius Horſtius *in tract. de corp. human. lib.* 1. *Exercit.* 7. *quæſt.* 8. refert, ſe vidiſſe ante paucos annos generoſum quendam Baronem, qui, quoties voluit, mammis lac expreſſit: fuit enim carnoſus & corpulentus. Illo igitur diuerticulo, ſi qua vti velit puella, per obſtetrices, aliasve harum rerum callidas matronas experientia fieri poteſt. *hoc artic.* 36. *verſ.* Nach dem aber.

Pariter indicium ad torturam eſſe exiſtimatur, ſi mulier fateatur, ſe infantem vel mortuum, *art.* 131. *verſ.* So aber ein Weibsbild. nulla adhibita obſtetrice, vel aliis mulieribus, enixam eſſe, vel ex vtero in terram cecidiſſe infantem, & hoc modo interemptum eſſe: maxime quando infantem occultauerit, & iudici conſtare poſſit, ante partum diſſimulaſſe hanc mulierem, quod eſſet grauida, vel aliæ circumſtantiæ concurrant. Cum enim remotis obſtetrice & aliis mulieribus gignere voluerit, hic ſane actus ſimulatus eſt & fraudulentus, & proinde ſufficit, indicium infanticidij perpetrati, per præſumptiones & coniecturas probari. Bart. *in l. poſt contractum, ff. de don.* Jaſon *in l. cum ea. nu.* 4. *&* 5. *C. de tranſact.* Zanger. *d. loc. nu.* 62.

ARTIC. XXXVII.

Veneficij indicia.

Von heimlichem Vergeben/ gnugſame Anzeigung.

ITem/ ſo der Verdachte vberwieſen wird/ daß er Gifft gekaufft/ oder ſonſt damit vmbgangen/ vnd der Verdachte mit dem Vergifften/ in Vneinigkeit geweſt/ oder aber von ſeinem Tod/ Vortheils oder Nutz/ wartend were/ oder ſonſt ein leichtfertige Perſon/ zu

der man sich der That versehen möchte/ das macht ein redliche Anzeigung der Missethat/ er könne dann mit glaublichem Schein anzeigen/ daß er solch Gifft zu andern vnsträfflichen Sachen gebraucht hätte/ oder brauchen wöllen.

So einer Gifft kaufft/ vnd deß vor der Oberkeit in laugnen stünde/ vnd doch deß Kauffs vberwiesen würde/ macht auch gnugsam Vrsach zufragen/ warzu er solch Gifft gebraucht/ oder brauchen wöllen.

Es sollen auch alle Oberkeiten an jeden Orten/ die Apotecker vnd andere/ so Gifft verkauffen/ oder damit handthieren/ in Gelübd vnd Eyd nehmen/ daß sie niemand einig Gifft verkauffen/ noch zustellen/ ohne Anzeigung/ Vorwissen vnd Erlaubung derselben Oberkeit.

Veneficium est crimen quo quis alter alterum veneno necat; siue quis alter alteri venenum facit, parat, præbet in alicuius necem. Wesenbec. *in paratt. ff. ad L. Cornel. de sicar. num.* 4. Eius criminis indicium Carolus V. constituit *hoc artic.* 37. si nimirum contra quem veneficij præsumptio est, venena mala coëmisse: Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 123: aut passim tractasse conuictus sit: & cum eo, qui veneno extinctus dicitur, inimicitias capitales gessisse; aut ex morte hæreditatem, aliudve commodum sperasse: dignitatis prærogatiuam, officij, munerisve successionem expectasse, probari possit; aut veneficus ea morum leuitate sit, vt, mercede pacta se conduci passum, probabiliter credatur: Nisi forte docere posset, se eo veneno ad res minime malas, legibusq; nō prohibitas vsum, & vti solitum, sæpius Remus *in paraph. h.*

Huic cognatum est indicium, si quis malum emerit venenum, emptum tamen à se, coram magistratu, aut Rectore ciuitatis, vel in iudicio negauerit, posteà vero rem ita se habere, emptum scilicet venenum esse (quo enecandus, aut iam enectus quis perhibeatur) probatum fuerit; sub tormentis enim debere hunc interrogari, in quem vsum hoc venenum emerit, aut præparauerit, adhibueritve, aut adhuc adhibiturus sit, Imperator Ca-

tor Carolus V. rescripsit *in hoc artic. 37. §.* **auch so einer.** Duo enim hic concurrunt, emptio & præparatio veneni mali, quæ res per se valde suspecta est. Inde Caius respondit: Veneni mali non contrahi emptionem, quia nec societas, nec mandatum flagitiosæ rei vires habet. *l. quod sæpe 35. §. veneni 2. de contrah. empt.* Deinde concurrit mendacium, quod cum magistratui, qui parentum loco est, dictum fuerit, scelus esse putatur, iuxta illud Plauti *in mercatura*: mihi scelus videtur, me parenti proloqui mendacium: quodq; alias facere indicium ad torturam probauit Zangerus *d. cap. 2. nu. 37. & 63.* Cæterum bonum aliquod venenum esse, ex autoritate Homeri idem Caius ostendit *in l. qui venenum, ff. de verb. sign.*

Denique Imper. Carolus V. præcipit, curandum esse municipiorum magistratibus, consulibus, præfectis, & rectoribus vrbium, vt pharmacopæos aromatarios, seplasiarios, aliosve, qui venena veluti Mercurium, Opium, Antimonium, & cætera consimilia important, tractant, vænum exponunt, ad fidem dandam adigant, ne cui vllum venenum citra permissum indultumve suum diuendant. *hoc artic. 37. §.* **Es sollen auch alle Oberkeiten/ꝛc.** Concordat *l. eiusdem legis 3. in pr. ff. ad L. Cornel. de sicar. d. l. quod sæpe 35. §. veneni, ff. de contrah. empt.* Plura de veneficij crimine tradunt Menochius *de arbitr. iudic. quæst. casu 359.* vbi de pœna eius, qui malum venenum vendit Petrus Gregorius *lib. 36. syntagm. iuris vniuersi cap. 18.* Et Tiberius Decianus *in tract. crimin. lib. 9. cap. 21. & 2. seqq.* Denique si tortus veneficium confessus fuerit, tunc omnes circumstantias ab eo expiscandas esse, tradit Imper. Carolus V. *infra artic. 50.*

ARTIC. XXXVIII.

Rapinæ, seu vi bonorum, indicium.

Von Verdacht der Rauber/ gnugsame Anzeigung.

Item/ so erfunden würde/ daß jemand der Güter/ so geraubt sind/ bey jhm/ oder dieselben verkaufft/ vbergeben/ oder in andere Gestalt/ damit verdächtiger Weiß gehandelt/ vnd seinen Verkauffer vnd Wehrmann nicht anzeigen wolte/ der hat ein redliche Anzeigen solches Raubs halber wider sich/ dieweil er nicht außfündig macht/ daß er nicht gewust/ daß solche Güter geraubt seyn/ sondern/ die mit einem guten Glauben an sich bracht habe.

Si, quem ea bona, quæ rapta dicuntur, detinere, possidere, aliisve vendidisse, aut tradidisse, aliave quauis mala fide tractasse, constet: neque tamen is auctorem suum laudare velit; indicium raptorum bonorum contra se præbet, cum ignorantiam, bona rapta esse, amplius prætexere non possit, quod ea bona Domino contra fidem faciente legitimam probationem, bono titulo, bonaq; fide ad se translata esse præ se tulerit, neque probarit. *hoc artic.* 38. vbi Remus. Ciuile enim est, vt rei, quæ apud aliquem est, aut fuisse probatur, venditor exhibeatur, nec se à transeunte, aut ignoto emisse dicere conuenit volenti euitare alienam bono viro suspicionem. *l. ciuile est* 5. *C. de furt.* Hippol. *ad d. §. diligenter num.* 91. Mascard. *de probat. concl.* 833. Clar. *§. fin. quæst.* 21. *nu.* 41. Id quod maxime verum est, si is malæ & illaudatæ famæ sit, & ita alias iudici suspectus, vt quia similia delicta patrauit. Blanc. *de indiciis nu.* 417. *vers. si vero est persona.* Mascard. *d. concl.* 833. *nu.* 4. Nam si is, penes quem res furtiua, aut rapta inuenitur, sit homo integer & bonus, tunc ex sola inuentione rei furtiuæ, aut raptæ, non debet præsumi fur, aut latro, ad hoc, vt quæstioni subiiciẽdus sit, arg. *l. non omnes* 5. *§. à barbaris* 6. *ff. de re milit.* Clar. *d.*

quæst.

quæst.21.circ.fin. v.rs.si res furata. vbi distinguit inter bonum & suspectum. Mascard. *d.concl.833.nu.5. & 9.* Zanger. *d.tract.cap.2.nu. 64.& seq.* vbi quoq; tractat illam quæstionem: An is apud quem res rapta inuenitur, cogatur exhibere venditorem? Rolandus à Valle opinatur, eum, contra quem nulla fraudis suspicio est, non teneri venditorem exhibere. *consil.45.nu.41.vol.1.* Quod Zangerus non simpliciter accipiendum esse existimat. Etsi enim ex eo solo, quod non indicet auctorem, quæstioni subiiciendus non sit; quin tamen incidat in suspicionem furti, aut latrocinij, neminem inficias ire. *d.l.ciuile est. vers.nam à transeunte, C.de furt.* Ad hanc igitur suspicionem euitandam & purgandam, putat, non tantum è re eius esse, penes quem res furtiua, aut rapta est, auctorem indicare, sed etiam eundem ad hoc compelli debere per iudicem, arg. *l.3.in fin.l.congruit 13.in pr.ff. de offic.præs.* Mascard. *d. concl.833 nu.10.* quamuis non neget, satis esse, si in genere probet, se bona fide emisse in taberna publica, aut in foro, vbi communiter res eiusmodi vendi solent, arg. *l.3.in pr. & §.1. & 2.ff. ad SC. Maced.*

ARTIC. XXXIX.

Aliud rapinæ indicium peculiare, contra grassatores & prædones.

Eine andere gnugsame Anzeigung begangenen Raubes.

ITem / so Reysige vnnd Fußknecht gewöhnlich bey den Wirthen ligen / vnd zehren / vnd nicht solche redliche Dienst / Handthierung / oder Gült / die sie haben / anzeigen können / davon sie solche Zehrung ziemlich thun mögen / die sind argwöhnig vnd verdächtlich zu viel bösen Sachen / vnd allermeist zu Rauberey / als sonderlich auß vnserm / vnd deß Reichs gemeinen Landfrieden zumercken / darinn gesetzt

 ist /

ist/ daß man solche Buben nicht leiden/ sondern annehmen/ härtiglich fragen/ vnd vmb jhre Mißhändel mit Ernst straffen sol/ deßgleichen sol ein jede Obrigkeit/ auff die verdächtigen Bettler vnd Landfahrer/ auch fleissig Auffsehens haben.

Est præterea furti & latrocinij indicium, quotiens equites, aut pedites Herrnlose gartende Knecht (contra quos Constitutiones Imperiales de annis 1548. 1551. & 1555.) publicas in cauponas frequẽtius diuersantes, passim discursitãt, & in syluas proximas, aut loca minus tuta excurrunt, qui de stipendiis, negociationibus, annuisve censibus, ex quibus honeste vitam tolerent, sumptuumq; onus sustineant, docere non possint: hos malis artibus, prę sertim vero ex rapto ac latrociniis victitare nõ leuis est suspicio: quod equidem diligenter in Constitutione de pace publica in Imperio Romano, communi omnium ordinum authoritate cõstituta atq; erecta expressum est, in qua nominatim mandatum est omnibus magistratibus, vt incertis laribus sedibusq; vagantes (cuiusmodi absq; dubio Cingani sunt) nullius professionis, artificij, opificij homines, ociose degentes, vinculis constringant, eculeo subiiciant, & condignis afficiant suppliciis. Nisi tamen quem læserunt, pœna moris affici non possunt nec debent, per tradita Fr. Pfeil. *consil.* 134. *nu.* 1. *& seqq.* Neq; minimam curam habeant, vt prouinciæ atq; vrbes validis mendicis & circumforaneis purgentur. *l. vnic. C. de validis mendicantib. lib.* 11. *hoc artic.* 39. vbi Remus *in paraph.* Zanger. *d. loc. nu.* 67.

ARTIC. XL.

Indicia contra eos, qui fures prædonesve ope consilio iuuant: & eorum receptatoribus.

Von gnugsamen Verdacht der jenigen/ so Raubern vnd Dieben helffen.

ITem/ so einer wissentlicher vnd gefährlicher Weiß/ von geraubtem/ oder gestolnem Gut/ Beut/ oder Theil nimbt/ oder/ so einer die

die Thäter wissentlich vnd gefährlicher Weiß ätzt vnd träncket/ auch die Thäter/ oder obgemelt vnrecht Gut gar/ oder zum Theil wissentlich annimbt/ heimlich verbirgt/ beherberget/ verkaufft/ oder vertreibt/ oder/ so jemands den Thätern/ sonst in andere dergleichen Wege/ gefährlich Fürderung/ Raht/ oder Beystand thut/ oder in jhren Thaten vnziemliche Gemeinschafft mit jhnen hätte/ ist auch ein Anzeigung/ peinlich zufragen.

Wann einer Gefangene heimlich helt/ die jhm entlauffen/ vñ anzeigen/ wo sie gelegen sind: Mehr/ so ein Verdächtlicher/ dem man in der Sach nicht viel guts vertrawet/ aber partheylich/ vnd auff der Thäter Seiten/ auß guten Vrsachen helt/ ohne Vorwissen deß Gefangenen Oberkeit/ Verträg vmb Schatzung macht/ vnnd die Schatzung einnimbt/ oder Bürg darüber wird/ Diese Ding alle in beyden obgemelten Articuln/ samptlich vnd sonderlich/ sind Warzeichen/ die ein redliche Anzeigung der Mißthätigen Hülff halber machen/ vnd peinlich zufragen.

Si quis sciens, mala fide ex rapta furtove sublata re, partem portionemve paciscatur, accipiat; aut si quis eorundem delictorum reos sciens, suis impensis, suoque periculo alat, recepter, hospitetur: atque etiam si quis res ab iis subtractas, vique aliis ereptas clam possideat, occultet, vendat, abalienet: aut si quis eiusmodi personas in furtis, rapinis, ope consilio iuuet, siue se socium (contra quam tales legibus contrariæ ineantur societates) addicat, singulis casibus facultas datur ad quæstiones poscendi eum, aduersus quem hæc indicia militabunt. *hoc artic.* 40. vbi Remus *in paraphr.* Et quidem cum (vt Cuiatius *in paratt. C. tit. de iis, qui latrones vel aliis criminib. reos occultant* ait.) hoc natura simile sit, facere scelus & probare, omnino recte ob hanc receptionem, recipiens & occultans reos criminum, sub tormentis examinandus venit, an ipsius criminis particeps sit, modo inter eos nullum sit adfinitatis, vel cognationis vinculum. Blanc. *de indiciis nu.* 202. Menoch. *d. q* 89. *n.* 108. Alias recipiētes siue receptatores pari cum furibus puniēdos pœna, euidens est textus *in l. eos, C. de furt.* Clar. § *fin, q.* 90. *vers. vlt.* text. *in l.* 1. *ff. de*

recepta-

receptatorib. Gail. *de pace publ. lib 2. cap.* 10 Quod & in caupone locum habet Boss. *tit. de rapinis num.* 34. Menoch. *de arbitr. iud. quæst. casu* 348. *nu.* 17. Alioqui humanum eſt, hominem ab homine recipi, modo ne doloſe & ſcienter quis recipiat latrones, fures, aliosve maleficos, itemq; ne de raptis & furtiuis ſcienter & doloſe participet, *vti dictum*, plane, qui coacte recepit latrones, aliosve maleficos, is pœnam mereri non debet, & proinde ex hoc, quod receperit eiusmodi homines, contra eum nullum indicium eſt ad torturam. Zanger. *d. loc. nu.* 47.

Si quis è carceribus effugientes receptet, à quibus certior fiat, vbi & qua de cauſa captiui detenti fuerint. Maſcard. *de probat. vol.* 2. *concl.* 831. *nu.* 16. Roland. à Valle *conſil.* 45. *num.* 26. *volum.* 1. Itemq;, ſi quis iis ſit moribus, vt ab occultationibus reorum alienus eſſe non videatur, præſertim, qui reorum cauſis aperte faueat: & inſcio magiſtratu captiui, pretio interueniente pro liberatione eius paciſcatur, & pretium ſibi vel numerari ſinat, aut pro eo fideiubeat. Hæc duo ſeu coniunctim, ſeu diſiunctim appareant, vtroq; caſu certa ſunt argumenta indubitataq; indicia, opem auxilium in crimine latum eſſe: ideoq; iudices ad tormenta deſcendere poſſunt. *h. artic.* 40. §. **wann einer gefangen** / vbi Remus *in paraphr.*

ARTIC. XLI.

Incendij indicia.

Von heimlichem Brand / gnugſame Anzeigung.

WAnn einer eines heimlichen Brands verdacht / oder beklagt würde / wo dann derſelbe ſonſt ein argwöhnlich Geſell iſt / vnd man ſich erkündigen mag / daß er kürtzlich vor dem Brand heimlicher vñ verdächtlicher Weiß / mit vngewöhnlichen / verdächtlichen / gefährlichen Fewerwercken / damit man heimlich zubrennen pflegt / vmbgangen

gangen ist / das gibt redliche Anzeigung der Missethat / er könte dann mit guten glaublichen Vrsachen anzeigen / daß er solches zu vnsträfflichen Sachen gebraucht hätte/ oder gebrauchen wöllen.

Incendium hoc loco intelligitur, quod ex fulmine cœlesti, vel culpa inhabitantium exortum non est, sed immissum. Plerumque enim culpa fiunt incẽdia. *l. nam salutem*, §. 1 *ff. de offic. præf. vigil. l. si vendita, ff. de peric. & comm. rei vend.* Quandoq; tamen & casu, vt cum tonante fulminante ædes tanguntur. *l. si vt* §. *nunc videamus*, *ff. locati.* Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. casu* 390. Agitur itaque *hoc artic.* 41. de incendij immissi indiciis atque præsumptionibus, si nimirum quis clãdestine & occulte præparauerit igneas faces, vel tela ignea, vel alia fomenta succendentia, quæ commode immitti possunt in ædes, vel alia ædificia, & paulo post incendium exortum sit. Eiusmodi namq; præparatio & ordinatio valde suspecta est, indicans incendium præcogitatum: vnde si alia indicia concurrant, sub tormentis interrogari debet, an ignem immiserit. *hoc artic.* 41. Nisi tamen viuis & luce meridiana clarioribus rationibus demonstrare possit, se ea materia, vel re ad finem licitum, neque pœna dignum adhibuisse, aut destinasse, quo casu immunis dimittendus est. *h. artic.* 41. *in fin.* Idem obtinet cum præcedentibus, si minæ præcesserint, siue verbis, siue literis diffidationis durch Absagungs- vnd Feindsbrieffe factæ dicantur, siue alio modo durch Brandzeichen. Zanger. *d. cap.* 2. *num.* 69. Quippe, quod hanc incendendi voluntatem paratam & minas, æque, vt factum, puniant leges; Damhud. *in praxi criminali cap.* 103. *num.* 10.

ARTIC. XLII.

Proditionis indicia.

Von Verrähterey/gnugsame Anzeigung.

SO der Verdacht/ heimlicher / vngewöhnlicher vnd gefährlicher Weiß / bey den jenigen / den er verrahten zuhaben / in Verdacht stehet / gesehen worden / vnd sich doch stellet/ als sey er vor denselben vnsicher/ vnd ist ein Person/ darzu man sich solches versehen mag/ ist ein Anzeigung zu peinlicher Frage.

Prodere, est aliud actu ostendere, aliud animo gerere, *l. 1. ff. de praeuaricatorib.* Blanc. *de indiciis num.* 192. Tiber. Decian. *in praxi crimin. lib. 7. cap.* 29. *& cap.* 31. **einen verrahten.** Eiusmodi proditionis indicium est, ad torturam, si quis furtim præter morem, & quidem dolose intrauerit domum eius, qui postea proditus est, & nihilominus hactenus prætenderit, sibi ab eo insidias structas fuisse. *hoc artic.* 42. Insolita namq; arguunt suspicionem, *l. si quis sub conditione* 7. *de condit. instit.* sane cum proditione nihil sit execrabilius & detestabilius; & in dolo esse credatur, qui aliud agitat, aliud vero simulat alterius prodendi causa, præsertim si talis persona sit, quæ verisimiliter factura fuerit hoc delictum, idcirco Carolus V. non immerito hanc legem tulit, vt quæstioni subiiceretur. *hoc artic.* 42. Cum & proditor grauissima pœna plectendus veniat. Hippol. *singul.* 16. Claudius de Battendier *in praxi criminali reg.* 96. *num.* 4. *artic.* 124. Zang. *d. loc. nu.* 70.

ARTIC. XLIII.

Furti indicia.

Von gnugsamen Verdacht der Dieberey.

SO der Diebstal bey dem Verdachten gefunden / oder erfahren wird / daß er den gar / oder zum Theil gehabt / verkaufft / vergeben / oder anworden hab / vnnd seinen Verkauffer vnnd Wehrmann nicht anzeigen wolte / so hat derselbig ein redliche Anzeigung der Missethat wider sich / dieweil er nicht außführt / daß er solche Güter vngefährlicher / vnsträfflicher Weiß / mit einem guten Glauben an sich bracht hab.

Item / so der Diebstal mit sondern Sperr / oder Brechzeugen / geschehen were / so dann der Verdacht am selben Ende gewest / vnd mit solchen gefährlichen Sperr / oder Brechzeugen vmbgangen / damit der Diebstal beschehen / vnd der Verdacht ein solche Person ist / darzu man sich der Missethat versehen mag / ist peinliche Frag zugebrauchen.

Item / so ein mercklicher grosser Diebstal geschihet / vnd jemand deß verdacht wird / der nach der That / mit seinem Außgeben / reichlicher erfunden wird / dann sonst / ausserhalb deß Diebstals / sein Vermögen seyn kan / vnd der Verdacht nicht andere gute Vrsachen anzeigen kan / wo jhm das angezeigt argwöhnig Gut herkommen: Ist es dann ein solche Person / zu der man sich der Missethaten versiehet / so ist redliche Anzeigung der Missethat wider sie vorhanden.

Cum res furto sublata apud delatum concipietur, vel exstare, eiusq; in potestate esse ostendetur, quam vel integram partemve eius apud se habuerit, vendiderit, donauerit, aut abalienauerit: neq; auctorem suum laudare, & venditorem nominare possit, velitve: is indicium furti contra se dat, quamdiu legitimum possessionis titulum, & bonam fidem, vel dominij acquisiti modum, probare non poterit. *h. artic. 34. in pr. vers.* So der Diebstal.

Pariter, si furtum, ad effringendum, vel reserandum paratis instrumentis, factum dicatur; *infr. artic. 159.* & qui delatus est, ibi locorum, opportuno ad furtum tempore visus, vel à suis domi desideratus sit: & effractoria eiusmodi instrumenta, quo genere furtum factum appareat, tractare visus sit, & tum etiam si de audacia hominis tale quid credendum videatur: hic eculeo subdi potest. *vers.* **Item/so der Diebstal/rc.**

Si, cum furtum rei magnæ & pretiosæ factum erit, is de quo suspicio mota est, post commissum, maiores, quam per rem familiarem possit, sumptus faciat, liberius licentiosiusq; pecunias profundat; qui tamen subitæ prodigalitatis bonorumq; incrementi idoneas edere causas nequeat: & tum maxime, si à facinore per mores alienior esse non censeatur, indubitatum hoc contra talē indicium erit, §. **wann ein mercklicher Diebstal**/vbi Remus *in paraphr. l. Quintus 51. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Jac. Nouell. *in tract. suo ad defensam. in Rubr. an indicia nu.* 150. Menoch. *præsumpt. 31. nu. 3.* Mascard. *d. concl. 8*[illegible]. *nu.* 1. Gometz *d. c. 13. num. 12. &* 13. Blanc. *in repetit. l. vltim. ff. de quæst. nu. 409. & seq.* Zanger. *d. cap. 2. nu. 67. & seq.*

Cæterum ex quibusnam indiciis possit fur condemnari ad torturam, tradit Antonius Faber *lib. 9. C. tit. 21. definit. 4.* vbi scribit: Ad habendam quæstionem de reo, qui furtum fecisse dicitur, hæc sufficientia sunt; si probetur pecunias habuisse, quas vnde habuerit, non potuerit dicere, aut probare, arg. *l. ciuile 6. C. de furtis:* Si viso eo, cui furtum factum dicebatur protinus aufugerit; quippe, quod fuga faciat indicium ad torturam. Clar. *d. q. 21. nu. 20. & 2. seq.* Si eum, qui subreptas pecunias persequenti [illegible]icarat, occidere voluerit. Neq; dubitauit Senatus, subdit Faber *[illegible]* [illegible]his omnibus indiciis concurrentibus, accedente præsertim mala rei fama, tormentis dedendus esset, cum de subtractis corporibus constaret. Ex Julio Claro *d. quæst. 21. num. 1. & vlt.* Faber *d. definit. 4. in fin.* vbi se remittit *ad lib. 6. Cod. tit. 2. de furtis. defin.* 1. cui titulus est, *varia indicia ex quibus furti reus torqueri potest & debet.* Eius verba, cum superiora confirment, itidem subiiciam,

&ita

& ita se habent. Cum Titio pecunia subtracta esset, & probaretur Sempronium inopem pecunias quasdam habuisse, quas vnde habuisset indicare non potuerat (ex quo mala criminis præsumptio sumebatur *l. 2. & l. ciuile 5. C. de furt.*) & viso Titio furem conquirente aufugisse (est enim fuga indicium criminis, *d. l. de minore, §. tormenta, ff. de quæst.*) adeoq; illum, qui subreptas pecunias persequenti indicauerat occidere voluisse. (Hinc quoq; alia præsumptio. Quid enim interest eius, qui furtum non fecit, quod res subrepta, indicetur ab alio, arg. *§. est etiam prohibiti Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. l. 1. §. hoc autem, ff. de fugitiuis.*) Visum est, concurrente præsertim mala fama (quæ & ipsa magnum indicium est ad torturam, si aliud, vel minimum concurrat. *d. §. tormenta.*) posse ea indicia sufficere, vt de Sempronio quæstio haberetur (sufficiunt namq; indicia ad torturam, quamuis nō quælibet, sed grauia tantum, aut leuiora quidem, sed plura simul innata *d. §. tormenta.*) & consequenter, vt, si fateretur crimen, condemnaretur, si modo prius constaret de subtractis nummorum corporibus: semper enim prius constare debet de corpore. *l. 4. & vlt. de confess.* Faber. *d. defin. 1. & 2.*

Artic. XLIV.

Magiæ indicia.

Von Zauberey/ gnugsame Anzeigung.

WAnn jemand sich erbeut/ andere Menschen Zauberey zulernen/ oder jemand zubezaubern bedräwet/ vnd dem Bedräweten dergleichen beschicht/ auch sonderliche Gemeinschafft mit Zaubern/ oder Zauberin hat/ oder mit solchen verdächtlichen Dingen/ Gebärden/ Worten vnd Wesen vmbgehet/ die Zauberey auff sich tragen/ vnd dieselbig Person/ desselben sonst auch berüchtiget/ das gibt ein redliche Anzeigung der Zauberey/ vnd gnugsame Vrsach zu peinlicher Frage.

Si quis infelices maleficorum artes profiteatur: aut hominem incantationibus malisq; carminibus se fascinaturum, aut læsurum minetur: & paulo post eueniat, vt is cui minatus est, detrimenti quid acceperit: atque is, cui minatus est, cum magis, lamiis, sortilegis versetur, tum eiusmodi res, characteres, libros, schedas, signa habeat, verbaq; carmen in se continentia effari, ritus & gestus insolitos exprimere soleat; quem itidem fama vulgi pro mago, & qui magia delectetur, eiq; adhærescat, collaudet, excuset, ferat, hæc magiæ certa indicia sunt, ad quæ subiici quæstionibus delatus possit, præsertim, vbi de pacto cum Satana tacite, vel expresse inito, de loco, tempore, præsertim iis (qui idem confirmant) sociis fateatur, *hoc artic.* 44. vbi Remus *in paraph.*

Sed nos singula hic ex hoc articulo subiiciemus indicia magiæ, siue incantationis.

Primum est, si quis se scientiam artis magicæ habere fateatur, & offerat se simul ad docendum alios incantationes. *hoc artic. 44. vers.* **wenn jemand sich erbeut.** Hoc ipso enim magi & veneficæ fatentur, se scientiam eius artis habere; & proinde non immerito torquentur. Et quidem plerumq; magi & veneficæ liberos suos & alios in diabolica sua arte instituunt, & nullum est sacrificium, quod ab istis hominibus tantopere diabolus expetat, quam vt suos ipsorum liberos, simul ac hauserunt lucem, voueant diabolo ad cultum ipsius. Godelm. *tract. de magis lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 13.

Secundum indicium est, si venefica alteri minata fuerit incantare & fascinare, minæq; coniunctæ sint cum euentu, *vers.* **oder jemand zubezaubern bedräwet / vnnd dem Bedräweten dergleichen geschicht.** Sunt enim fœminæ natura vindictæ cupidæ, nec linguam à minis cohibere possunt, si quam nocēdi facultatem habuerint. Boër. *decis.* 166. Menoch. *lib.* 1. *de præsumpt. quæst.* 89. Mors itaq; si minas sequitur, indicium est sufficiens ad torturam. Godelm. *d. c.* 10. *nu.* 17. vbi limitat. Jul. Clar. *d. q.* 21. *nu.* 27. *ibi, minæ præcedentes.* Berlich. *p.* 4. *concl.* 4. *nu.* 145.

Tertium

Tertium indicium est, ad torturam, si quis, vel quæ cum magis & veneficis certis & conuictis conuersetur, amicitiamq; & familiaritatem coluerit, *vers.* **auch sonderliche Gemeinschafft mit Zaubern.** Damhuder. *in praxi criminali cap.* 10. *num.* 5. *ibi, & ex mala cum malis conuersatione. num.* 6. *& seq.* Menoch. *de præsumpt. quæst.* 89. *n.* 89. vbi late tradit ex conuersatione oriri indicium sufficiens ad torturam. Similis enim simili plerumq; adhærescit: hinc illud:

Noscitur ex comite, qui non cognoscitur ex se.

Et ex mala conuersatione quisq; etiam bonus efficitur vitiosus. *l.* 25. §. 6. *ibi, si imitatione conseruorum aleator forte, vel vinarius, vel erro euasit, ff. de ædilit. edict.* Godelm. *d. loc. nu.* 18.

Quartum indicium est, si quis, quæve, res de veneficio suspectas secum habeat, puta, si penes sagam, vel in illius conclaui reperiantur venena mala, olla impleta bufonibus, hostiis, membris humanis, imaginibus cereis, quæ acubus sunt transfixæ. *vers.* **oder mit solchen verdächtigen Dingen / Gebärden / Worten vnd Wesen vmbgehet** / vt si venefica visa sit puluerem, vel sortem super gregem porcorum iniicere, & statim pecora perierũt. Godelm. *d. loc. nu.* 27. *&* 29. Berlich. *d. loc. nu.* 147.

Quintum indicium est, si quis, quæve laboret suspicione & fama, quæ tamen à personis fide dignis oriri debet, *vers.* **vnd dieselbig Person / desselben sonst auch berüchtig.** Ex quo manifestum est, præcedẽtia indicia, quamuis videantur euidentia & permanentia esse; minime tamen facere per se indicia ad quæstionem, nisi accedat fama, hunc vel illam esse maleficum, vel sagam, vel aliud indicium concurrat, vti disponitur *artic.* 25. *Constit. Carolina.* Zanger. *d. c.* 2. *nu.* 72.

Hæc indicia omnia habentur in Constitutione Carolina *h. artic.* 44. quæ tamen exempli causa tantum sunt scripta; quippe, quod præter hæc adhuc alia sint indicia, quæ ad torturam sufficiunt. Daniel. Moller. *in comment. ad Constit. Saxoniæ p.* 4. *Constit.* 2. *nu.* 13. *vers. aut si qua alia.* Godelman. *d. cap.* 10. *passim*, & Ber-

lich.

lich. *d. concl. 4. num. 148. & seqq.* vbi alia indicia plura recenset. De exploratione per aquam frigidam, late agit Godelm. *d. lib. 3. c. 5. per tot.* Otto Melander *in resolut. quæst. 4. de sagis per tot.*

ARTIC. XLV.

De quæstionibus.

Von peinlicher Frage.

SO der Argwohn vnd Verdacht einer beklagten vnd verneinten Mißhandlung/ als vorstehet/ erfunden / vnd für bewiesen angenommen/ oder bewiesen erkannt würde/ So sol dem Ankläger auff sein Begehren / alsdann ein Tag zu peinlicher Frage benannt werden.

In hoc articulo agitur de die torturæ ad petitionem accusatoris decernenda. Sane Augustinus *lib. 19. de ciuitate Dei cap. 6.* videtur abhorrere ab omnibus tormentis; sed tamen addit, necessitate societatis humanæ iudicem excusari. Igitur cum præsumptiones, suspiciones, indicia delicti, accusatum non ancipiti probatione onerabunt, & à iudice pro plene probatis acceptabũtur: vel, cum ad eorum probationem accusator in iudicio admittetur, dies petẽti condicenda est, qua, de accusato, si legitime accusator probauerit, delictum pertinaciter negante, quæstiones habeantur, *hoc artic. 45.* vbi Remus *in paraphr.* Clar. *§. fin. quæst. 64. in princ.* vbi scribit; Quando delictum non sit plene probatum, videndum est, an contra reum subsint indicia sufficientia ad torturam, quæ per ipsius rei defensiones elisa non fuerint, eo casu debet Judex decernere deueniendum esse ad torturam.

ARTIC. XLVI.

De reo prius interrogando de crimine commisso, cum comminatione, eum nisi vltro confessus fuerit, tortum iri.

Der Gefangener sol erst / wegen der Vbelthat / befragt werden / ob er dieselbe in der Güte bekennete.

WAnn man den Gefangenen peinlich fragen wil / von Amptswegen/oder auff Ansuchung deß Klägers / sol derselbig zuvor/ in Gegenwertigkeit deß Richters / zweyer deß Gerichts vnnd Gerichtschreibers/fleissiglich zu rede gehalten werden/ mit Worten/ die nach Gelegenheit der Personen vnd Sachen/ zu weiter Erfahrung der Vbelthat/oder Argwöhnigkeit / allerbest dienen mögen / auch mit Bedräwung der Marter besprachtwerden / ob er der beschuldigten Missethat bekäntlich sey/oder nicht / vnd was jhm solcher Missethat halber bewust sey/vnd was er alsdann bekennet, oder verneint/ sol auffgeschrieben werden.

Indiciis inuentis, antequam ad eorum probationem, vel etiam ipsam torturam procedatur, Judex de eius veritate Reum interrogare, deq; spontanea confessione, & cruciatu eculei vitando serio interpellare debet. Clar. *d. quæst. 64. num. 35 per l. custodias, ff. de public. iudic.* scilicet omnia prius experiri, quam armis sapientem decet. Quod si suo marte commissa fateri nolit, neque circumstantias omnes, quorumq; sibi conscius est, & auctores hortatores, socios, qua spe impulsus, aut quibus de causis delictum aggressus sit, non indicarit, quæstiones subsecuturas minitabitur; sin constanter neget, id, quibus rationibus & fundamentis faciat, prius audiendum, & ponderandum. *h. artic. 46.* ibi Remus. Fichard. *consil. 115. vol. 1.*

ARTIC. XLVII.

Innocentiæ assertio quomodo deducenda sit ante quæstiones: & quid deinceps agendum.

Außführung der Unschuld / vor der peinlichen Frag zuvermahnen / vnd weiter Handlung darauff.

SO in dem jetztgemelten Fall / der Beklagte die angezogen Vbelthat verneinet / so sol jhm alsdann fürgehalten werden / ob er anzeigen könte / daß er der auffgelegten Missethat vnschuldig sey / vnd man sol den Gefangnen sonderlich erinnern / ob er könte weisen vnd anzeigen / daß er auff die Zeit / als die angezogen Missethat geschehen / bey Leuten / auch an Enden / oder Orten gewesen sey / dadurch verstanden / daß er die verdachten Missethat nicht gethan haben könte. Vnd solcher Erinnerung ist darumb Noht / daß mancher auß Einfalt / oder Schrecken / nicht fürzuschlagen weiß / ob er gleich vnschuldig ist / wie er sich deß entschuldigen vnd außführen sol. Vnd so der Gefangene berührter Massen / oder mit andern dienstlichen Vrsachen / sein Vnschuld angezeigt / solcher angezeigtē Entschuldigung sol sich alsdañ der Richter / auff deß Verklagten / oder seiner Freundschafft Kosten / auff das förderlichst erkündigen / oder aber auff Zulassung deß Richters / die Zeugen / so der Gefangene / oder seine Freund / deßhalb stellen wolten / wie sich gebühret / vnd hernach von Weisung an dem 62. Articul / anfahend / Item / wo der Beklagt nichts bekennen / etc. Vnd etlichen Articuln darnach gesetzt ist / auff jhr Begehren / verhöret werden / Solche obgemelte Kundschafftstellung / auch den Gefangenen / oder seinen Freunden / auff jhr Begehren / ohn gut rechtmessige Vrsach nicht abgeschlagen / oder aberkant werden soll. Wo aber der Verklagt / oder sein Freundschafft solchen obgedachten Kosten / Armut halber nicht ertragen / oder erleiden möchte / damit dann nichts desto minder das Vbel gestrafft / oder der Vnschüldig wider Recht / nicht vbereilet werde / So sol die Oberkeit / oder das Gericht / den Kosten darlegen / vnd der Richter im Rechten fürfahren.

So in der jetztgemelten erfahrung deß Beklagten Vnschuld nicht funden wirdt / so soll er alsdann auff vorgemelter Erfindung redlichs Argwohns / oder Verdachts peinlich gefragt werden / in gegenwertigkeit deß Richters / vnd zum wenigsten zweyer deß Gerichts vnd deß Gerichtschreibers / vnd weß sich in der Vrgicht / oder seiner Bekantnuß / vnd aller Erkündigung findet / sol eygentlich auffgeschrieben / dem Kläger / so viel jhn betrifft / eröffnet / vnd auff sein Begehr Abschrifft gegeben / vnd gefährlich nicht verzogen / oder verhalten werden.

Summa articuli eſt, quod defenſio inquiſito, vel accuſato ante torturam non ſit deneganda. Ergo ſi accuſatus, antequam torturæ ſubiiciatur, falſo intentatum delictum conſtanter neget, interrogandus eſt, qua ratione de innocentia ſua docere iudicem poſſit, vel per ſe, vel per alios. *l. abſentem 5. in pr. l. ſi non defendantur 19. de pœn.* Inprimis: Nunquid ſe, eo tempore ipſo, die, hora, quibus crimen admiſſum fertur, cum aliis honeſtis perſonis, in loco non ſuſpecto fuiſſe, oſtendere poſſit. Vnde liquido, quam lõge abfuerit, quamq; nihil horum in eum conueniat, apparere poſſit. Veriſſimum namq; eſt, quod ait Amphytruo *apud Plautum.* Nemo antehac vidit, nec poteſt fieri tẽpore vno, homo idem duobus locis, vt ſimul ſit. Et ſane eiusmodi commonefactio absq; præiudicio accuſatoris, reiq; commodo vllo fieri poteſt: quippe vſu venire ſolet, ruſticiores atque etiam plus æquo meticuloſos, veluti ſunt adoleſcentes, mulierculæ, &c. ignorare innocentiæ ſuæ ſatis perite & prompte patrocinari, eamque pro magnitudine periculi viuis rationibus, velut ad oculum, demõſtrare. Pietatis itaq; ratio ſuadet, vt eiusmodi perſonis à iudicibus ſuccurratur, arg. *l nec quicquam, §. circa aduocatos, ff. de offic. procõſ.* Quin præterea etiam indicia aduerſus reum, ſi quæ ſunt, poſſunt tolli & elidi contrariis indiciis & coniecturis, quæ teſtibus probari debent. *hoc artic. 47.* Eiusmodi autem indicia contraria & præſumptiones ſunt variæ; quarum aliquas ex Doctorib. collegit Menochius *lib. 5. præſumpt. 48 nu. 10. & ſeqq.* & Cothmannus *reſp. 12. nu. 282. & ſeqq. volum* 1.

Quare si hisce, vel aliis ad rem pertinentibus argumentis se accusatus purgarit: iudicis partium erit, de veritate purgationis, ipsius rei delati, vel agnatorum eius sumpti, quam ocyssime inquirere: Aut, si ita cadat, testes, quos idem reus agnative eius sistere habent, qui ea, quæ iure exiguntur, præstabunt, deponentes audire: quod quale sit, *artic.62*. tradetur. Atque hæc quidem innocentiæ probandæ & asserendæ per testes ratio, neq; in carcere detento, neque agnatis deposcentibus sine magna & graui causa deneganda erit. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 49. *nu.* 1. *d. l. si non defendatur*.

Sin vero captiuus, aut eiusdem agnati per pauperiem, quia vix vitam tolerent, sumptus ad testium productionem necessarios facere nequeant; ne sontibus effugium latebrasq; egestas præbeat: vel etiam ad iniustas temerariasq; delationes indefensi insontes damnentur; cautum est, vt ex publico impensæ persoluantur. Hippol. de Marsil. *in pract. crimin.* §. *nunc videndum nu.* 7. *&* 8. Prosper Farinac. *tit.* 5. *lib.* 1. *prax. crim. quæst.* 39. *nu.* 83. Reus enim indefensus esse non debet. *l. fin. in fin. C. de his, qui latron. l. factum l. accusationis, C. de accusat.* fac. *l.* 19 *de pœn.* Inde exorta est disputatio; an copia indiciorum, quorum fides iudici facienda est, aut quæ iam probata sunt, reo etiam non petenti danda sint? Quod adfirmant illi quos refert Hippolytus de Marsiliis *d.* § *nunc videndum*. Quorum sententiam veriorem & æquiorem esse, scribit Zangerus *d. tract. cap.* 3. *nu.* 2. alleg. Alciat. *in l. is apud quem, in verb. criminalia. in fin. C. de edendo*. Prosp. Farinac. *in d. q.* 39. Si enim publice interest, absentes, tam in causis ciuilibus, quam capitalibus iudiciis defendi, & æquum est, quemuis verba pro eis facientem, & innocentiam excusantem audiri, ne reus, vt contumax condemnetur, *l. seruum quoq;* 33. §. *publice* 2. *de procurat. l. exigendi* 12. *C. eod. tit. Nou.* 8 *cap.* 8. quanto magis defendendus est reus etiam præsens, eiusve innocentia quærenda, quando de hoc tractatur, an de eo quæstio haberi possit, vel debeat, quæ res fragilis est & periculosa, & quæ veritatem fallat: & proinde reo etiam nō petenti copia indiciorum danda: cum ad officium iudicis

dicis spectet, ita de delictis inquirere, ne innocentibus periculum fiat. *l. 2. in fin. C. de his, qui latron. l. fictum. 12. l. accusationis 17. in fin. C. de accusat.* Ad quod confirmandum optime facit responsum Vlpiani *in d. l. si non defendantur 19. de pœn.* & rescriptum Innocentij III. *in c. qualiter 24. §. debet igitur de accusat.* Zanger. *d. loc. num. 3.* vbi pluribus sententiam confirmat, contra Bossium *in pract. crim. tit. de indiciis nu* 79. quem sequitur Clarus *d. q. 49. n.* 4.

At cum ex inquisitione, vel testium depositione innocentia delati non apparuerit, ad indicia prius illata & probata, in præsentia iudicis & duorum assessorum, necnon & Notarij torqueri tuto poterit: sed Notarius in conscribendis torti ex eculeo dictis atq; confessionibus omnem adhibebit diligentiam: è quibus accusatori, quantum eius intererit scire, denunciabitur, confessionumq; exemplum, si petat, dabitur: neq; per dolum quidquam celabitur. Concordat *Nou. 90. §. corroborantes. in fin. l. custodias 12. in princ. ff. de publ. iudic.* Clar. *§. fin. q. 45. vers. quæro nunc 35.* Remus *in paraphrasi hoc artic. 47.* Non tamen id, quod in tortura confessus est reus, sed quod remissa tortura fatetur, à Notario scribendum, *artic. 58. in fin.* Vigel. *d. loc. c. 4. q. 4. reg. 3.*

ARTIC. XLVIII.

Quomodo ex iis, à quibus per tormentorum cruciatus aliquatenus maleficij exsculpta est confeßio, veritas plene indagari poßit: vbi primum de cæde.

Wie die jenigen / so auß peinlichen Fragen / einer Missethat bekennen / nachfolgends weiter ausserhalb der Marter vmb Vnterricht gefragt werden sollen: Erstlich / vom Mord.

Item / so der Gefragt der angezogen Missethat durch die Marter / als vorstehet / bekentlich ist / vnd sein Bekantnus auffgeschrieben

hen wird / so sollen jhn die Verhörer seiner Bekanntnuß halber / gar vnterschiedlich / wie zum Theil hernach berühret wird / vnd dergleichen / so zu Erfahrung der Warheit dienstlich / fleissig fragen / Vnd nemlich / bekennt er eines Mords / man sol jhn fragen / auß was Vrsachen er die That gethan / auff welchen Tag vnd Stund / auch an welchem End / ob jhm jemands / vnd wer jhm darzu geholffen / auch wo er den Todten hin vergraben / oder gethan / mit was Waffen solcher Mord beschehen sey / wie / vnd was er dem Todten für Schläge / oder Wunden geben / oder gehawen / oder sonsten vmbbracht habe / was er / der Ermord / bey jm gehabt / von Gelt / oder anderm / vnd was er jhm genommen / wo er auch solche Nam hingethan / verkaufft / vergeben / anworden / oder verborgen habe / Vnd solche Frage ziehen sich auch in vielen Stücken / wol auff Rauber vnd Diebe.

In hoc articulo & quinq; sequentibus traditur: Quod tortus, si crimen fuerit cōfessus, de eius circumstantiis ibidem enumeratis, etiam interrogandus sit. Concordat etiam *artic. 56.* Item *l. 1. § qui quæstionem, ff. de quæstionib. Et c. cum causam 37. in pr. ext. de test.b.* Clar. *§. fin. q. 45. nu. 11. vers. Item secundum aliquos.* Vigel. *cap. 4. q. 4. reg. 2.* Paraphrasis *h. artic. 48.* hæc est. Istum in modum quæsitus, cum aduersum se per tormenta, maleficium fatebitur eiusq; confessio consignabitur, hoc porro factu opus erit, vt ij, qui confitentem coram audiere, confessionis capita distincte (quod & post attingetur) & eo ordine, qui ad veritatis inuestigationem commodissimus haberi poterit, è torto singillatim siue vt Claudius Saturninus *in l. aut facta, ff. de pœn.* consideratis septem modis; causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate & euentu, exquirent: velut, cum homicidium quis fassus fuerit, interrogari debet: Quibus id de causis, qua die, hora, quo loci, quorum ope consilio, solusne, commiserit: quorsum cadauer proiecerit: an terræ, & vbi mandarit: quo teli genere vsus sit, cæsim punctimne vulnerarit, & qua corporis parte læserit, confoderit, occiderit: quid occisus litterarum, pecuniarum, rerumve pretiosarum secum habuerit: num cadauer spoliarit, & spolia quem in vsum conuerterit, seruarit, vænum dederit, donarit, abalienarit, cæ-

rit, celauerit. Qui omnes interrogationum modi non incommode furibus, prædonibus, latronibusq; mutatis mutandis, vtantur, proponi possunt. Remus *h. artic. 48.* Quippe, quod atrocitas crescat ex his, quid factum sit, à quo, in quem, quo animo, quo loco, quo tempore, quo modo. Senec. *11. Epist. 82.*

Artic. XLIX.

Tortus si proditionem fateatur.

So der Gefragt Verrähterey bekennt.

Bekennt der Gefangen Verrähterey/ man sol jhn fragen/ wer jhn darzu bestelt/ vnd was er darumb empfangen/ auch wo/ wie/ vnd wann solches geschehen sey/ vnd was jhn darzu verursacht habe.

Si quæsitus fateatur proditionem, interrogari debet: A quo conductus sit, quid quantumq; eius rei nomine acceperit, aut accepturus esset mercedis, vbi locorum, quomodo & quando, quibus præsentibus, & instigantibus, quibusq; de causis tale in se susceperit facinus. Remus *in paraphr. h. artic. 49.* vbi addit: Hic maxime valere Ciceronianum: *in orat pro Roscio Amer.* Nemo conatur ad maleficium accedere, sine spe atq; emolumento. Judas Iscariotes triginta argenteis acceptis vænum dedit Redemptorē orbis. Item, Philippi Macedonis apophthegma; qui qua Asinus auro onustus ire posset, ea etiam loca proditione capi posse dixit, notans auaritiam proditorum, vbiq; obuiorum. Remus *d. loc.*

Artic. L.

Si veneficium quis fateatur.

Auff Bekantnuß von Vergifftung.

Bekent der Gefragt/ daß er jemand vergifft habe/ oder vergifften wöllen. Man sol jn auch fragen/ aller Vrsachen vnd Vmbstände/ als

de/ als obstehet / vnd deß mehr/ was jhn darzu beweget / auch womit vnd wie er die Vergifftung gebraucht / oder zugebrauchen vorgehabt / vnd wo er solch Gifft bekommen/ vnd wer jhm darzu geholffen / oder gerahten habe.

Venefici sunt, qui veneficium siue venenum hominis necandi faciunt, vel magicis artibus vtuntur. Quæsitus de veneficio, si commissum à se crimen, aut committendi criminis (vulgo intoxicationem appellant) voluntatem sibi fuisse fateatur: de iis circumstantiis, nonnihil tamen pro iudicis prudentia variatis, interrogari debet: quibus addi poterunt: vt, quo mali veneni genere vsus, quibus de causis veneno hominem extinxerit, aut extinguere voluerit: venenum vnde habuerit, deprompserit, à quo emerit; quemq; suasorem, aut conductorem habuerit, indicet. Remus *in paraph. h. artic. 50.*

ARTIC. LI.

Qui incendium fatebitur.

So der Gefragt ein Brand bekennt.

BEkennt der Gefragt ein Brand/ man sol jhn sonderlich der Vrsach/ Zeit vnd Gesellschafft halb/ als obstehet / fragen / vnnd deß mehr / mit was Fewerwerck er den Brand gethan / von wem/ wie/ oder wo er solch Fewerwerck / oder den Zeug darzu zuwegen bracht habe.

Eculeo subiectus, si incendium fateatur, ex eo cognoscendum erit, quæ ipsi causa fuerit, quo tempore incenderit; quos socios habeat: & hoc amplius; qua materia ignẽ iniecerit, subiecerit ve: quo, & vbi locorum eam coëmerit materiam, num quis eum precio corruperit, promiserit ve, & quantum:
quæq; eiusmodi erunt pro re nata quærenda.
Remus *in paraph. h.*

ARTIC. LII.

Magiæ ſortilegijq́; reum, quæ interrogari oporteat.

So die gefragt Perſon Zauberey bekent.

BEkennet jemand Zauberey / man ſol auch nach den Vrſachen vnd Vmbſtänden / als obſtehet / fragen / vnd deß mehr / womit / wie vnd wann die Zauberey beſchehen / mit was Worten / oder Wercken. So dann die gefragt Perſon anzeiget / daß ſie etwas eyngegraben / oder behalten hätte / das zu ſolcher Zauberey dienſtlich ſeyn ſolte / man ſol darnach ſuchen / ob man ſolches finden könte. Wer aber ſolches mit andern Dingen / durch Wort / oder Werck gethan / man ſol dieſelben auch ermeſſen / ob ſie Zauberey auff jhnen tragen. So ſol auch zufragen ſeyn / von wem ſie ſolche Zauberey gelernet / vnd wie ſie daran kommen ſey / ob ſie auch ſolch Zauberey gegen mehr Perſon gebraucht / vnd gegen wem / was Schadens auch darmit geſchehen ſey.

Si magus, ſortilegus, lamia, venefica, incantationes confiteatur, iisdem de circumſtantiis, quæ iam fere indicatæ ſunt, interrogari poterit, ita vt non obiter, ac ſuperficialiter, ſed exacte de hoc enormi crimine conſtare poſſit. Hæc vero peculiariter ſubiungenda: Quomodo, & quando, & quibus characteribus, ſignis, herbis, morticinis, ſacrificiis, venenis, liquoribus, pulueribus, ſuffitibus, aliisq; rebus adhibitis incãtarit: & ſi quæ defodiſſe humum, aut ſibi ſupereſſe ex iis rebus dixerit, quorum quidem in faſcinis vſi ſint, ea refodi & inueſtigari debent. Si vero ſortilegium dictis, verborumq; conceptis formulis, diris, deuotionibus, cacodæmonis inuocationibus, ſuſurris, chiaſmis, aut aliis geſticulationibus ſe exercuiſſe oſtenderit, pio & cauto videndum eſt iudici, eiusmodi ne nocendi vires eæ res, facta, dicta habeant: vnaq; exquirendum: Quo in magica arte magiſtro vſus, qua occaſione in conſortium magorum, illectus ille-

ctave ad Sabbatha perductus, pertractus, pertractave sit; num & aliis, & quibus, & quomodo, & quantum incantando nocuerit. Remus *in paraph. h. artic. 52.*

Artic. LIII.

Interrogationum modos generales, pro varietate personarum, locorum, temporum attemperari debere, vt confessiones in tortura plene habeantur.

Von gemeinen vnbekanten Fragstücken/ auff Bekanntnuß die auff Marter geschicht.

Auß den obgemelten kurtzen Vnterrichtungen/ kan ein jeder Verständiger wol mercken/ was nach Gelegenheit jeder Sachen/ auff die bekanten Missethat deß Gefragten / weiter vnd mehr zufragen sey / das zu Erfahrung der Warheit dienstlich ist/ welches alles zu lang zubeschreiben were. Aber ein jeder Verständiger auß dem obgemelten Anzeigen wol verstehet / wie er solch Beyfrag in andern Fällen thun sol/ darumb solch Warzeichen vnd Vmbstände von dem jenigen der ein Missethat bekant hat / gefragt werden / die kein Vnschuldiger wissen/ oder sagen kan / vnd wie der Gefragt die fürgehaltene Vnterschevd erzehlet/ sol auch eygentlich auffgeschrieben werden.

Quæ hactenus in genere tradita & præscripta sunt, quemuis rerum non imperitum forensium hominem (quales capitalibus iudiciis adhiberi, ipso in limine harum sanctionum voluit Imp. Carolus V.) quid in negotio quæstionum agi & suscipi oporteat, docere possunt: & quid causa quælibet, confessione facta, exigat, vt factorum veritas eliciatur. Non enim, quod perquam scite Saluius Julianus scripsit *l. nō possunt, ff. de legib.* Omnes articuli singillatim, aut legibus, aut Senatusconsultis (addamus & Constitutionibus) cōprehendi possunt: sed is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere debet, vt *artic. 24. sup.* Eberh. *in tapicis*

picis legalib. loco à simili, Item à pari. Igitur cordati atq; exercitati viri satis intelligent, quid maxime vrgendum sit. Eiusmodi enim si interrogetur, qui vere insons est, nihil horum ne minimum quidem nosse, vel indicare poterit; quem intus conscientia, foris vultus rectus, & dictorum factorumq; suorum constantia absoluet. Eo autem ordine, quo reus crimen enarrat, iisdemq; formalibus, quæ vocant verbis, in consignatione actuarius vtetur. Remus *in paraph. h.* Fichard. *consil.* 115. *n.* 2. *vol.* 2.

ARTIC. LIV.

De inquisitione indicatarum à reo circumstantiarum habenda.

Von Nachfrag vnd Erkundigung der bösen bekanten Vmbständen.

So obgemelte Fragstück auß Bekanntnuß / die auß / oder ohne Marter geschicht / gebraucht werden / So sol alsdann der Richter an die End schicken / vnd nach den Vmbständen / so der Gefragt der bekanten Missethat halber erzehlt hat / so viel zu Gewißheit der Warheit dienstlich / mit allem Fleiß fragen lassen / ob die Bekantnuß der obberührten Vmbstände wahr seyn / oder nicht. Denn so einer angezeiget / die Maß vnd Form der Missethat / als vor zum Theil gemelt ist / vnd sich dieselben Vmbstände also erfünden / so ist darauß wol zumercken / daß der Gefragt die bekanten Missethat gethan hat / sonderlich / so er solch Vmbstände saget / die sich in der Geschicht haben begeben / die kein Vnschuldiger wissen kan.

Igitur, cum reus ad interrogationes propositas, seu tortus, seu vltroneus, conuenienter responderit: non prius acquiescendum est iudici, neque nude fides habenda confessionibus, quam de singulis, aut saltem maioris momenti circumstantiis, quas reus enumerarit, per inquisitionem certior fiat, quousque de facto dubitandi locus nullus supersit. Has enim in toto negotio & processu hoc diligenter attendendas esse sæpe monet Vlpianus *in l. sacrilegij pœnam, ff. ad L. Iul. pecul.* Quippe, quod vel

vnica circumſtantia in commiſſo crimine, aut priuet vita, aut mortis pœna liberet Ann. Robert. 1. *rer. iudicat.* 6. videndum itaque eſt, conueniant, nec ne, eorum, quibus nocitum fuit, delationes, cum rei confeſſionibus. Qui enim occaſionem, & quid primum, ſecundum & amplius fuerit in maleficio, recenſere poteſt: (quod ex inquiſitione habita, ita ſe habere deprehendatur) quin ab eo crimen admiſſum ſit, aut adfuerit ad minimum ſocius: nemo prudens ambigere debet: præſertim, ſi quis eas deducat circumſtantias, quas alios, qui præſentes non fuerint, ignorare neceſſum ſit. Remus *hic.* Vnde pateſcit, non ſufficere de circumſtantiis maleficam interrogare, ſed iudicem inquirere diligenter debere, vtrum hoc verum ſit, quod in tortura dixit. Exempli gratia: ſi venefica fatetur, quod homines & iumenta ſua magica arte interfecerit, Judex ſedulus erit in inquirendo, vtrum ea vera ſint. Ideoque quando non certo conſtat de delictis confeſſis, vulgo ita pronunciatur. Hat N. in der ſcharpffen Frage bekannt vnd außgeſagt / daß er an dem / vnd dem Ort N. vnd ſeinem Viehe / durch Zauberey Schaden zugefügt. Da nun ſolcher Zauberey halben / gebührliche vnd rechtmäſſige Erkündigung genommen / vnd es würde der Gefangene für dem Halßgericht / nachmals auff ſolchem ſeinem Bekanntnuß freywillig verharren / ſo ſol er derentwegen mit dem Fewer vom Leben zum Tod gericht vnd geſtrafft werden. Godelman. *lib. 3. de magis & veneficis cap.* 10. *num.* 42. *& ſeq.* Damhuder. *in praxi criminali cap. 39. & 40.* Cuncta quippe Judex rimari debet, ne innocentem opprimat, vel nocentem dimittat. Damhuder. *d. tract. cap. vltim. Deuter. cap. 13. verſ. 7. 8. 9. 10. cap. 17. verſ. 2. 3. 4. & 2. Paralip. cap. 19. verſ. 5. 6. 7. & 3. Reg. 20. verſ. 41. 42.* Damhuder. *in præfat.* ſed ponderatas & æquiſſimas ſententias proferat. *l. 2. C. de ſentent. ex peric. recit.* Remus *d. loc.*

ARTIC.

ARTIC. LV.

Si confeßiones falsæ confictæq́; ex inquisitione appareant.

Wo die bekanten Vmbstände der Missethat in Erkündigung nicht wahr erfunden würden.

ERfindet sich aber in obgemelter Erkündigung / daß die bekannten Vmbstände nicht wahr weren / solche Vnwarheit sol man dem Gefangenen fürhalten / jhn mit ernstlichen Worten darumb straffen / vnd mag jhn alsdann mit peinlicher Frag auch zum andern mal angreiffen / damit er die obangezeigten Vmbstände recht / vnd mit der Warheit anzeige. Dann je zu Zeiten die Schuldigen / die Vmbstände der Missethat vnwahrlich anzeigen / vnd vermeynen / sie wöllen sich damit vnschuldig machen / so die Erkündigung nicht wahr erfunden werden.

Si in inquiſitione habita circumſtantiæ ſecus ſe habere, & confictæ falſæq; deprehendantur, obiurgabitur acriter eo nomine reus, neq; ſolum ex mendacio nullum percipere commodum, ſed ne hoc quidem dum falſa pro veris narrat, impune ferre debet: Itaq; iam quæſtionibus acerbioribus percelli poterit, vt citra omnem fucum liquido veritatem ediſſerat. Non enim dolo caret, qui commentitiarum circumſtantiarum colore decipere iudices conatur: & cum mentiendo irritet animos iudicum, ſe magis & magis reum prodit, & è mala cauſa efficit peiorem: & ſuperuenientis inquiſitionis diligentia eo manifeſtius redarguitur atq; conuincitur. Remus *h.* Maleficus ergo ſi falſus & mendax deprehendatur in circumſtantiis maleficio, ſiue crimine adiectis, rurſus poteſt torqueri, tum propter factam confeſſionem, tum propter mendacium, quod hoc caſu aliquam reuocationem in ſe continet: adeoque, qui in mendacio depre-

henditur, præsumptiones contra se præbet. *l. vnius, §. testes, ff. de quæst.* Blanc. *de indiciis nu. 265*. Et quod mendacium & variatio faciat indicium ad torturam tradit Hippol. de Marsil. *in pract. crim. §. diligenter nu. 74 & 98.* Menoch. *lib. 1. de præsumpt. quæst. 98. nu. 67. & lib. 2. arbitr. casu 272.*

ARTIC. LVI.

Ne quis de crimine quæsito circumstantias verbis præiens enarret: sed vt suis verbis suo marte eas reus edicat.

Keinem Gefangen die Vmbstände der Missethat vorzusagen/ sondern jhn die gantz von jhm selbst sagen lassen.

IN den fördern Articuln ist klärlich gesetzt/ wie man einen/ der einer Missethat/ die zweiffelich ist/ auß Marter/ oder Bedräwung der Marter bekennet/ nach allen Vmbständen der selbigen Missethat fragen/ vnd darauff Erkündigung thun/ vnd also auff den Grund der Warheit kommen/ 2c. Solches wird aber etwa damit verderbt/ wann dem Gefangenen in Annehmen/ oder Fragen/ dieselben Vmbstände der Missethat vorgesagt/ vnd darauff gefragt werden. Darumb wöllen wir/ daß die Richter solches fürkommen/ daß es nicht geschehe/ sondern dem Verklagten nicht anders vor/ oder in der Frag fürgehalten werde/ dann nach der Weiß/ als klärlich in den vorgehenden Articuln geschrieben stehet.

Der Gefangene sol auch zum wenigsten vber den andern/ oder mehr Tag nach der Marter/ vnd seiner Bekantnuß/ nach Gutbedüncken deß Richters/ in die Büttelstuben/ oder ander Gemach/ für den Bannrichter vnd zween deß Gerichts/ geführet/ vnnd jhm sein Bekantnuß durch den Gerichtschreiber fürgelesen/ vñ alsdann anderwert darauff gefragt/ ob sein Bekantnuß wahr sey/ vnd was er darzu sage/ auch auffgeschrieben werden.

Hactenus explicatum est, qui reus, qui delictum (de quo tamen

men nondum liquido constet) per tormenta confitetur, de circumstantiis singulis quærendus sit: &, qua ratione, vt sole meridiano clarius veritas facti elucescat, inquisitio instituenda sit. Quod equidem nonnunquam impediri contingit: & ipsi hac in re incautius agentes suis quasi officiunt luminibus iudices: videlicet, cum reo, imprudenter sane in interrogationibus aliquas suggerunt ex opinione sua & ingenio circumstantias, & ille, si ita sibi prodesse putet, mox iis adnuat. Quando scilicet Judex verbis præiens circumstãtias enumerat, tunc suggerit potius, quam vt requirat. *l. 1. §. qui quæstionem, ff. de quæst.* Talia igitur fieri serio vetat Carolus V. & potius esto, vt ad commonstratum modum, ante & in quæstionibus, & post quæstiones, reum explorent & expiscentur: qua nec tutior neq; commodior ratio hactenus excogitata, aut tradita est.

Quamprimum autem à quæstionum doloribus quieuerit, viresq; refecerit, reus, è carcere & latebris, in lucem & locum liberiorem, vnde tamen elabi nõ possit, quem in vsum commoda cubicula & conclauia haberi debent, altero post tertiove die, dum recenti adhuc memoria confessiones recolat, educi, & coram iudice capitali duobusq; assessoribus sisti debet: in quorum præsentia ea, quæ ante confessus fuerat, verbotim repetentur ab actuario. Quo facto, citra minas, vim, metum, vincula, ciuilibus & mitioribus verbis interrogabitur denuo de admissis: & tũ si quæ reuocabit, aut fatebitur, vel rectius explicabit, vel ante minus recte dicta emendabit, ea omnia consignabuntur. Remus *h.* Patet exinde, cõfessionem ipsi reo post diem vnum, aut alterum legendam, eiusq; responsionem ad eam inquirendam esse. Et sic tradit Clarus *§. fin. quæst. 64. nu.* 40. si reus in tormentis delictum confiteatur, tali confessioni factæ in tortura, standum non esse, nisi in illa reus perseueret, & eam ratificet extra tormẽta ad bancum iuris: & addit, hanc esse communem opinionem; vbi *n. 41. & seq.* plura tractat de ratificatione confessionis à reo exposcenda. Item Baiardus *ad Clar. d. quæst. 64. nu.* 129. *& seq.* Mascard. *de probat. concl. 353. nu. 11. &* 12.

ARTIC.

ARTIC. LVII.

Tortus si confeßionem reuocet.

So der Gefangene vorbekante Missethat wider läugnet.

SO der Gefangene der vorbekanten Missethat läugnet/vnd doch der Argwohn/ als vorstehet/ vor Augen were/ so sol man jhn wider in Gefängnuß führen/ vnd weiter mit peinlicher Frag gegen jhm handeln/ vnd doch mit Erfahrung der Vmbstände/ als vorstehet/ in allwege fleissig seyn/ nach dem der Grund peinlicher Frag darauff stehet/ Es were dann/ daß der Gefangene solche Vrsachen seines Läugnens fürwendet/ dardurch der Richter beweget würde/ zuglauben/ daß der Gefangene solche Bekantnuß auß Irrsal gethan/ alsdann mag der Richter denselben Gefangenen/ zu Außführung vnd Beweisung solches Irrsals zulassen.

In hoc articulo constituit Carolus V. quod reus, si confessionem suam reuocauerit, seu id quod semel confessus est, postea rursus negauerit, rursus torqueri possit; quod ita obtinet, si aduersus reum, qui torturæ subiectus est, indicia probata militent: secus si non militent: quippe, quod tunc ne quidem à minis torturæ Judex incipere potuit Hippol. de Marsil. *in pract. crimin. §. expedita nu. 1. 2. & seqq.* nedum inferre Hippol. *in §. constante.* vel iterare; per ea, quæ tradit Hippolytus *in d. §. expedita.* Moller. *lib. 3. semest. cap. 41. nu. 1. & seq.* Etsi igitur tortura regulariter repeti non debeat, Farinac. *lib. 1. prax. crimin. tit. 5. quæst. 52. nu. 26. & seqq.* Quin tamen prædicto casu repetitioni locus sit, non dubitatur, cum ob confessionem priorem, ex qua resultat semiplena probatio. Hippol. de Marsil. *in §. quoniam num. 3. in pract. crim.* tum ob variationem, quæ nouum facit indicium *hoc artic. 57.* **weiter mit peinlicher Frag gegen jhn handeln.** Zanger. *de tortura cap. 5. num. 53.* Plane si tortus probabilem errorem suæ confessionis allegauerit,

rit, eumq; probauerit, tortura repeti non debet, *vers.* Es were dann/daß der Gefangene/rc. Hippol de Marsil. *in d.§.quoniam nu.* 4. *& seqq. & in §. opportune num.* 17. Clar. §. *fin. quæst.* 55. *in fin.* vti nec post tertiam torturam licet iterare propter reuocationem rursus factam, nisi variatio accedat. Hippol. *d. loc. nu.* 8. 9. 10. 26. *&* 27. vel noua indicia vrgentissima, præsertim in atrocioribus & exceptis, se prodant Anton. Faber. *lib. 9. Cod. tit. 21. defin.* 3. Boni itaq; iudicis erit, reuocationis causas à torto allegatas, veluti, quod ad eiusmodi confessionem errore magno, quem nunc demum agnouerit, aut sæuitia eculei se inductum dixerit, examinare. Remus *ad hunc artic.* 57.

ARTIC. LVIII.

Tormentis qui modus adhibendus.

Von der Maß peinlicher Frag.

DJe peinliche Frag sol nach Gelegenheit deß Argwohns der Person/ viel/ offt/ oder wenig/ hart/ oder linder/ nach Ermessung eines guten vernünfftigen Richters/ fürgenommen werden/ vnd sol die Sag deß Gefragten/ nicht angenommen/ oder auffgeschrieben werden/ so er in der Marter/ sondern sol sein Sag thun/ so er von der Marter gelassen ist.

Quæstionem esse vere Tarquinij Superbi, aut Mezentij, 1
vel Phalaridis, alteriusve immanioris tyranni inuentum, scribit Remus *hoc artic.* 58. sed cum nihil adeo malum sit, quo non bene vti liceat, etiam quæstione recte vti, & in loco, nihil prohibet. Qua de causa, modum quæstionis magis esse, iudices arbitrari oportere, respondit Vlpianus *in l. quæstionis modum* 7. *ff. de quæstionib.* Ait Vlpianus; Judicem modum arbitrari oportere: qui sedulam operam nauabit, vt quantum personarum ætas, sexus, vires, conditio, & ratio ipsa permiserit, tormenta attemperet, sæpius, rarius; remissius, intentius, habeat: quod vel innocentiæ,

vel ſupplicio torti ſalui permanere debeant, vt Carolus V. conſtituit. *hoc artic. 58.* Inde in ſententiis interlocutoriis, quibus tortura decernitur, plerumq; additur clauſula, cum moderamine, **daß der Gefangne mit ſcharpffer Frage / jedoch zimlicher / oder verantwortlicher Maſſen zubelegen.** Quemadmodum ſi reus duntaxat terrendus eſt, hoc quoq; ſolet præcaueri ſententiis interlocutoriis, ne reus manibus carnificis apprehendatur, hac conſueta formula: **Daß jhr wol befugt / den Gefangenen dem Scharpffrichter fürzuſtellen / vnd durch denſelben / als ſolte / vnd wolte er jhn angreiffen / bedräwen / Aber doch vnangegriffen in der Güte befragen zulaſſen.** Zanger. *d. tract. c. 4. nu. 11. & ſeqq.*

2 Non Judex iis credet, quæ reus in ipſa tortura confitetur. Neque etiam veriſimile eſt, in ipſis torturæ cruciatibus conſtitutum veritatem poſſe eloqui, aut perpetrata cum circumſtantiis recte in memoriam reuocare, vt maxime hoc velit Zanger. *de torturis cap. 4. nu. 12.* Pingiz. *quæſt. 34.* Sed iis demum, quæ remiſſa tortura, ſiue quæſtionibus exemptus indicabit & confitebitur *h. artic 58. verſ.* **Vnd ſol die Sag deß Gefangenen / nicht angenommen / oder auffgeſchrieben werden / ſo er in der Marter / ſondern ſol ſeine Sag thun / ſo er von der Marter gelaſſen.**

3 Gradus tormentorum quinque facit Clarus §. *vlt. quæſt. 64. nu. 31.* Non omnes enim eodem modo torquentur, ſed aliqui grauius, aliqui leuius, ſecundum qualitatem delicti & indiciorum, quæ ex proceſſu reſultant, & in hoc etiam maxime verſari iudicis arbitrium, ſcribit Clarus *d. loc.* cum quo facit Menochius *lib. 2. de arbitr. iud. quæſt. 271.* Primus autem gradus torturæ ſunt minæ de torquendo: ſecundus, conductio ad locum tormentorum: tertius, ſpoliatio & ligatura: quartus, eleuatio in eculeo: quintus, quaſſatio. Et licet videatur, quod minæ de torquendo, conductio ad locum tormentorum, ſpoliatio, & huiusmodi, non poſſint proprie dici ſpecies torturæ; nihilominus (ſecũdum aliquos) talis metus & ſuſpicio torquendi æquiparatur torturæ. Hinc infertur, quod paria ſunt, confiteri per tormenta, vel metu tormentorum, de quo tamen videndus eſt Clarus *d. loc.*

Neq;

Neq; hoc prætereundum, ne Judex torqueri faciat, quos 4
torquere fas non eſt. Cum enim nihil tam ſeuerum, tam crudele & inhumanum eſſe videatur, quam hominem cõditum ad imaginem Dei, tormẽtis lacerare, & quaſi excarnificare, iuris noſtri authores nõ in quoslibet torturam decernendã eſſe voluerunt. *l.1.§.3.& ſeqq.l.2.l.edictum 8.l.de minore* 10. *l.ex libero 15.* & paſſim *de quæſtionib.* Torqueri itaq; non debet impubes, minor 14. annorum *d.l.de minore.* decurio *l.decuriones, C. de quæſt. l.cum adoptiuum l. omnes, C. de decurionib. lib.* 10. mulier prægnans *l.prægnantis 3. de pœn.* furioſus *l.ſi quis 3.§ furioſos* 11. *ff. de SC. Syllan.* Surdus & mutus natura, arg. *l. diſcretis 10. C. qui teſtam. fac. poſſ.* & alij, quorum enumerationem inſtituit Zangerus *d.tract.c.1.per tot.* poſt Clarum *d.q.64. verſ. vbi ſubſint.*

Denique, cum pro arbitrio prudentis iudicis tormenta a- 5
liquoties repeti poſſint, vt eleganter explicat Menochius *de arbitr. iud. quæſt. caſu 272.* vti etiam Conſtitutio hæc Carolina *hoc artic.58.* dicit, hac in re ſtandum eſſe arbitrio diſcreti iudicis, *in pr. his verbis.* **Die peinliche Frag ſol nach Gelegenheit deß Argwohns der Perſonen/ viel/ offt/ oder weniger/ hart/ oder linder/ nach Ermeſſung eines guten vernünfftigen Richters/ fürgenommen werden.** Illud arbitrium intelligi debet non de abſoluto & irregulato arbitrio, ſed de regulato, quod ſcilicet iuri conforme ſit. Quare cum in iure & apud interpretes expeditum ſit, & pro regula traditum; quod tortura ſine nouis indiciis contra eundem tortum repeti non debeat. Farin. *in praxi criminali quæſt.38. nu.72. & ſeqq.* exinde conſequitur, quod Judex prætextu ſui arbitrij contrarium facere, terminosve iuris & receptas Doctorũ traditiones excedere, nec reum ſine nouis indiciis iterato torquere poſſit, niſi caſibus à iure permiſſis; puta, quando reus leuiter & non ſufficienter fuit tortus, Clar. *d.quæſt.64. num. 46.* vel quando priora indicia erant multum vrgentia & manifeſta; nam tunc etiam tormenta reiterari poſſe, atteſtatur Bartolus *in l. vnus 18. §. reus 1. num. 2. ff. de quæſt.* Et quamuis itidem in arbitrio iudicis conſiſtat, vtrum reus leuiter, vel inſufficienter, vel ſufficienter tortus ſit, item, vtrum

indicia ſint multum vrgentia & manifeſta; tamen Judex nihilominus & hoc ex ſua ceruice & capite non arbitrabitur, ſed vero ſecundum regulas iuris arbitrio boni viri æſtimabit, & in dubio pro non repetitione, & in ſic in mitiorem partem interpretari debet. Farinac. *d. quæſt.38.num.*81. *& 89.* Clar. *d. quæſt.* 64. *in fin.* vbi fideliter monet iudices, vt potius rebus ſic ſtantibus, peccent in defectu, quam in exceſſu, *in verb.* Caueant iudices, ne huius arbitrij prætextu immoderate ſæuiant, ſed potius in dubio ad torturam non deueniant. Addit ibi exemplum: quod viderit torqueri ſuſpectum de occiſo Nobili, & propter ſuam confeſſionem vi extortam vltimo ſupplicio affici: poſt multos annos iſtum nobilem, qui in quodam caſtro in carcere detentus fuerat, reuerſum. Cæterum quamuis reus, de quo habita quæſtio eſt, extra tormenta confeſſus, poſtea, id eſt, ſequenti die (quatuor enim & viginti horarum interuallum intercedere oportet, ne tormentorum ſenſus adhuc durare videatur. Clar. *d. quæſt. 64. num.*41.) confeſſionem reuocauerit & variauerit, ductus ſcilicet ad banchum iuris ad ratificandam ſuam confeſſionem, vt loquitur Clarus *d. quæſt. 64. num. 43.* iterum atque iterum torquendus eſt, nullis quoque nouis accedentibus indiciis; ad hoc ſcilicet, vt in ipſa confeſſione perſeueret, vt ait Clarus *d. loc. & nu.36.* ſed ita tamen, vt ne ſæpius, quam ter ex hac cauſa (ſi enim noua adſint indicia, ſecus eſt) torqueatur: alioqui procederetur in infinitum, quod abſurdum & iniquum eſſet, Clar. *d. loc. nu.36.* Faber. *lib.9. Cod. tit.21. definit. 2.* vbi addit: Senatum Sabaudiæ ita iudicaſſe. Sed hoc, quod diximus, eum, qui in tormentis confeſſus eſt, ſi extra tormenta negauerit rurſus torquendum eſſe propter variationem, ita tamen, vt ne ſæpius, quam ter quæſtio repetatur, ad eum non pertinet, qui in quæſtione ipſa minus aperte & ingenue profeſſus ſit; puta, ſi ſtatim poſt confeſſionem, & in ipſis tormentis dixerit extortam eam vi tormentorum; quoniam quæ in continenti fiunt, videntur ineſſe. *vulg. l. iurisgentium 7. §. quinimo, ff. de pact. l. lecta 41. ff. de reb. cred.* Cum enim non præcedit aperta confeſſio, ſubſequens denegatio non indu-

inducit varietatem. (Nec enim variatio poteſt eſſe ſine contradictione & euidenti mendacio. Quæ autem incontinenti fit, dicenda eſt emendatio potius, quam variatio; inquit Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 21. num. 39.*) quæ tamen ſola repetendæ quæſtioni locum facit. Faber. *d. tit. 21. defin. 5.* vbi *in fine* itidem dicit, ita in ſenatu iudicatum.

Sed ſi inquiſitus, vel accuſatus per binas, aut ternas vices 6. moderate tortus, & tamen nihil penitus confeſſus ſit, quærat aliquis, quid deinceps fieri debebit, maxime cum nulla alia de nouo ſuperueniant indicia? Variant hic Dd. quibusdam exiſtimantibus eum condemnandum eſſe, ſi non pœna mortis, tamen alia aliqua pœna. Grammat. *deciſ. 22. num. 24.* Alex. *in addit. ad Bartolum in l. vnius, §. reus. in verb. neq; confitetur, ff. de quæſt.* Quibusdam contra eum abſoluendum eſſe, contendentibus. Hippolyt. de Marſil. *in pract. crimin. §. nunc videndum nu. 26.* Alberic. de Roſate *in l. edictum, ff. de quæſt.* vbi hanc communem dicit. Et horum ſententia verior eſt: quam amplectitur & defendit Antonius Heringius *in tract. de fideiuſſor. bus cap. 10 nu. 432. & ſeqq.* Nam per torturam omnia indicia, quæ aduerſus illum erant, ſunt purgata. Si igitur poſtmodum nihilominus Judex reum in ſqualore carceris detineret, aut etiam rurſus torturam repeteret, tunc per aſſiduam iſtam torturam tandem illum interficeret, & forſan etiam innocentem, cum veriſimile ſit, illum omnia, quæ confeſſus eſt, propter ſummum cruciatum, &, vt compendio mortis longos cruciatus vitaret, in ſuummet ipſum ſanguinem mentiendo dixiſſe. *l. 1. §. quæſtioni, ff. de quæſt.* Et ſanctius eſt, & ſatius, nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare, *l. abſentem, ff. de pœn.* plenius hæc tractat Heringius *d. loc.* vbi *num 442.* addit: Non obſtare, quod nonnulli ſcripſerint, hoc caſu in negotio ſuperſedendum, & cauſam eſſe relinquendam indeciſam, atque ita iudicem pronunciare poſſe, ſibi non liquere relatum à Menochio *lib. 1. præſumpt. quæſt. 93 num. 1.* Quia verior eſt ſententia contraria, quam etiam ibi poſt Gomeſium *3. var. reſol. 13. num. 28. verſ. ſed his non obſtantib.* defendit Menoch. *d. loc.* & Zang. *d. c. 5. n. 2. 3. 4. & 5.*

Dubitari autem adhuc contingit, an tortus definitiue & in totum absoluendus sit, nec ne? Verius est, eum definitiue absoluendum esse, scilicet, quoad hanc causam, ita, vt nec fideiussores dare teneatur, *l. qui accusare.* & ibi Dd. *C. de probat.* non autem in totum, ita, vt postea propter alia indicia rursus capi non posset; siquidem dolus futurus nō potest remitti. *l. si iuris, §. illud ff. de pact.* Et ab hac sententia in iudicando & consulendo non esse recedendum, dicit Couarruuias 1. *var. resol. 1. nu. 8.* vbi affirmat, hanc non solum esse communem, sed & magis communem. JCti Colonienses apud Cothm. *resp.* 30. *num.* 401. *& seq. vol* 3. Et huc spectat, quod scripsit Mynsingerus 5. *obs. 12.* hoc casu, si noua rursus superueniant indicia, contra reum procedi posse, & quod illi nō competat exceptio peremptoria rei iudicatæ ex tali absolutoria. Deniq; definitiue reum absoluendum esse voluerunt etiam Gometz *d. resol.* 13. *nu.* 28. Menoch. *d. quæst.* 93. *nu.* 2. *&* 3. Wesenb. *in paratt. ff. de quæst. in fin.* Quorum rationes præcipuas refert Heringius *d. cap.* 10. *nu.* 445. *& seqq.*

ARTIC. LIX.

Vulneratus quemadmodum torqueatur.

So der Arm / den man fragen wil / gefährliche Wunden hätte.

SO der Beklagt gefährliche Wunden / oder andere Schäden an seinem Leib hätte / so sol die peinliche Frag dermassen gegen jhm fürgenom̃en werden / damit er an solchen Wunden / oder Schäden am minsten verletzt werde.

Accusatus, si periculum sit, ne inter, vel post tormenta ob vulnera exspiret, ea arte torquendus est, ne quid damni accipiat *h. artic. 59.* veluti, si reus rupturam circa genitalia habuerit, tunc tormentis subiici non debet, vel ad minus moderate, ne ruptura incrementum acciperet, torqueri Farinac. *in praxi crim. quæst.* 41. *num.* 93. Eadem pene ratio est prægnantis mulieris: de qua ne

quæ-

quæstio habeatur, obseruatum à se Vlpianus memoriæ prodidit; ne calamitas scilicet matris noceret ei, qui in vtero est. *l. prægnantis, ff. de pœn. l. & seruorum, §. ingenui, ff. de stat. hom. l. quæritur. in princ. de ædil. edict.* Clar. *d. q. 64. vers. quæro modo.* Couarr. *4. resolut. 4.* Menoch. *lib. 1. arbit. iud. quæst. 86. nu. 12. & seq.*

ARTIC. LX.

Materiæ quæstionum epilogus.

Ein Beschluß / wann der Bekantnuß / so auff peinliche Frag geschicht / endlich zuglauben ist.

SO auff erfundene / redliche Anzeigung einer Missethat halb / peinliche Frag fürgenommen / auch auff Bekantnuß deß Gefragten / wie dasselbig alles in den vorgehenden Articuln klärlich gesetzt ist / fleissige / mügliche Erkündigung vnd Nachfrage geschicht / vnd in derselben bekänter That halb / solche Warheit befunden wird / die kein Vnschuldiger also sagen vnd wissen könte / Alsdann ist derselben Bekantnuß vnzweifflicher beständiger Weiß zuglauben / vnd nach Gestalt der Sachen peinliche Straff darauff zuvrtheilen / wie hernach bey dem 104. Articul / anfähend: Item / so jemand vnsern gemeinen geschriebenen Rechten nach / ꝛc. Vnd in etlichen Articuln darnach / von peinlichen Straffen funden wird.

Quandoquidem quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam, Constitutionibus Principum declaratum esse testatur Vlpianus *in l. 1. §. quæstioni, ff. de quæstion.* quod res sit fragilis & periculosa, & quæ veritatem tam propter patientiam, aut potius duritiam, quam impatientiam quorundam fallat. Menochius *lib. 2. de arbitr. iudic. quæst. casu 272.* idcirco Carolus V. Imperator hic recte monuit, quando confessori per tormenta factæ, standum sit, magnæ opus esse dexteritatis; & maturæ prudentiæ, cum animaduertere, tum declarare, vt tum demum reus tortus & confessus damnandus sit, si

præ-

præcesserint indicia legitima ante torturam, & deinde quoque torti confessioni inquisitio, siue exploratio diligens instituta responderit, præsertim cum vtrobique eæ circumstantiæ indicabuntur, præter quas tale, quod facinus committi non potuerit, quasve nemo alius nisi criminis socius aperire possit. Nam etsi confessio in tormentis facta ad condemnationem non sufficiat, quasi metu extorta *l.* 1. §. 17. *ff. de quæst.* tamen ea vis purgatur, quando postea extra locum carceris, eiusmodi confessio libere renouatur. Paris. de Puteo *in tract. de Syndicatu verb. tortura num.* 9. Clar. §. *fin. quæst.* 44. *in fine, & quæst.* 65. *in fine.* Godelm. *d. tract. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 47. *& seqq.* Fac. *l. edictum* 8. *vers. quas & efficacissimas, ff. de quæstionib.*

ARTIC. LXI.

Si, qui ad idonea tortus est indicia, innocens deprehendatur, neque conuinci de crimine intentato possit.

So der Gefangen auff redlichen Verdacht / mit peinlicher Frag angriffen / vnd nicht vngerecht funden / oder vberwunden wird.

SO der Beklagt auff einen solchen Argwohn vnd Verdacht / der zu peinlicher Frag / als vorstehet / gnugsam erfunden / peinlich eynbracht / mit Marter gefragt / vnd doch durch eygen Bekantnuß / oder Beweisung der Beklagten Missethat / nicht vberwunden wird / haben doch Richter vnd Ankläger mit obgemelten ordentlichen / vnd in Recht zulässigen peinlichen Fragen kein Straff verwirckt / dann die bösen erfunden Anzeigung / haben der geschehenen Frag entschuldigte Vrsach geben. Dann man sol sich nach der Sag der Rechten / nicht allein vor Vollbringung der Vbelthat / sondern auch vor aller Gestaltnuß deß Vbels / so bösen Leumuth / oder Anzeigen der Missethat machen /

chen/ hüten/ vñ wer das nicht thet / der wird deßhalben gemelter seiner beschwert selbst Vrsach seyn. Vnd sol in diesem Fall der Ankläger allein seinen Kosten/ vnd der Beklagt dergleichen sein Atzung/ nach dem er seinem verdacht vrsach geben/ auch entrichten / vnd die Obrigkeit die vbrigen Gerichtskosten / als für den Nachrichter vnd andere diener deß Gerichts/ oder Gefängnuß halber selbst tragen: Wo aber solch peinlich Frag dieser vnser / vnd deß heiligen Reichs rechtmässigen Ordnung/ widerwertig gebraucht würde/ so weren dieselben Richter/ als Vrsacher solcher vnbillicher peinlicher Frag strafflich. Vnd sollen darumb nach gestalt vnnd gelegenheit der vberfahrung / wie recht ist / Straff vnd Abtrag leiden/ vnnd mögen darumb vor jhrem nechsten ordentlichen Obergericht gerechtfertiget werden.

Cum vero accusatus, ad indicia legitima in carcerem coniectus, neq; accusatoris probatione, neq; à se confessione extorta criminis intentati coargui possit, nullam pœnam incurrunt Judex neq; actor, qui ordinariis & iure concessis modis ac mediis veritatem inuestigarunt; quippe, quod indicia probata causam torturæ dederint. Nam hoc sanctissimæ leges exigunt, vt non solum crimine ipso, sed & suspicione criminis, vnde indicia desumuntur, carere & vacare quem oporteat. Hinc olim Julius Cæsar interrogatus, cur vxorem repudiasset, & in adulterio tamen Clodio se quicquam reperisse negaret; respondit: meos tam suspicione, quam crimine iudico oportere carere. Sueton. *in Iulio cap. 74.* Abstinere non solum à malo, sed etiam à specie mali decet Christianos, per doctrinam Pauli *2. ad Thess. cap. vlt. vers. 22.* Qui igitur moribus talis est, vt non alienus à maleficio esse videatur; hocq; potissimum pacto se traducat, & famam suam falsa criminis simulatione inconsulto lædat; adeoq; committat illud, cuius causa non iniuria quæstionibus subditus est, hoc sibi debet imputare. Et quod quis sua culpa damnum sentit, non sentire videtur *per vulgat.* Porro, si ita eueniat sibi sumptus accusator imputabit: æque accusatus & tortus ex suo alimenta sua exsoluet, & carceris squalorem, quæstionumq; dolores æqua mente feret: Judex autem ex publico, quæstionum

impensas, lictorum sportulas, tortoris mercedem, & quidquid ex ea causa impensum est, depromet.

Si vero iudices, contra legum Imperialium sanctiones, quæstionibus sæuiant; ij, qui iniuste torsisse probabuntur, incident in pœnam Syndicatus, vti dictum est supra *artic.20.* Atque pro ratione crudelitatis suæ puniti, inique torto de damno & doloribus satisfacient: quo nomine conueniri apud superiorem suum iudicem possunt, Remus *hoc artic.61.* Godelman. *d.tract.lib.3.cap.10.num.53.* vbi tradit: crebriorem esse Doctorum sententiam, iudicem, qui reum torturæ sine causa, sine indiciis, dolose & malitiose subiecit, & ita torsit, vt iste decesserit, capitali pœna: si vero per imperitiam, aut culpam id fecerit, extraordinarie tantum puniri posse, alleg. Bosl. *in tract. criminal. de tortura. num. 28.* Clar. *d. quæst. 64. num. 32.* Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. casu 40.* Wesenbec. *in paratt. de pœnis num. 9.* Sic Zangerus *d. tract. cap. 4. num. 14.* scribit: Summam decisionis huius quæstionis hanc esse: Aut tortus morte occubuit ob atrocitatem & excessum tormentorum, aut adhuc vitam agit: Priori casu, si Judex dolo malo, vt quia pecuniam accepit, aut, licet non acceperit, calore tamen inductus, nullis præcedentibus indiciis, reum quæstioni subiecerit, pœna capitali affici debet. *l. lex Iulia 7. §. hodie 3. ff. ad L. Iul. repet.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. quæst. casu 340. num. 3.* Quod si ex indiciis minus sufficientibus tormentis reus afflictus sit, quoniam non dolus, sed culpa iudicis arguitur, pro modo culpæ pœna in eum statuetur, quæ arbitraria est. *l. 1. § Diuus Adrianus 3. vers. sed si clam & l. lege Cornelia 4. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Menoch. *d. casu 340. num. 8.* Posteriori casu, si Judex modum excesserit, pœna similiter erit arbitraria, arg. *l. si adulterium cum incestu 38. §. Imperator, ff. ad L. Iul. de adulter.* Menochius *d. casu 340. num. 4. & seqq.* Gometz *d. resolut. 13. num. 6.* Zanger. *d. loc.*

Torturam autem factam esse, & quidē indebite factam, facile probari potest, nisi doceatur contrarium. Nam factū quidem ipsum torturæ ex solis indiciis leuibus, puta, per incarceratio-

nem,

nem, clamorem rei, liuorem corporis, famam, & ſimiles coniecturas plene conuincitur. Jus autem torturæ, videlicet iniuſte eam decretam eſſe, probatur eo ipſo, quod non oſtendatur diuerſum. Stat enim pro reo iuris præſumptio, contra iudicem: niſi ille ſufficientia indicia præſto fuiſſe, liquido demonſtret. Weſenbec. *in paratt. ff. de quæſt. num. 9.* Denique quando inquiſitus, vel accuſatus torturæ ſubiectus, nihil confeſſus fuit, tunc abſoluitur, quoad hanc cauſam, ita tamen, vt poſtea propter alia indicia rurſus capi poſſit; ſiquidem dolus futurus non poteſt remitti. *l. ſi iuris, § illud, ff. de pact.* Cæpol. *conſil. 32.*

ARTIC. LXII.

Accuſatorem probare volentem, audiendum eſſe.

Von Beweiſung der Miſſethat.

WO der Beklagt nichts bekennen/ vnd der Ankläger die beklagten Mißhandlung beweiſen wolt/ damit ſol er/ als recht iſt/ zugelaſſen werden.

Quia actori omni iure probatio incumbit, reus vero, quantumuis nihil præſtet, abſoluatur *l. ei, ff. de probat. l. actor, C. eod. l. qui accuſare, C. de edendo.* idcirco accuſator ad probationem criminis, accuſato nihil confitente (modo aliud nihil prohibeat) vtique admittendus eſt, modo ipſemet id poſtulet; & audiendus, quouſque ſolemnia accuſationis perficiat. Clar. § *fin. quæſt. 62.* Remus *hic.*

ARTIC. LXIII.

Si testes ignoti producantur.

Von vnbekanten Zeugen.

VNbekante Zeugen / sollen auff Anfechtung deß Gegentheils / nicht zugelassen werden / es würde dann durch den / so die Zeugen stellet / stattlich fürbracht / daß sie redlich vnd vnverleumbt weren.

Pro dictis testium regulariter præsumitur, nisi aliquid subsit, quod iudici testimonium faciat suspectum. *l. testium fides 3. in pr. ibi, nam si careat l. ob carmen 21. §. si testes, ff. de testib.* Viuius *lib. 1. comm. opin. in verbo. Testis vnicus de visu num.* 10. Facit autem iudici testimonium, inter alia, suspectum, si testis sit ignotus, quem scilicet reus, neq; de auditu, neq; visu, notitiave quamuis leuissima agnoscit. Si itaq; reus hunc repellat, atque contra eum excipiat, (imo quamuis etiam non excipiat: quia tum ad officium iudicis pertinet, inquirere de testium conditione, atq; ex officio inhabiles repellere, *l. quæsitum, ff. de testib.*) tunc neq; iurare, neque deponere admittetur: Nisi tamen producens, siue actor eum esse fide dignum, adeoq; testem omni exceptione maiorem, & à calumnia alienum, & testimonium non impedire, quod eum reus non norit, probauerit. Remus *in paraph. h.* Farinac. *in tract. de testibus tit. 2. q. 62. tit. 6. nu.* 7. Mascard. *de probat. concl. 222. n. 14.*

ARTIC. LXIV.

De pretio corruptis testibus.

Von belohnten Zeugen.

BElohnte Zeugen sind auch verworffen / vnd nicht zulässig / sondern peinlich zustraffen.

Suspe-

Suspectum quoque testimonium redditur, si testis pro dicendo testimonio aliquid accepit, vel mercede conductus est, ille enim testis omni iure reprobatur; qui quidem tantum abest, vt audiatur, vt etiam competenter sit afficiendus pœna: Testium accipientium pecuniam, vt dicat veritatem, est, quod tenetur pœna falsi. *l.13. & l.15. C. de testib. l. qui falso, ff. de testib.* Cuiac. 13. *obseru.* 38. Menoch. *lib. 2. arbitr. iudic. quæst. casu* 310. Vant. *tract. de nullit. cap.* 13. *num.* 138. Mascard. *de probat. conclus.* 1358. Clar. §. *falsum vers. sed quid è conuerso* 13. *in fin.* Si corruptus deponat contra corrumpentem, eum non puniendum esse concludit Mynsinger. *cent. 6. obs.* 67.

ARTIC. LXV.

Quibus de rebus testes deponere debeant.

Wie Zeugen sagen sollen.

Die Zeugen sollen sagen/ von jhrem selbs eygen wahren Wissen/ mit Anzeigung jhres Wissen gründlicher Vrsach. So sie aber von Frembden hören sagen würden/ das sol nicht gnugsam geacht werden.

Suspectus præterea testis est, & fidem non meretur, qui dicti sui rationem minus sufficientem indicauerit, sed opinans deposuerit. *hoc artic.* 65. Et quod dicitur, in criminalibus testem teneri dicti sui rationem assignare, etiamsi de ea non interrogatus: Hippol. *in praxi crim.* §. *diligenter num.* 31. adeo verum est, vt testis deponens absq; ratione, dicatur non vt homo, sed vt pecus deponere. Specul. *tit. de teste* § 1. *vers. idem quod interrogatus non reddit.* Mascard. *de probat. concl.* 1369. *nu.* 47. & 50. Quod tamen secus est in interrogatoriis, super quibus deponens non tenetur rationem reddere. Stiatic. *pract. obser. cap.* 16. *nu.* 65. & *seqq.* Cæterum si testes ex vulgi fama auditum proferent, pro legitimo testimonio non habetur. *l. decurionum filij, C. de decurionib.* neq; testis auri-

tus probat. Menoch. *de arbit. iud. quæst. casu* 475. *nu.* 4. Farinac. *q.* 69. *tit.* 3. Fichard. *consil.* 105. *nu.* 10. *& seq. vol.* 2.

ARTIC. LXVI.

Testes idonei, qui dicantur.

Von gnugsamen Zeugen.

GNugsam Zeugen seynd die / die vnbeleumbd / vnd sonst mit keiner rechtmessigen Vrsach zuverwerffen seynd.

Idonei testes sunt, testes omni exceptione maiores, seu quibus nulla exceptio potest obiici, adeoque nec à iure sine exceptione legibus fundata reprobari possunt, nec à iure repelluntur. *l. popularis, ff. de popul. act. c.* 1. *ext. de testib. c. placuit. vers. & vt quoq;* 4. *quæst.* 3. Menoch. *lib.* 1. *de arbit. iud. quæst.* 27. Eiusmodi testes magis requiruntur in criminalibus, quam ciuilibus *c. testimonium. de testib. in* 6. Cautius enim agendum est, vbi agitur de salute hominis *l. addictos, C. de appellat.* Farinac. 2. *de opposit.* 6. *q.* 62. *&* 2. *seqq.* Plane testes inhabiles quandoq; etiam admittuntur, si aliter veritas haberi nō possit, & præsertim in delictis & factis, quæ sunt difficilis probationis Grammat. *decis. Neapol.* 11. Mascard. *de probat. concl.* 1360. *nu.* 4. Remus *h. in paraph.*

ARTIC. LXVII.

Idoneum testimonium, quod sit.

Von gnugsam Gezeugnuß.

SO ein Missethat zum wenigsten mit zweyen / oder dreyen glaubhafftigen guten Zeugen / die von einem wahren Wissen sagen / bewiesen wird / darauff sol nach Gestalt der Verhandlung / mit peinlichem Rechten vollfahren vnd geurtheilet werden.

Idoneum testimonium est, quod nititur duobus testibus

fide

fide dignis & omni exceptione maioribus. *l. vbi numerus 12. de testib.* Si itaq; duobus ad minimum testibus eiusmodi, qui de crimine deponunt, admissus probetur, & sic accusatus conuincatur: de eo facto, pro qualitate eius, sententia ferri, publicari, & executioni mandari debet. *hoc artic. 67.* Tales enim plenam fidem faciunt; quia in ore duorum, vel trium consistit omne verbum *Deuter. c. 19. v. 15. Matth.* 18. *v.* 16. *& Iohan.* 8. *v. 17 l.* 3. §. 1. *de testib.* Ad vnius vero testimonium nullus condemnabitur. *Deuter. c.* 17. Fichard. *d. consil.* 105. *nu.* 10. *& seq. vol. 2.* An sola assertio Principis inducat plenam probationem? tractaui superius *artic.* 22. Cæterum, vt testimonium sit idoneum, non sunt audiendi testes pro reo, antequam sit in vinculis, & de crimine responderit. Faber. *d. lib. Cod. tit. 2. defin. 11.*

ARTIC. LXVIII.

De falsis testibus.

Von falschen Zeugen.

WO Zeugen erfunden vnd vberwunden werden/ die durch falsche boßhafftige Zeugschafft jemand zu peinlicher Straff vnschuldiglichen bringen/ oder zubringen vnterstünden/ die haben die Straff verwircket/ in welche sie den Vnschuldigen/ als obstehet/ haben bezeugen wöllen.

Falsi testes sunt, quicunq; falsis & subdolis attestationibus seu depositionibus suis quemquam malitiose onerarunt, siue taliter prægrauatus supplicium sustinuerit, siue non: Eiusmodi testis testimonium punitur eadem pœna, qua is puniendus fuisset, contra quem testimonium falsum dictum est, si vere de crimine fuisset conuictus, nimirum, pœna Talionis, quam pœnam non tantum ius naturæ inuenit, sed & diuinum ordinauit, iusq; gentium acceptauit. *Deuteron. cap. 19. vers. 19. 20. 21. Prouerb. cap. 19. vers. 5. Daniel. cap. 13. vers. 62. l. 1. in pr. & l. lege Cornelia 9. §. pæna legis, ff. ad L. Cor-*

ad L. Cornel. de fals. l. qui falsa 16. ff. de testib. c. nihilominus 3. quæst. 9. cap. vlt. §. qui falso 4. quæst. 2. Clar. *§. falsum. vers. testis, qui falsum 5.* Vigel. *d. tract. cap.* 10 *. reg.* 1 *. cum except. seqq.*

Artic. LXIX.

Si reus de crimine conuictus, id confiteri nolit.

So der Beklagt nach der Beweisung nicht bekennen wolte.

SO der Beklagt nach gnugsamer Beweisung / noch nicht bekennen wolt / sol jhm angezeigt werden / daß er der Missethat bewiesen sey / ob man dardurch sein Bekantnuß dester ehe auch erlangen könte / Ob er aber dennoch darüber nachmals nicht bekennen wolte / deß er doch / als obstehet / gnugsam bewiesen were / so sol er nicht desto weniger der beweisten Missethat nach / ohn einige peinliche Frage verurtheilet werden.

Reo, à plena & indubitata probatione confiteri delictum recusanti, demonstrare oportet, iudicem pro conuicto eum habere; eo id consilio, vt vel hac ratione ad confessionem permoueatur. Quod si vero adhuc nihil fateatur, Judex nihilominus sine tormentis atque etiam tormentorum repetitione, eum tanquam de crimine satis superq; conuictum, vltima sententia condemnare potest: quia si crimen notorium sit, aut satis probari queat, aut etiam confessio Rei adsit, tortura superuacua est, adeoq; non adhibenda, *hoc artic. 69.* Baptist. à Villalob. *in lit. T. num.* 118. Fr. Viuius *lib. 2. comm. opin. in verb. appellatio iudici.* Cui non contradicit supra *art. 16.* per ea, quæ ibi tradidimus. Vigel. *d. tract. cap. 4 quæst. 1. Except. 7.* Adde quæ dicta *ad artic. 9.*

ARTIC. LXX.

De productione & examinatione testium.

Von Stellung vnd Verhörung der Zeugen.

NAch dem aber Noht ist / daß die Zeugschafft / darauff jemand zu peinlicher Straff sol verurtheilt werden / gar lauter vnd rechtfertig sey / so wöllen wir / wo eins Beklagten Missethat verborgen wer / vnd er derselben auff Frag / wie vorstehet / nicht bekäntlich seyn / vnnd doch der Ankläger die geklagten verneinten Missethat beweisen wolt / vnd damit zugelassen würde / daß er / der Ankläger seine Articul / die er beweisen wil / ordentlich auffzeichnen lasse / vnnd dem Richter in Schrifft vberantworte / mit Meldung / wie die Zeugen heissen / vnd wo sie wohnen / damit alsdann darauff durch etliche auß den Vrtheilern / oder aber andere verordnete Commissarien / wie vnterschiedlich hernach davon geschrieben stehet / Kundschafft nottürfftiger vnd gebührlicher Weiß verhört werde.

Quia vero testimonia, ad quæ quis vltimo affici supplicio possit, liquidissima nec non apertissima esse debeant; constituit Carolus V. Imp. vt quoties certum quidem maleficium, incertus tamen auctor fuerit (quod fit, cum is, qui defertur, id inficiatur, neq; ad interrogata respondet) accusator, qui cæptæ accusationis cursum perficere desiderat, & accusatum, se conuicturum offert, accusationis suæ capita, quæ probare volet, bono ordine consignari curet, cõsignata iudici insinuet, testiumq;, quos audiri necessum erit, nomina exprimat, & vbi domicilium habeant. Hoc enim commodius examinandis testibus, & qua fieri poterit industria celeritateq; testimoniis audiendis, commissarij dati, vel deputati operam suam nauabunt. *hoc artic.* 70. & ibi Remus *in paraphr.* Quamuis enim iure in criminalibus testium examen committi non possit. *Auth. apud eloquentissimum, C. de fide instrum.* Gail. 1. *obs.* 96. *nu.* 10. aliter tamen praxis obseruat, idq;

propter multitudinem agendorum. Farinac. *quæst. 77. num. 178.* Trentacinq. *de testib. resol. 10. nu. 12. inf. artic. seq.*

Artic. LXXI.

Quod sit officium eorum, qui ex iudicij corpore siue Collegio delecti depositiones testium audiunt.

Von den Kundschafftverhörern im Gericht.

SO nun dasselbige peinliche Gericht mit Personen / die solche Kundschafft rechtmässiger Weiß zuverhören / geschickt vnd verständig sind / besetzt ist / so sol der Richter / sampt Zweyen auß denselben darzu tüglich / vnd dem Gerichtschreiber / gemelte Kundschafft / wie sich in Recht gebürt / mit Fleiß verhören / vnd sonderlich eygentlich auffmercken / ob der Zeug in seiner Sag würde wanckelmütig vnd vnbeständig erfunden / solche Vmbstände / vnd wie er den Zeugen in eusserlichen Geberden vermerckt / zu dem Handel auffschreiben.

In hoc articulo Imperator Carolus V. monet, in criminalibus totum negotium coram iurato criminalis iudicij iudice, & Scabinis seu Assessoribus peragi, & in specie examen testium per ipsummet iudicem vna cum duobus Assessoribus & Notario expediri, alterique committi non debere; quod etiam iuri communi consentaneum est, per text. *in Authent. Apud eloquentissimum, C. de fide instrum.* & ibi Interpp. *l. testium 3. §. idem Hadrianus. cum §. seq. ff. de testib. Nou. 90. §. porro quoniam. vers. his omnibus intelligendis.* Clar. *§. fin. quæst. 26. in pr.* Gabriel. *lib. 7. conclus. 25. in pr.* Vigel. *d. loc. cap. 3. quæst. 6. reg. 3.* Andr. Gail. 1. *obser. 96. num. 6. & de pace publica lib. 1. cap. 9. & seq.* vbi rationem reddit, quare in causis fractæ pacis contrarium in Camera Imperiali obseruetur, & commissiones decernantur. Et quidem Judex depositiones testium, non secus, quam in ciuilibus causis obseruari solet, iisdem adhibitis solemnibus, cum attẽtione audiet, quaq; cõstantia, vel trepida-

pidatione deponatur diligenter animaduertet, an fortaſſe teſtis aliquis in depoſitione vacillet, aut inconſtantior ſit, *h. artic.* 71. vbi Remus *in paraph.* quippe, quod teſtis varius ſiue vacillãs fidem non faciat. *l. de minore* 10. §. *plurimum. ff. de quæſt. l. vbi autem apparet,* §. *qui illud. ff. de verb. oblig.* Zanger. *de torturis cap.* 1. *num.* 10. *& ſeqq.* Quæ autem conditio teſtium eſſe debeat, oſtenditur *in l. teſtium, ff. de teſtib. & c. forus. ext. de verb. ſign.* Deniq; depoſitionem teſtis cum omnibus circumſtantiis, quomodo ſe in eo negotio teſtis habuerit geſſeritq;, Judex per Notarium conſignari mandabit. *h. artic.* 71. *in fin.* Ferrar. *in form. oppon. cont. teſtes poſt publicationem. verb. vacillant.* Godelm. *d. tract. lib.* 3. *c.* 8. *nu.* 29. Sichard. *in l. prolatam n.* 6. *C. de ſent. & interloc. iud.*

ARTIC. LXXII.

De audiendis teſtibus extra territorium.

Von Kundſchafftverhörern/ auſſerhalb deß Gerichts.

WO aber ein peinlich Gericht/ wie dann im Reich an vielen Orten befunden/ mit ſolchen obgemelten/ darzu verſtändigen Perſonen/ nicht beſetzt were/ wiewol dann ſonſt/ nach vermöge gemeiner Rechten in peinlichen Sachen/ auſſerhalb derſelben gerichtsperſonen/ nicht Kundſchafftverhörer/ oder Commiſſarien gegeben werden ſollen: Dieweil aber an verſtändigen Kundſchafftverhörern viel gelegen iſt/ damit dann auß Vnverſtand dieſer Kundſchafftverhörer keine Verkürtzung geſchehe: So ordnen vnd wöllen Wir/ wo obgemelter Mangel erſcheinet/ daß diſſfals/ die obgedachten/ verzeichneten Weiſung Articul/ durch den Richter vnd vier Schöpffen/ doch ohne Nachtheil/ oder Koſten der Partheyen/ der vorgemelten nechſten Oberkeit zugeſchickt/ vnd darbey Gelegenheit vnd geſtalt der Sachen/ ſo viel ſie der Bericht empfangen/ angezeigt werde/ darauff dann dieſelbig Obrigkeit verſtändige Kundſchafftverhörer/ vngeacht/ ob ſie nicht deß

Gerichts weren/auff Ansuchung deß / der Kundschafft führen will/verordnen / vnd ob es die Notturfft erfordert / vnd begehrt würde/ Compulsorial Compaßbrieff geben sol/dardurch die Zeugen zu gebürlicher Sage zubringen sind. Vnd sol demnach gemelte Obrigkeit / so viel an jhr ist/allen Fleiß thun / vnd weß sie sich selbst nicht verstünde / bey Rechtsverständigen Rahts pflegen/damit solche Kundschafft dem Rechten gemäß/ verhöret werde / doch auch ohne der Partheyen Kosten vnd Nachtheil.

Dictum est *artic. præced. 72.* in criminalibus testium receptionem committi non posse, sed quod ea in præsentia iudicis fieri debeat, per text. *in l. 3. §. ibi Diuus, ff. de testib. ibi, nam ipsos interrogare soleo.* At illud limitatur: Nam si Judex cum suis assessoribus non satis sit idoneus, examen magis idoneis est committendum, *h. artic. 72. in pr.* Fac. *c. si qui testium 8. in fin. ext. de testib.* Sic quoque si testes longius absint, in quos Judex iurisdictionem non habeat, etiam in criminalibus & cæteris causis arduis examen alteri licet committere. *d. l. testium 3. §. testes, ff. de testib. l. iudices 17. in pr. C. de fide instrum. Nouell 90. §. porro quoniam c. constitutus 3. §. præterea. Extr. de fideiuss.* Clar. *§. fin. quæst. 26. in pr. ibi, si tamen testes. & vers. sed quæro.* Quando vero testes sunt in eadem prouincia seu sub eius iudicis iurisdictione, coram quo litigatur, & de facili adduci possunt, tunc per ipsummet iudicem examen testium expediri, alteriq; cõmitti non debet. Mynsing. *in c. cum causam nu. 3. Extr. de testib.* Farinac. *quæst. 77. nu. 92.* Asin. *in praxi iudic. §. 21. c. 5. versic. Septimus casus est.* Stiaticus *cap. 16. num. 4. & seq. in pract. iudic.* Possunt tamen & aliæ causæ incidere, ob quas examen testium alteri potest committi: veluti, si Judex aliis grauioribus negociis occupatus sit. Fr. Viuius *lib. 1. comm. opin. in verbo testium examinatio vers. limita secundo.* Item, si non super principali quæstione, sed super accessoriis seu incidentibus articulis testes sint examinandi. Fr. Viuius *d. verbo testium examinationem vers. tertio.* Quin & si testes senes sint, aut valetudinarij, vt sine periculo coram iudice comparere nõ possint, ad eos examinandos alius mitti potest. *c. si qui testium 8. Ext. de testib.* Clar. *d. quæst. 26. vers. & aduerte. ibi,*

si tamen. Idem iuris est in fœmina; quæ itidem apud iudicem comparere non cogitur *c. mulieres 2. extr. de iudic. in 6.* Clar. *d. vers. si tamen.* Plures casus recenset Vigelius *d. c. 3. reg. 3.* sic Baldus *in d. Auth. apud eloquentissimum num. 1.* existimat, etiam in criminalibus commissionem fieri posse, publicæ vtilitatis gratia, ne delicta maneant impunita: prout in Camera Imperiali quoque commissiones in causis fractæ pacis decernuntur, vti ante relatum est ex Gailio 1. *obs. 96. nu. 7.* Extra debitam commissionem autem non valet depositio, sed plane nulla est. Vant. *de nullitat. tit. de nullit. ex def. ctu iurisdict. deleg. nu. 2. & seq.* Gail. *d. obs. 96. vers. vlt. & obs. 100. nu. 20. lib. 1.* Cæterum, si examen testium aliis committitur, hoc magistratus expensis peragendum *hoc artic. 72. vers.* doch ohne Nachtheil. similiter etiam expensæ, quæ fiunt in consultationibus, sine partium incõmodo à magistratu eius loci sunt faciendæ *hoc artic. 72. vers. vlt. in fin. Item, artic. 220. vers.* vnd ausserhalb der Partheyen Kosten. Quod tamen distinguitur, si petente accusatore, vel reo eiusmodi consultatio fiat: hæc enim expensis petentis, si soluendo est, non magistratus facienda *d. artic. 220. vers.* Es begebe sich dann. *vsq. ad vers.* wo aber desselbigen. Vigel. *cap. 5. reg. 11. except. 4.*

Constituit quoq; Carolus V. hoc articulo, de literis compulsorialibus & iuris subsidialibus communicãdis ad expediendum testium examen. Clar. *§ fin. quæst. 26. vers. sed quæro.* Et ita testis inuitus ad dicendum testimonium cogendus *h. artic. 72. vers.* vnd ob es mit Notturfft. Concordat *Nou. 90. §. præterea c. 1. & c. dilectorum 10. ext. de testib. cogendis.* Fr. Viuius *lib. 2. comm. in verbo. Testes interrogari num. 1. in fin. cum 2. seqq.* non attento, vtrum testis priuatus sit, an in magistratu positus *l. ob carmen 21. §. 1. ff. de testib. & cap. vlt. §. si res exigat 4. quæst. 2.* Imo licet testis iurauerit, se non reuelaturum, quod vidit, vel audiuit, nihilominus ad dicendum testimonium cogi potest. *c. intimauit 18. ext. de testib. cap. vlt. de testib. cog.* Viuius *d. lib. 2. in verb. confessionem n. 3.* In quibusdã tamen personis aliter receptum est, quæ scilicet ad testimonium ferendum cogi non possunt, quas recẽset Vigelius *c. 3. reg. 4. except. 1. & seqq.*

Deniq; testem non posse deponere per scripturam, scribit Felinus; de quo apud Gailium *obs.100.in fin. lib.1.*

ARTIC. LXXIII.

De publicatione testimoniorum siue Rotuli, quod vocant.

Von öffnung der Kundschafft.

SO dann solche Kundschafft verhöret ist / sol es mit Eröffnung derselben also gehalten werden / nemlich / würde Kundschafft vor etlichen eins peinlichen Gerichtspersonen / die dieser Sachen verständig / gehört / So sol der Richter zu Eröffnung derselben Kundschafft Tag ansetzen / vnd schrifftliche Einrede / vnd Schutzrede zulassen / auff Form vnd Maß / wie hernach folget.

Wo aber auß Mangel verständiger Personen deß peinlichen Gerichts / durch Commissari / ausserhalb deß Gerichts / wie oben darvon geschrieben stehet / Kundschafft verhöret würde / oder die Schöpffen desselben peinlichen Gerichts / nicht beyeinander gesessen weren / also / daß auff jhr zusammen bringen / vbriger Vnkost vnd Verzug gehen würde. Dieweil dann jhre Versamlung zu einer jeden solchen Handlung nicht fürträglich / noch vonnöhten ist / vnd der halbe Vnkost vnd Verzug deß Rechten verhütet würde / Ordnen vnd wöllen Wir / daß in diesem Fall die Commissarij vnnd Kundschafftverhörer / derhalb nachfolgender Massen handlen sollen.

Anfänglich sollen die gemelten Commissarij vnd Kundschafftverhörer / den Partheyen zu öffnung der Kundschafft Tag ansetzen vnd auff solchem bestimbten Tag beyden Theilen Abschrifft / auff leidliche Belohnung / darvon geben / vnd ein ziemliche Zeit / die sie nach Gelegenheit der Sach / für Noht ansehen / vnd erkennen geben / damit solches an die Sachwalter / vnd sonderlich an den Gefangenen bracht / vnd sollen deß Gefangenen Beyständer dißfals zu jhm gelassen werden / vnd weß dann jeder Theil zu / oder in solchen Kundschafften reden wil / das

sol er vorgedachten Kundschafftverhörern in Schrifften gezwyfacht/ auff einen namhafften Tag/den jhm die Kundschafftverhörer derhalb/ nach Gelegenheit der Sachen/ in ziemlicher Zeit ansetzen sollen/ fürbringen/ vnd fürter/ die ein Schrifft bey den Kundschaffverhörern behalten/ vnd die ander dem Widertheil behändiget werden/ sein Gegenschrifft ob er wil/darauff zuthun.

So aber die Partheyen derohalben weiter schreiben wöllen/ das alles sol in Schrifften/ geduppliert/ vnd in Zeit/ so die Kundschafftverhörer darzu bestimmen/ beschehen/ vnd doch kein Theil einer Kundschafft halb/ vber zwo Schrifft zuthun (darinn sie alle jhre Behelff vnd Notturfft fürbringen/ vnd damit beschliessen sollen) nicht zugelassen werden/ es were dann Sach/ daß der Verhörer auß mercklichen/ trefflichen vnd bewegenden Vrsachen befinden würde/ daß ers gar nicht vmbgehen könte/ so sol er jeglichem Theil noch ein Schrifft/ vnd nicht mehr/ auch in ziemlicher/ förderlicher Zeit zulassen. So dann nun also die Kundschafft verhöret/eröffnet/ vnd von Theilen/ jhr eine/ vnd zureden eyngebracht/ vnd beschlossen worden/ sol der Kundschafftverhörer/ oder Commissarius/ solches alles der Oberkeit/ die jn zu solcher Verhörung verordnet/ zum förderlichsten vbersenden/ welche Obrigkeit alsdann jhren Rahtschag dem Richter/ vor dem solche Rechtfertigung hanget/ was in solcher Sachen zuerkennen sey/ sol zuschicken.

Res est expedita. Tradit nimirũ Imp. Carolus V. de publicatione examinis testium, quæ est apertura testimonij, huiusq; soli Examinatori cogniti, à testibus producti lati: quippe, quod cum testimonia audita sunt, publicari debent: quamuis sentẽtia propter intermissam publicationẽ nõ sit ipso iure nulla, sed valeat, si appellatũ non sit, siquidem publicatio licet sit de iustitia, tamen non est de substantia ordinis iudiciarij & parti illam nõ petenti imputari potest. Myns. *4. obs. 52. n. 1. & 2.* Gail. *1. obs. 105. in pr.* Facta publicatione, partibus pro tolerabili descriptionis pretio exempla siue copiæ testimoniorũ dandæ sunt pro defensione faciẽda aduersus testium personas & dicta *c. qualiter & quando el. 2. §. debet igitur de accus.* Clar. *§. fin. q. 49. nu. 2. & 4.* Quod autem *in h. artic. 73.* 1

cauetur,

cauetur, ne ab alio, quam qui testes examinauit, siue is Judex sit, siue Commissarius, publicatio attestationum fiat, ei accedit Baptista à Villalob. *in lit. P. nu. 388.* vbi tamen hoc distinguitur in iudicis successore. Sed nec tantum copiæ attestationum partibus dandæ, sed & tantum temporis concedendum, quantum causæ magnitudo & necessitas ipsa postularit, quo omnia ad eos quorum interest, inprimis ad reum (Non enim peior conditio esse debet rei, quam actoris *cap. 2. ext. de mut. petit. c. non debet. de reg. iur. in 6.*) deferri, eique denunciari, cuius res agitur, commode possint: neque enim à reo ij, quorum patrocinio vtitur, arceri debent.

2 De forma opponendi contra testes post publicationem, agit Ferrariensis *in pract. de form. opp. contra testes eorumque dicta.* Tandem Imperator etiam vult, vt partes in causa cōcludant *ibi,* **damit beschliessen sollen.** Sed tamen in causis criminalibus quoad reum nunquam in causa concludi scribit Gail. 1. *obseru.* 107. *nu.* 11. vbi id fauore defensionis receptum esse ait; potest enim reus defensiones suas, non solum ante publicationem testium, sed etiam publicatis iam attestationibus, adeoq; post conclusionem, quandocunque proponere, per text. singul. *in l. vnius, § cognitorum, ff. de quæst.* Idem tradit Mynsinger. *cent. 3. obseru.* 17. *num.* 13. *& cent. 6. obseru. 56. num. 8. & cent. 5. obseru.* 13. *nu.* 4. Et hinc neminem condemnari debere, nisi prius dato termino ad suas defensiones faciendum, monet Clarus *quæst. 49. num.* 13. vbi testatur, hanc practicam obseruare totum mundum.

ARTIC. LXXIV.

Si testimoniis innocentiam suam probare reus velit.

Von Kundschafft deß Beklagten / zu seiner Entschuldigung.

SO ein Beklagter Kundschafft vnd Weisung führen wolte / die jhn von seiner verklagten Missethat entschuldigen solte / so dann der Richter solche erbottene Weisung für dienstlich acht / so sol es mit Vollnführung derselben / auch vorgemelter Massen / vnd darzu / wie von solcher Außführung der Vnschuld hernach in dem 151. Articul anfahend: Item / so jemand einer That bekänntlich ist / 2c. vnnd in etlichen Articuln darnach / klärlicher mehr vnnd weiter funden wird / gehalten werden.

Accusatus contra, si testimonia, aut probationes exhibere, vel deducere velit, quibus aut excusetur ab intentato crimine, aut purgetur, ne peior rei, quam actoris conditio esse dicatur, cum potius sit fauorabilior, *l. fauorabiliores. de reg. iur.* vbi Dd. si alicuius momẽti futuras Judex præuiderit, aut alias è re esse, testimonia non repudiari, & defensiones audiri existimauerit, omnino admittendus est: sunt enim ex omni iure licitæ *vulg. l. vt vim.* vbi Dd. *de iustit. & iur.* ideoq; nemini, etiam propalam delinquenti auferendæ; sed & post conclusionem, imo post sententiam quoque audiendæ. *l. vnius, §. cognitorum, ff. de quæst.* Remus *hoc artic. 74.* Cæterum ad probationem irreleuantem & calumniosam admittendus non est. *infr. artic. 184.*

Artic. LXXV.

Cuius sit in testes euocatos sumptum facere.

Von Verzehrung der Zeugen.

WEr in peinlichen Sachen Kundschafft führet / der sol einem jeglichen Zeugen von gemeinen Leuten vnd Fußgängern / für seinen Kosten / einen jeden Tag / dieweil er in solcher Zeugschafft ist / acht Creutzer / oder so viel Werths / nach eines jeden Landsmüntz Gelegenheit / geben. Aber mit andern / vnd mehren Personen / sol es derhalb / nach Erkantnuß der Kundschafftverhörer / gehalten werden.

Qui in causa capitali euocat testes, ad inuestigationem, vel criminis, aut innocentiæ necessarios, *l.* 1. §. *quamquam, ff. de testib. & l. testium, §. vlt. eod.* is testibus singulis in dies singulos, quandiu testimonij ferẽdi causa à rebus suis absunt, sumptus itineris præstare necesse habet, *l. testium, §. Caninio, ff. de testib. l. quoniam* 10. *C. eod. tit. l. eos. qui d. § si quis, C. de appellat.* Vigel. *cap.* 3. *q.* 6. *reg.* 2. quorum modus iudici æstimandus relinquitur, vt sentiunt Dd. *in l. quoniam.* vbi Sichard. *nu.* 7. *C. de testib.* qui considerabit testium dignitatem, valetudinem & alias circumstantias Gail. 1. *obs.* 99. *num.* 4. vbi tradit, Nobili aut alteri personæ honoratæ deberi etiam pretium vecturæ; secus in rustico, & similibus firma valetudine præditis. Et discrimen personarum obseruari debere, sancitum quoq; ab Imp. Carolo *hoc artic.* 75.

Artic.

ARTIC. LXXVI.

Testes in ius, saluo conductu dato, non vocandos.

Kein Zeugen für Recht zuvergleiten.

ES sol keine Parthey / noch Zeuge vor den Richtern / oder Commissarien vor peinlicher Rechtfertigung vergleit werden / Aber für Gewalt mögen die Partheyen vnd Zeugen / für Gericht vergleit werden.

Nulli partium, aut testium à iudicibus, aut Commissariis, (in iure enim nemini iniuria expectanda, aut metuenda sit) saluus conductus concedendus est. Alberic. Gentil. *lib. 2. de iure belli cap. 14.* Nisi tum, cum vis ab extero, aut potenti quodam aduersario metuenda erit, recte saluus cōductus, aut quam appellant, salua guardia elargienda erit, paraphraste Remo Gabriel. *lib. 2. de iure iur. concl. 5. nu. 21. cum 2. seqq. & lib. 6. de legib. concl. 2. num. 7.* vnde patet, Imperatoriam hanc constitutionem prohibere, ne detur saluus conductus, vel accusatori, vel reo, vel testibus, aduersus publicum iudicium, sed solum contra vim Pet. Premus *de securit. promiss. q. 6.* vbi tradit; qua forma dari debeat publica fides.

ARTIC. LXXVII.

Ne mora longa in processu toto interponatur.

Das Recht förderlich ergehen zulassen.

VNkosten zuvermeiden / Setzen vnd ordnen wir / daß in allen peinlichen Sachen / dem Rechten schleuniglich nachgegangen / verholffen / vnd gefährlich nicht verzogen werde.

Saluberrime hic constituit Imperator, ne prorogentur iudicia publica, ne dentur partibus dilationes superuacuæ, quod etiam iure communi cautum est. *l. nouerint, C. vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur.* Longissima autem mora, biennij est, authore Justiniano *in l. vlt. C. d. tit.* Gail. *lib. 1. de pace public. num.* 14. vbi scribit, iure communi causas criminales intra biennium à tempore litis contestationis, omni prorogatione sublata, finiri debere, ita vt sententia definitiua postea lata, nulla sit, per textum *in d. l. fin.* Causarum ciuilium terminus, triennij est. *l. properandum 11. C. de iudic.* Sed quod hoc, quod de causis criminalibus intra biennium finiendis traditum, consuetudine non seruetur, testatur Clarus §. *fin. q. 51. vers. alia etiam est.*

ARTIC. LXXVIII.

De constitutione diei, qua de crimine cognoscatur ac decidatur.

Von Benennung endliches Rechttages.

SO der Kläger auff deß Beklagten eygen Bekennen / oder eyngebrachte vnd vollnführete Kundschafft vnd Beschluß / wie obstehet / vmb einen endlichen Rechttag bittet / der sol jm förderlich ernennet werden. Wo aber der Ankläger vmb den endlichen Rechttag nicht bitten wolt / so sol derselb endliche Rechttag auff deß Beklagten Bitt / auch ernennet werden.

Hoc articulo cauetur de die ad audiendam sententiam constituenda. Si itaq; accusator ad confessionem à reo factam, aut plenam absolutamque per testimonia deductam probationem, & in causa conclusionem, capitalem reo diem constitui petat, eius desiderio Judex deesse non debet, atq; omnino diem (qui tamen non sit sacer, vel festiuus, nec Dominicus, vt vulgo dicitur) condicet: iusta namq; petenti facile assentiendum. *l. 2.*

ff. de

ff.de his,qui sui.l.& Atticilinus,ff.de seru.rust.præd. Quod si accusator hoc nolit petere, ad ipsius rei (qui vel absoluendus, vel condemnandus est) petitionem, dies constituetur ex officio, *hoc artic. 78.* vbi Remus *in paraphr.*

ARTIC. LXXIX.

Vt reo dies capitalis denuncietur.

Dem Beklagten den Rechttag zuverkünden.

DEm/ so man auff Bitt deß Anklägers mit endlicher peinlicher Rechtfertigung straffen wil/ sol das zuvor drey Tage angesagt werden/ damit er zu rechter Zeit seine Sünde bedencken/ beklagen vnd beichten möge/ vnd so er das H. Sacrament zu empfangen begehrt/das sol man jhm ohne Weigerung/ zureichen schuldig seyn. Man sol auch nach solcher Beicht pfleglich solche Personen zu dem Verklagten in die Gefängnus verordnen/ die jhn zu guten seligen Dingen vermahnen/ vnd jhm in dem Außführen/ vnd sonst/ nicht zuviel zutrincken geben/ dardurch seine Vernunfft gemindert werde.

Imperator Carolus V. hoc loco cauet, triduo ante damnato denũciandam esse executionem, vt scilicet tempestiue commissa sua serio lugeat, deprecetur, toto pectore resipiscat, & ad DOMINVM, qui MVLTVS est ad ignoscendum *Esai.55.v.7. Psal. 103.v.8.& Psal.145.v.8.* sese conuertat: nec puniendo, vera pœnitentia præparato, si sacræ Eucharistiæ particeps fieri efflagitet, denegandam esse. Et dicit Clarus *§ fin. quæst.99. in pr.* laudabilem esse consuetudinem, quod sententia condemnationis capitalis intimetur condemnato per virum religiosum, qui accommodatis verbis reo mortem denunciat, illumq; hortatur ad patientiam, & pœnitentiam peccatorum suorum & Sacramenta Ecclesiæ suscipienda Deniq; cauendum esse, monet Imperator, ne reus mortis meditationibus occupatus cibo potuve sese oneret, quibus ratio obruta, istius vitæ muniis, ne dicam pietati,

rite vacare nequit. Dandum est ducendo ad supplicium aliquid potiunculæ, non vt mergat, sed vt curas deprimat. Remus in paraph. h.

ARTIC. LXXX.

Judicum conuocatio.

Verkündigung zum Gericht.

Zum Gericht sol verkündiget werden/ wie an jederm Ort mit guter Gewonheit herkommen ist.

Quoties causa capitalis definitione decidenda est, cuncti, qui è corpore iudicij sunt, pro more, quibusq; locis bene recepto, per viatorem publicum, aut campanæ signo, conuocari debent; neq; eorum vlli sine causa legitima abfuisse, impune erit. Remus *h.* Quæ sint impedimenta absentiam excusantia, tradit Mynsing. *4. obs. 57. cum seq. & cent. 3. obser. 92.* Concordat *artic. 156. vers.* vnd sol in diesem.

ARTIC. LXXXI.

Judicum ante diem ferendæ sententiæ consultatio, quæ sit.

Vnterredung der Vrtheiler vor dem Rechttage.

Es sollen auch Richter vnd Vrtheiler vor dem Rechttage alles Eynbringen hören lesen/ vñ alles/ wie hernach in dem 181. Articul angezeigt wird/ ordentlich beschreiben/ vnd für Richter vnd Vrtheiler bracht werden. Darauff sich Richter vñ Vrtheiler mit einander vnterreden/ vnd beschliessen/ was sie zu Recht sprechen wöllen: Vnd we[nn] sie zweifflich seyn/ so sollen sie weiter Rahts pflegen/ bey den Rechtsverständigen/ vnd an Enden vnd Orten/ wie zu End dieser vnser Ordnun[g] angezeigt/ vñ alsdann die beschlossen Vrtheil zu dem andern Gerichtshandel auch auffschreiben lassen/ nach der Form/ wie hernach in dem 190. anfahend: Item/ so nach laut dieser vnser/ vnd deß Reichs Ordnung/ rc. funden wird/ damit solche nachmals auff dem endlichen Rechttag/

tag / wie hernach von öffnung solcher Vrtheil geschrieben stehet / vnsäumlich also geöffnet werden.

Iudices etiam debent, præparationis loco, ante sente. capitalis definitionem, sibi acta recitari curare: & ante bene cognitis ac perponderatis, quæ ad causam faciunt, momētis & circumstantiis omnibus, quid decidendum sit, sententiarum collatione facta, deliberabunt. Si quis oriatur scrupulus; Prudentes, vel alios de iure cōsulent. Si quid decreuerunt, adscribi actis curabunt. Sic enim sibi peroptime viam ad ipsam sententiam capitali die ferendam muniunt: vt cum ea post aduenerit, sine ambagibus & mora vlla sententiam confirmare atq; publicare possint. Remus *in paraph. h.*

ARTIC. LXXXII.

De solenni iudicum consessu, & signo conuocationis dando.

Von besitzung vnd beleutung deß endlichen Gerichts.

AN dem Gerichtstag / so die gewöhnliche Tagzeit erscheinet / mag man das peinliche Gericht mit der gewöhnlichen Glocken beleuten / vnd sollen sich Richter vñ Vrtheiler an die Gerichtsstatt fügen / da man das Gericht nach guter Gewonheit pflegt zubesitzen / vñ sol der Richter die Vrtheiler heissen nidersitzen / vnd er sol auch sitzen / seinen Stab / oder bloß Schwert / nach Ländlichem Herkommen / eines jeden Orts / in den Händen haben / vnd ehrsamlich sitzen bleiben / biß zum Ende der Sachen.

Die capitali, cum hora est, signũ tuba, ære, vel campana (quæ hunc in vsum in plerisq; locis habetur) vt fieri solet, dandum est: Judex autem & assessores in prætorio seu curia, aut aulā iudicij, præsentes adesse mature debent: qua ex consuetudine, iudicis mandatu, ordine cōsideant: & ipse Judex pedum iudiciale, gladiumve vagina exertũ, pro regionis cuiusq; more illaudato, erectum dextra teneat, debitamq; præ se ferēs auctoritatem, præsideat iudicio tantisper, donec, quæ ad actum requiruntur, omnia rite peracta transacta sint. Remus *in paraph. h.*

AR-

ARTIC. LXXXIII.

Harum capitalium Carolinarum ſacrique Romani Imperij Sanctionum Codicem in medium proponi in iudicio debere: nec non partibus ipſis, ea quæ ſcire debent, aperienda eſſe.

Dieſe Caroli V. vnd deß heiligen Reichs Ordnung gegenwertig zuhaben / auch den Partheyen / darinn jhr Noturfft nicht zuverbergen.

JN allen peinlichen Gerichtlichen Händeln / ſollen Richter vnd Schöpffen / dieſe Vnſer Ordnung vnd Satzung gegenwärtig haben / vnd darnach handeln / auch den Partheyen / ſo viel jhnen zu jhren Sachen Noht iſt / auff jhr Begehren / dieſer vnſer Ordnung Vnterrichtung geben / ſich darnach wiſſen zuhalten / alſo / damit ſie durch Vnwiſſenheit derſelbigen / nicht verkürtzt / oder gefärd werden. Man ſol auch den Partheyen der Articul / ſo ſie auß dieſer vnſer Ordnung notturfftig ſeyn / auff jhr Begehren / vnd leidliche Belohnung / Abſchrifft geben.

Iudicia criminalia, perinde, vt in ciuilibus, cum primis ordinanda, & totus proceſſus vſitato more conficiendus. Judex enim non ſeruans ordinem iuris, pro priuato habetur, nec iudicis nomine dignus, ſi non in eo eſt iuſtitia. *c. forus, §. Iudex. de verbor. ſignif.* Et iuſtitia fieri dicitur, quando iuris ordine ſeruato proceditur, & litigantes cauſæ ſuæ merita explicantes, tam in ciuilibus, quam in criminalibus patienter audiuntur. *l. 9. cum Auth. ſeq. C. de iudic.* Tutiſſimum itaq; eſt, ſi iuxta monitum Caroli V. Imperatoris, haſce Conſtitutiones publicorum iudiciorum in omnibus Judex ſequatur; idq; ſi fecerit, & illæſam habebit conſcien-

ſcientiam, & tramites iuſtitiæ non transgredietur, vt habetur *in hoc artic. 83.* vbi cauetur, vt iudices Conſtitutiones Caroli V. iudiciorum publicorum in iudicio præſentes habeant, & ex iis partes inſtruant. Et quidem Judex negligens principum conſtitutiones punitur. *l. 1. §. 1. ff. ad L. Cornel. de falſ.* Magis autem, qui contra eas pronunciat. Paul. *lib. 5. ſent. tit. 25. §. 13.*

ARTIC. LXXXIV.

Quomodo Judex de iudicio recte conſtituto quærat.

Von der Frag deß Richters / ob das Gericht recht beſetzt iſt.

So das Gericht alſo geſeſſen iſt / ſo mag der Richter einen jeden Schöpffen beſonder alſo fragen. N. ich frage dich / ob das endliche Gericht zu peinlicher Handlung wol beſetzt ſey. Wo dann daſſelbig Gericht nit vnter ſieben / oder acht Schöpffen beſetzt iſt / ſol ein jeder Schöpff alſo antworten: Herr Richter / das peinlich endlich Gericht iſt / nach laut Keyſer Carls deß Fünfften / vnd deß H. Reichs Ordnung / wol beſetzt.

Res eſt expedita, nec indiget explicatione; quippe, quod hoc articulo ſaltem caueatur de Aſſeſſoribus à iudice interrogandis, vtrum ſufficiens ſit iudicantium numerus: qui tunc ſcilicet erit, vbi non minus ſeptem (fere enim impar iudicum eſt numerus, vt imparibus votis res citius diiudicetur. *c. ſi quis Epiſcopus 6. quæſt. 4. cap. 1. diſtinct. 79. & cap. licet de vitanda. ext. de elect.* Remus *in paraph. h.*) aut octo aderunt Aſſeſſores ſiue Scabini. Videmus tamen hunc numerum in plerisq; iudiciis coarctari cum pauciores in iudiciis aſſideant, & lites expediant.

Artic. LXXXV.

De reo ante executionem in conspectu publice in numellis, aut compedibus exhibendo.

Wann der Beklagt offentlich in den Stock/Pranger/oder Halßeisen/gestelt werden sol.

SO wider den Beklagten die Vrtheil zu peinlicher Straff endlich beschlossen wird/ wo dann herkommen ist/ den Vbelthäter/ darvor oder nach/ am Marckt/ oder Platz/ etlich Zeit offentlich in Stock/ Pranger/ oder Halßeisen zustellen/ dieselbig Gewonheit sol auch gehalten werden.

Et hic articulus per se est planus, vt vlla paraphrasi & dilucidatione non indigeat. Confirmat namq; Imperator hoc loco saltem illam consuetudinem, in quibusdam locis, vbi ante executionem rei compedibus vincti aliquot horis, vel diebus publice solent sisti, & exhiberi. Cæterum, vt ad aliquot dies condemnatus publice post latam sententiam sistatur, id moribus nostris inusitatum.

Artic. LXXXVI.

Vt reus in iudicio sistatur.

Den Beklagten für Gericht zuführen.

DArnach sol der Richter befehlen/ daß der Beklagt durch den Nachrichter vnd Gerichtsknecht wol verwahrt/ für das Gericht bracht werde.

In præcedenti articulo agitur, de reo in conspectu populi publice sistendo. Hic cauetur de reo post conspectum publicum in iudicio sistendo; Clar. §. *fin. quæst. vlt.* quod fieri debet per licto-

ctorem, aut apparitorem, iudice mandante, & quidem Reo manibus post terga reuinctis. Quando tamen reo respondēdum est ad crimina commissa, tunc vincula relaxari solent: quæ responsio & defensio rei vltima est & finalis.

ARTIC. LXXXVII.

De proclamatione reorum.

Vom beschreyen deß Beklagten.

MIt dem beschreyen der Vbelthäter / sol es im selben Stück auff Gegenwertigkeit vnd Begehr deß Anklägers / nach jedes Gerichts guter Gewonheit gehalten werden: Wo aber der Beklagt vnschuldig erfunden wird / also daß der Ankläger dem Rechten nit nachkommen wolte / vnd nicht destoweniger der Beklagt Rechts begehret / so were solches Beschreyens nicht noht.

Videtur D. Remo *in paraphrasi* hunc articulum alieno positum loco: qui explicat hunc articulum de diffamatione reorum. Verius videtur esse intelligendum de proclamatione reorum per carnificem, quæ plerisq; in locis, moribus nostris, frequentatur, dum carnifex siue lictor, accusationem suam, publice, quadam proclamatione instituere solet, ternis vicibus, ad locum iustitiæ, in ipsa deductione rei.

ARTIC. LXXXVIII.

De procuratoribus & defensoribus vtriq; partium dandis.

Von Fürsprechern.

KLägern vnd Antwortern / sol jedem Theil auff sein begehren / ein Fürsprech auß dem Gericht erlaubt werden / dieselben sollen bey

jhren Eyden/ die Gerechtigkeit vnd Warheit / auch die Ordnung dieser vnser Satzung fördern/ vnd durch keinerley Gefährligkeit mit Wissen vnd Willen verhindern/ oder verkehren/ das sol jhn also durch den Richter bey jhren Pflichten befohlen werden / doch daß derselbige Schöpff/ der also deß Anklägers Fürsprech gewest/ sich hinfürter beschliessens der Vrtheil enthalten / vnd die andern Richter vnd Schöpffen nichts desto minder vollnfahren sollen/ Doch sol in der Kläger vnd Antworter Willen stehen/ jhren Redner auß den Schöpffen / oder sonst zunehmen / oder jhn selbst zu reden. Welcher aber einen Redner ausserhalb den geschwornen Gerichts Schöpffen nimbt/ derselb Redner sol zuvor dem Richter schweren/ sich mit solchen seinem Reden zuhalten / wie oben in diesem Articul der Fürsprechen halb / so auß den Schöpffen genommen werden/ gesetzt ist.

Item / in dem nechst nachgesetzten Articul/ der Klag/ sol der Fürsprech wo erstlich ein A stehet/ deß Klägers Namen/ vnd bey dem B deß Beklagten Namen melden/ fürter bey dem C / sol er die Vbelthat / als Mord / Rauberey/ Dieberey/ Brand / oder andere/ wie jede That Namen hat/ auff das kürtzest anzeigen. Vnd ist nemlich zumercken/ so die Klag von Amptswegen geschehen/ daß allwegen in einer jeden solchen Klag / zusampt dem Namen deß Anklägers/ sol also gesetzt werden: Klag von der Oberkeit vnd Amptswegen.

Juris communis est, per procuratorem neq; accusationem, neq; defensionem in iudiciis publicis permitti, *l. accusatores 13. ff. de public. iudic. c. si quando 2. quæst. 6.* cum aliis iuribus, itemque authoritatibus adductis à Vigelio *d. tract. cap. 2. quæst. 3. reg. 1.* sed aliud hac constitutione permittitur. Quippe, quod accusator, vel reus, si præsens in iudicio sit, per procuratorem verba facere possit, *ibi*, Es sol in der Kläger vnd Antworter Willen stehen / jhren Redner auß den Schöpffen / oder sonst zunehmen / oder jhnen selbst zu reden. Petente itaq; accusatore, vel reo, vnus ex Assessoribus ei ad causam agendam, vel defendendam dandus est Procurator, *ibi*, jedem Theil auff sein Begehren/ ꝛc. Sed hoc loco quæritur: An pater pro filij absentis innocentia velut excusator & defensor admittendus sit? Pro affirmatiua militant hæ rationes & fundamenta.

menta. Prima ratio desumitur ex manifesto iuris textu, qui sic habet; publice vtile est absentes à quibuscũq; defendi, *c. absens 3. quæst. 9.* vbi diserte scriptum est, leges diuinas & humanas prohibere ne quisquam absens iudicetur. Nam & in capitalibus iudiciis defensio datur: vbicunq; igitur absens quis condemnari potest, ibi quemuis verba pro eo facientem, & innocentiam excusantem audiri æquum est. *l. seruum quoq;* §. 2. *ff. de procurat.* Huic textui rescriptum Imperiale concinit, reos, inquiẽs, capitalium criminum absentes per procuratorem defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt. *l. 3. C. de accusat.* Deniq; in nouissima Imperatoris Constitutione, de crimine læsæ Maiestatis, quod omnium est atrocissimum, conscripta, quæ incipit, *Ad reprimendum, &c.* diserte constitutum est, vt accusatus, vel personaliter, vel legitime compareat. Quibus verbis satis superq; ostenditur, absentem quoq; comparere per alium posse. D. Ernest. Cothm. *resp. 15. num. 17. & 18. vol. 3.* vbi addit, id vel maxime procedere in patre & filio, commiserationis ratione, arg. *l. cum ratio, ff. de bonis damnat.* Et quia patrem & filium communis illa cognatio, quam natura inter nos homines constituit, *l. vt vim, ff. de iust. & iur.* non solũ aliquo modo colligauit, sed & propior sanguis sic vniuit, vt filius censeatur pars corporis patris sui *l. cum scimus, §. fin. C. de agric. & censit.* vna persona, *l. fin C. de impub. substit.* vna caro *c. contradicimus §. 1. 35. quæst. 3.* Deinde hæc sententia confirmatur ex *l. 2. §. si pro eo 3. ff. quand. appell. sit.* vbi Marcellus: si pro eo, qui capite puniri iussus est, necessaria persona appellet: An tertia die audiri possit, Paulus dubitat. Sed sciendum est, hanc quoque personam, vt in propria causa, secunda die appellare debere. Quia, qui sua interesse dicit, propriam causam defendit. Hic textus elegans est, & decisionem propositæ quæstionis continet: si enim, propter interesse, propria causa dicitur, & pater propriam causam defendit, quia ipsius, vel maxime interest: scimus enim, quod vnicum hoc sit desiderium, & votum parentum: *Deos oro, contingat hunc nobis habere superstitem.* Quod exemplis illustrat D. Arumæus *lib. 1. decis. 7. nu. 27. & seqq.* Et quis ignorat, affectionis

ratione multa concedi, quæ iure ordinario negari ſolent. *d. l. 2. §. ſi pro eo ibi, neceſſaria perſona appellet ff. quando appellan. ſit.* Præterea quia dominus poteſt & debet dari ſeruo ſuo defenſor, *l. ſi cuidam, C. de accuſat. l. ſeruus* 11. *de publ. iudic.* cur non igitur multo magis filius defendi poteſt & debet per patrem? quæ enim ratio intereſſe pecuniarij, admitti defenſionem ſerui iuxt. *l. fin. ff. de condict. cauſ. dat.* ea certe maior eſt in filio, ſi vel intereſſe operarum reſpexerimus iuxt. *l. fin. ff. de his, qui deiec. vel effud.* quamuis illud facile obfuſcet affectionis ratio, ad quam nos potius reſpicimus: quæ cum maior ſit in patre, quam domino (nec enim vllus affectus vincit paternum *l. fin. in pr. C. de curat. furios.*) relinquitur, vt vel ad exemplum domini patrem admittamus, vel fateamur, legibus Romanis vilis mancipij cauſam, liberale iudiciũ vincere: quod poſterius cum abſonũ ſit, prius ſtabit. D. Arum. *d. loc. n. 44.* Et ſuppeditant receptæ Interpretũ ſententiæ, quibus probatur, patrem pro filio ſuper homicidio capitaliter accuſato, non tantum pro ſuo intereſſe recte comparere; ſed & velut filij abſentis defenſionẽ & excuſatorem iure interuenire: in quã rem quamplures Dd. & authoritates D. Cothman. *d. conſil. 15. nu. 12. & ſeqq.* Accedit huc ipſa praxis & rerum vſus, cum paſſim in iudiciis etiam bene conſtitutis patrem pro filio velut defenſorem & excuſatorem admitti videamus. Cothm. *d. loc. nu. 26.* Sic aliquando patrem pro filio ad plenam defenſionem in contradictorio iudicio admiſſum fuiſſe, teſtatur experientiſſimus (vti eum nominat D. Cothm. *d. loc.*) Alber. de Roſate *in d. l. ſeruum quoq; §. publice n. 21. ff. de procur.* Et cum in curia Megapolenſi (ſcribit D. Cothm. *d. loc. nu. 17.*) ea de re in ſimili caſu deliberatio ardua 16. Julij An. 1590. inſtitueretur, omnium ſuffragiis eo itum eſt, patrem ſcilicet ad defenſionem & excuſationem filij abſentis admittendum eſſe. Et in hanc ſententiam reſponderunt Domini JCti Marpurgenſes parenti ſequentibus verbis: **Daß jhr zu ewers Sohns Entſchuldigung nicht allein zuläßlich/ ſondern auch wegen der Hauptſachen zu hören/ vnd da jhr ſeine Vnſchuld/ wie Recht außführen wöllet/ weret jhr darzu zugeſtatten V. R. W.** Referente D. Arum. *d. deciſ. 7. num. 45.*

Atqui,

Atqui, inquies, ad quid hęc patris interuẽtio vtilis? Ad hoc nempe: quia si patris ex defensione innocentia filij eluceat, absoluitur; vt enim alias, ita & hic factum interuenientis absenti prodesse, non obesse potest. *l. si sine 9. §. si defensor, ff. de interrogat. l. ignoranti, ff. de procurat.* Et recte: nam licet parens respectu sui interesse succumbat, potest nihilominus filius, tanquam melius forsan instructus, causam redintegrare: vbicunq; enim de innocentia eius constare potest, ibi iudicis est patientes præbere aures. Jul. Clar. *§. fin. q. 33. nu. 2. vers. ratio autem.* Arum. *d. loc. nu. 51.* Sed ponamus, priusquam parens probationes aliaq; processum spectantia pro filio moliri potuit, parens è viuis decessit; relicto fratre; quæsitum itaq; est, scribit D. Arum. *d. loc. nu. 55.* Anne is frater loco sui patris possit absentis fratris innocentiam deducere? vbi dicit, superiorem qualitatem, affectionis rationem in fratre cessare, adeoq; etiam ius. Sed ex consilio Jasonis *in l. vbi pactum, C. de transact.* pronunciatum, **Es ist euch aber unbenommen** officium iudicis **zu implorieren / daß die angegebene Zeugen auff gewisse** informationes **vnd Articul / ewers Bruders Vnschuld dardurch zuerkennen / möchten gebürlichen verhöret werden.** Ratio est: quia hoc modo nihil aliud petitur, quam vt ex officio Judex recipiat informationes super innocentia absentis, ad quod Judex etiam nullo petente anhelare debet. Clar. *d. q. 33. nu. 2.* Sed adhuc quæritur: An parens expensas ratione interuentionis pro filio factas refundere cogatur: de qua quæstione dicetur *inf. ad artic 153.*

ARTIC. LXXXIX.

Petitio procuratoris, qui ex officio, vel ab accusatore datus, accusat.

Bitt deß Fürsprechen / der von Amptswegen / oder sonst klagt.

HErr Richter / A / der Ankläger klaget zu B / dem Vbelthäter / so gegenwertig vor Gericht stehet / der Missethat halb / so er mit C. geübt

geübt/wie solche Klag vormals vor euch fürbracht ist/vnd bittet/daß jhr derselben Klag halb / alle eynbrachte Handlung vnd Außschreiben / wie das alles nach löblicher/rechtmässiger Keyser Carls deß Fünfften/ vnd deß heiligen Reichs peinlichen Gerichts Ordnung vormals gnugsamlich geschehen/ fleissig ermessen wöllet / vnnd daß darauff der Beklagte vmb die vberwunden Vbelthat/mit endlicher Vrtheil vnd Recht / peinlich gestrafft werde / wie sich nach Ordnung gemelter Gericht/ gebührt vnd recht ist.

Item/wo der Fürsprech die obgemelte Klag vnd Bitt/Mündlich nicht reden könte / so mag er die schrifftlich in das Gericht legen / vnd also sagen / Herr Richter/ich bitte euch / jhr wöllet ewren Schreiber deß Anklägers Klag vnd Bitt / auß dem eyngelegten Zettel offentlich verlesen lassen.

Imperator Carolus V. certam accusandi formulam præscribere voluit hoc articulo. De hac re cauetur etiam *artic. 95.* Concordat *l. libellorum* 3. *de accusat.* Et dicit Julius Clarus §. *fin. quæst.* 12. *vers. præterea in libello 8. cum vers. seq.* libellum accusationis debere continere nomen accusatoris & accusati, speciem criminis, locum, ac tempus quo crimen sit commissum. Sed in accusatione conclusionem non esse necessariam, tradit idem Clarus *d. quæst.* 12. *vers. vlt.* De consuetudine tamen apponi solet clausula, *super quibus omnibus & singulis, &c.* quæ est loco conclusionis, & habet suas singulares operationes, teste Claro *d. loc. n.* 13. Petitio est: vt maleficium, conuicto reo, probatum, vltima sententia iudicis ex iustitiæ debito seuere plectatur, & tunc delinquendo alij deterreantur. *l. bona fides in princ. vers. vlt. ff. depositi l. omne, §. qui in acie, ff. de re milit.* Duar. *ad tit ff. de pæn. cap. 1.* Remus *ad h. artic. 89.*

ARTIC.

ARTIC. XC.

Quid reus petere, & agere per defensorem suum poßit.

Was/ vnd wie der Beklagt durch seine Fürsprechen bitten lassen mag.

WO dann der Beklagt der Missethat darvor beständiger Weise bekäntlich gewest/ oder deß gnugsam vberwiesen worden were/ wie zuvor von gnugsamer Beweisung/ vnd solchem beständigen Bekennen klärlich gesetzt ist. So mag er nichts anders/ dann vmb Gnade bitten/ oder bitten lassen: Hätte er aber der Missethat also nicht bekennet/ oder/ wo er der angezogenen That bekant/ vnd derhalben solche Vrsachen fürbracht hätte/ dardurch er verhofft von peinlicher Straff entschuldigt zu werden/ so mag er durch seinen Fürsprechen bitten lassen wie hernach folgt.

Item/ wo in nechsten nachfolgenden Articuln ein B/ stehet/ sol der Beklagt/ bey dem A/ der Kläger/ vnd bey dem C/ die Beklagt Vbelthat/ kurtz gemelt vnd verstanden werden.

Herr Richter/ B/ der Beklagt antwortet zu der beklagten Missethat/ so durch A/ als Kläger wider jhn geschehen ist/ die er mit C. geübt haben sol/ in aller Massen/ wie er vormals geantwortet hat/ vnd gnugsam fürbracht ist. Vnd bittet/ daß jhr derselben beschehenen Klag vnd Antwort halb/ alle Handlung vnd Aufschreiben/ wie das alles nach löblicher rechtmässiger Keyser Carls deß Fünfften/ vnd deß H. Reichs peinlicher Gerichtsordnung vormals gnugsamlich für vnd eynbracht/ fleissig wolt ermessen/ vnd daß er auff sein erfundene Vnschuld/ mit endlicher Vrtheil vñ Recht/ sampt Erstattung deß auffgangen Gerichtskosten vnd Schaden ledig erkent werde/ vnd der Ankläger Straff vnd Abtrag halb/ nach laut dieser peinlichen Keyserlichen Gerichtsordnung/ zu endlichem Außtrag vor dem Gericht/ als ob angezeigt/ verpflicht werde.

Item/wo der erlangt Fürsprech diese obgemelte Antwort vnd Bitt Mündlich nicht reden könte/ mag er die schrifftlich für den Richter legen/vnd diese Meynung sagen: Herr Richter/ Ich bitte euch/ laßt deß Beklagten Antwort vnd Bitt/ auß dieser eyngelegten Zettel/ eweren Schreiber offentlich verlesen. Auff solche Bitt sol der Richter dem Gerichtschreiber befehlen/die gemelten eyngelegten Zettel zuverlesen.

Quando iam maleficium reus libere & constanter confessus est: aut viuis probationibus conuictus erit, & nihil aliud sibi superesse videbit, quam vt ad extremam recurrens anchoram, imploret clementiam & misericordiam iudicis, ad quam vt confugiat, atq; animum iudicis ad eam, qua potest ratione, permoueat, petet, petiq; curabit. Sin vero maleficium non ita atrox se admisisse asserat, vel inficietur nonnulla: aut si fateatur quidem factum, exceptione tamen eiusmodi se tueatur, cuius beneficio liberatus supplicio, reatui eximi, & leui pœna defungi se posse speret; tunc petit, vt tam de accusatione, quam exceptione ex actis, quæ in iudicium deducta sunt, secundum Carolinas Constitutiones criminales, iure & æqua lance Judex dispiciat: vt eius innocentia comperta & manifesta facta, sententia iudicis reatui exemptus absoluatur: & iniustus accusator in impensas omneque damnum, damnetur. Remus *in paraphr. hoc artic. 90.*

ARTIC. XCI.

Si reus, quod ante confessus erat, & ratificauit delictum, ad extremum reuocet.

Von Verneynung der Missethat/ die vormals bekennt worden ist.

Wird der Beklagte auff den endlichen Rechtstag der Missethat läugnen/ die er doch vormals ordentlicher/ beständiger Weiß

Weiß bekant/ der Richter auch auß solchem Bekäntnuß in Erfahrung allerhand Vmbstände/ so viel befundē hätte/ daß solch läugnen von dem Beklagten allein/ zu Verhinderung deß Rechten/ wird fürgenommen/ wie hievor im 56. Articul/ vnd in etlichen Articuln hernach/ biß auff den 62. Articul von beständiger Erkantnus funden wird. So sol der Richter die zween geordneten Schöpffen / so mit jhm solche verlesene Vrgicht vnnd Bekanntnuß gehöret haben / auff jhre Eyde fragen / ob sie die verlesene Vrgicht gehöret haben/ vnd so sie ja darzu sagen / so sol der Richter in allwegen bey den Rechtverständigen / oder sonst an Orten vnd Enden/ als hernachmals angezeigt / Rahts pflegen / vnd nach dem solche zween Schöpffen in diesem Fall nicht als Zeugen / sondern als Mitrichter handeln / sollen sie derhalben vom Gericht / oder Vrtheil/ nicht außgeschlossen werden.

Imperator Carolus V. sæpe monuit iudices, vt in dubiis & obscuris quæstionibus peritiores cōsulere debeant: vti & in hoc articulo, vbi cauet, si reus delictum, quod ante quidem constanter & libere confessus erat, indicto capitali sententiæ ferendæ die, dolo, qui nullis prodesse debet (hinc liquet differentia *cap. 57. & 69. & huius articuli.*) reuocet atq; inficietur: contra, Judex ex inquisitione habita ab eo admissum, omnibus circumstantiis congruentibus, deprehenderit: & hoc tantum à reo quæri animaduerterit, vt differat diem, impediatq; executionis processum. Huic malo competens afferens remedium, constituit, vt Judex eos assessores, quibuscum tam confessiones tormentis excussas, quam liberas & citra vim factas, & à reo libera voce confirmatas ratificatasq; audiuit, iureiurando adactos publice in iudicio interroget: Rectene à reo confessiones altera vice editas, & in iudicio recitatas, audierint? Quod si illi rem ita habere adnuerint: Judex, quid iure de reo ad extremum reuocante maleficium mereatur, legum peritissimos viros, superiores suos consulere iubetur. Quod cum obseruabitur, ij assessores non amplius testium loco habebuntur, sed vt coniudices adhiberi, nec vllo modo à consessu excludi poterunt Remus *in paraph.* vnde patet: Regulæ illius, quæ vult, eum, qui testis in causa fuit, in

eadem causa non posse esse iudicem; Exceptionem esse, si de actis causæ testimonium ferat, velúti de confessione torti *h. artic. 91. in fin.* Vigel. *cap. 2. quæst. 4. reg. 5.* Sed eum, qui confessus est delictum, capitali supplicio affici quandoq; posse, etiamsi in confessione non perseueret, scribit Daniel Mollerus *lib. 3. semest. 41.*

ARTIC. XCII.

Quomodo iudices, Assessores, & qui iudicio præsunt, post accusationem & exceptionem in medium allatas, factamq; in causa conclusionem ad sententiam ferendam pergere debeant, quidq; Judex ex assessoribus quærat.

Wie die Richter vnd Schöpffen / oder Vrtheiler / nach beyder Theil / vnd allem Fürbringen / auch endlichem Beschluß die Vrtheil fassen / vnd wie auch nachmals die Schöpffen / oder Vrtheiler / durch den Richter gefragt werden sollen.

NAch beydertheil vnd allem Fürtrag / auch endlichem Beschluß der Sachen / sollen der Richter / Schöpffen vnd Vrtheiler alle gerichtliche Fürträg vnd Handlung für sich nehmen / mit Fleiß besichtigen vnd erwegen / vnd darauff nach jhrem besten Verständnuß dieser vnser peinlichen Gerichtsordnung / nach Gelegenheit eines jeglichen Falls / am allergleichsten vnd gemässigsten Vrtheil in Schrifft fassen lassen / vnd so die Vrtheil also verfast / sol darauff der Richter fragen: N. Ich frage dich deß Rechtens.

Imperator Carolus V. hoc loco, monet iudices & assessores, vt agitatis iudicio accusationis & exceptionis probationibus, (iudicandum enim est secundum allegata & probata, *l. illitas, §. veritas, ff. de offic. præs. l. rem non nouam, C. de iudiciis*) factaque

causæ conclusione, acta diligentissime visa examinent & ponderent, sententiamq; hisce Constitutionibus publicorum iudiciorum accommodatam, hoc est, maleficio condignam concipiant; *l. perspiciendum in pr. ff. de pœn. l. 4. §. pen. ff. de incend. ruin. l. cum rei, §. igitur, C. de pœnis.* quæ mox in scripta redigenda, vt postmodum legatur. *l. 2. & fin. C. de sent. ex peric. recit.* Marant. *p. 6. de sent. nu. 12.* Remus *in paraph. h.*

ARTIC. XCIII.

Quale responsum assessores subiiciant.

Wie die Schöpffen vnd Vrtheilsprecher vngefährlich antworten.

HErr Richter/ Ich sprich/ es geschicht billich auff alles gerichtlich Eynbringen vnd Handlung/ was nach deß Gerichts Ordnung recht / vnnd auff gnugsame alles Fürtrags Besichtigung in Schrifften zu Vrtheil verfasset ist.

In præcedenti articulo Judex, sententia perscripta, iubetur è singulis assessoribus quærere: Luci, Semproni, &c. Hoc ne isto casu iuris esse statuis? Hoc crimen hunc in modum, neque aliter, & hac pœna secusve puniendum, ex animo credis? decernis? Ad id respondet Assessor: Judex, vti acta perlecta à nobis audita, & probe excussa sunt, iudiciiq; ordo seruatus est diligenter, neque à pœna lege præscripta discessum: ita rite, & solemniter proferendum è breuiculo esse aio, suffragioq; meo adprobo. *hoc artic. 92.* vbi Remus *in paraphr.*

Artic. XCIV.

Sententiæ quemadmodum publicentur.

Wie der Richter die Vrtheil öffnen sol.

AVff obgemelten Beschluß der Schöpffen vnd Vrtheiler/ sol der Richter die endlichen Vrtheil/ so also in Schrifften verfast ist/ durch den geschwornen Gerichtschreiber/ in beyseyn beyder Partheyen/ offentlich verlesen lassen/ vnd wo peinliche Straff erkant wird/ so sol ordentlich gemelt werden/ wie/ vnd welcher Massen die an Leib/ oder Leben geschehen sol/ wie dann peinlicher Straff halb hernach im 104. Articul/ vnd etlichen Blättern hernach funden/ vnnd angezeigt wird: Vnd wie der Schreiber solche Vrtheil/ die sich obgemelter Massen zuöffnen vnd zulesen gebühret/ formen vnd beschreiben sol/ wird hernach im 190. Articul funden.

Vbi ab Assessoribus responsum datum erit, Judex statim sententiam condemnatoriam, quo genere pœnæ afficiendus sit, per actuarium iuratum, præsentibus tum accusatore, tum reo (adeoque vtraque parte per *l. ne diu, C. de pœn. l. 2. C. de requir. reis l. absentem, ff. de pœn.*) curabit è periculo publice recitari. *l. vlt. & tot tit. C. de sentent. ex peric. recit.* De iure communi quidem sententia per ipsummet iudicem pronunciari debet, sed consuetudine hoc mutatum esse, testatur Clarus §. *fin. quæst. 93. in pr.* vti etiam in hoc articulo statuitur.

ARTIC. XCV.

Cum plures accusatores reiq; concurrunt, sermo plurium numero efferendus est.

Wo mehr dann ein Kläger/oder ein Antworter in Rechten stünden/daß alsdann dieselben Wörter/ wie sich von mehr Personen zureden geziembt/gebraucht werden sollen.

Die vorgesetzten Rede/ so vor Gericht beschehen sollen/lauten als auff einen Kläger/vnd auff einen Antworter. Aber es ist nemlich zumercken/wo mehr denn ein Kläger/oder ein Antworter im Rechten stünden/ daß alsdann dieselben Wörter/wie sich von mehr Personen zureden geziembt/gebraucht werden sollen.

Vtut leuiculum videri possit, admonendos tamen esse actuarios existimauit Imperator Carolus V. præfatas loquendi formulas, accusatoris & rei vnius tantum mentionem facere. Ne quis hoc miretur. Nam cum plures Accusatores, Reive concurrent, sermo plurium efferendus est, licet sint duo. Pluralis enim numerus duorum numero est contentus, *l. 12. ff. de testib.* vbi Gothof. Remus *in paraph. h.*

ARTIC. XCVI.

Solenne, quando Judex bacillum manibus medium elidat.

Wenn der Richter seinen Stab zerbrechen mag.

Wann der Beklagt endlich zu peinlicher Straff geurtheilet wird/ sol der Richter an den Orten/da es Gewonheit/ seinen Stab zerbrechen/ vnd den Armen dem Nachrichter befehlen/ vnnd

bey

bey seinem Eyd gebieten / die gegeben Vrtheil getrewlich zu vollnziehen / damit vom Gericht auffstehen / vnd darob halten / damit der Nachrichter die gesprochene Vrtheil / mit guter Gewarsam vnd Sicherheit vollnziehen möge.

Judex iubetur baculum, quem ex more gestat manu, post publicatam sententiam, frangere, (quo ipso Judex fidem facit, de Reo iam actum esse, vti de baculo; & Reum vitam amisisse) & executionem carnificis cruentis & sanguinolentis manibus demandare, vt ille omni studio pœnæ destinatum commerito afficiat supplicio. *hoc artic. 96.* & quidem in continenti, *l. qui cum reis, C. de pœn.* etiamsi condemnatus polliceatur se aliquid ad salutem principis pertinens reuelaturum: *l. 6. in pr. de pœn.* Vti de consuetudine quoq; seruari, refert Clarus *§. fin. quæst. 96. num. 1. & 2.* Quod si reus conuictus, vel etiam condemnatus, ante executionem moriatur, vel naturali fato, vel quia sibi manus intulit; de iure quidem in mortui cadauer non esse sæuiendum Dd. tradunt: sed cōtrarium praxis tenet & obseruat, referente Claro *d. loc. nu 15.* vbi latius hanc materiam illustrat. Menoch. *de arbitr. iud. quæst. casu 285.*

ARTIC. XCVII.

Ne vis fiat carnifici.

Deß Nachrichters Fried außzuruffen.

SO der Richter nach der Endvrtheil seinen Stab gebrochen hat / deßgleichen auch / so der Nachrichter den Armen auff die Richtstatt bringet / sol der Richter offentlich außruffen / oder verkünden lassen / vnd von der Oberkeit wegen / bey Leib vnd Gut gebieten / dem Nachrichter keine Verhinderung zuthun / auch ob jhm mißlänge / nicht Hand anzulegen.

Sententia publicata, baculoq; manibus iudicis confracto, iam iamq; reo ad supplicij locum pertracto, Judex (hodie ad instantiam

ſtantiam lictoris ſiue carnificis) ſub pœna corporis afflictiua ſeu capitali prohibebit, Ne quis iuſtitiæ adminiſtrum ſiue executorem, dum officium ſuum peragit, impediat, neve vim, quantumvis caſu aliquo minus feliciter defungatur, inferat ſub pœna violatæ pacis publicæ. *hoc artic. 97.* in verbis, **bey Leib vnd Gut**/ hoc eſt, **Leibsſtraff**/ vt ita nullum dubium ſit, quin pœna mortis irrogari poſſit. Petr. Gregor. Tholoſ. *lib. 31. Syntagm. cap. 38. num. 7.* vbi ſcribit; Conſtitutione hac Carolina obuiam itum temeritati populorũ, qui paſſim, præſertim in Saxonia, lictorem, ſi is primo ictu, à nece aberret, ſaxis, telisq; petere ſoliti ſint. Damhud. *in praxi crimin. cap. 155. Rubr. de Carnifice num. 12.* Clarus *quæſt. 68. nu. 11.* Quod ſi carnifex deſit, non poteſt vnus Reorum relaxari, vt contra alterum carnificis officio fungatur; quia præter hunc Reum aliquis alius à iudice cogi ad id poteſt, Clar. *d. §. fin. quæſt. 99. nu. 4.*

ARTIC. XCVIII.

Ab executione ſupplicij, quid fiat.

Frag vnd Antwort/ nach Vollnziehung der Vrtheil.

WAnn dann der Nachrichter fraget/ ob er recht gericht habe/ ſo ſol derſelbe Richter vngefährlich auff dieſe Meynung antworten: So du gericht haſt/ wie Vrtheil vnd Recht geben hat/ ſo laß ich es darbey bleiben.

In hoc articulo, vti patet, cauetur de interrogatione executoris poſt factam executionem, item de iudicis reſponſo. Peracta namq; executione rogat iudicem carnifex, recte-ne executioni ſententiam mandarit? Cui Judex, ſi nihil deſideret, reſpondebit: ſi tu quidem officio ſecundum ſententiæ latæ tenorem perfunctus es, acquieſco. Remus *in paraph. h.*

Artic. XCIX.

Accuſatus, ſi abſoluatur.

So der Beklagte mit Recht ledig erkannt würde.

Wurde aber der Beklagte mit Vrtheil vnd Recht ledig erkant/ mit was Maß das geſchehe / vnd die Vrtheil anzeigen würde/ dem ſolte/ wie ſichs gebührt / auch gefolgt/ vnd nachgegangen werden. Aber deß Abtrags halben/ ſo der ledig erkant/ als Kläger/ begehren wird / ſollen die Theil alsdann zu endlichem Bürgerlichem Rechten für das Gericht/ wie hievor darvon angezeigt vnd gemelt iſt / gehalten werden.

Sin accuſatus iudicum ſuffragiis à crimine in ipſa ſententia abſoluatur, pari iure abſolutoria executioni mandari, & liber abire in res ſuas abſolutus debet. Ad reſtitutionem vero impenſarum, & damni facti, quod attinet, abſolutus, qui iam actoris partes ſuſtinet, ciuili actione ad fundandam cauſæ continentiam, apud eundem iudicem agere poteſt, & ab actore ſuo, qui in probandi onere defecit, ſuum conſequentur, vt *artic. 12.* ſupra *& artic. 199.* Cæterum hæc actio denegatur, ſi accuſator iuſtam ſeu probabilem accuſandi cauſam habuit, *artic. 201, verſ.* **Es were dann.** Eius exemplum habetur *artic. 166. in fin.* Vigel. *c. 5. reg. 10.*

ARTIC. C.

Captiosas, inutiles, & minus necessarias interrogationes in iudicio fieri non debere.

Von vnnottürfftigen / vnnützen / gefährlichen Fragen / so vor Gericht beschehen.

NAchdem auch vns angelangt ist / daß bißher an etlichen peinlichen Gerichten / viel vberflüssiger Frage vnd Andingung gebraucht / die zu keiner Erfahrung der Warheit / oder Gerechtigkeit noht sind / sondern allein das Recht verlängern vnnd verhindern / Solche vnd andere vnzimliche Mißbräuch / so das Recht ohnnoht verziehen / oder verhindern / oder die Leut gefähren / wöllen wir hiemit auffgehaben / vnd abgethan haben / Vnd wo an die Obrigkeit gelangt / daß darwider gehandelt wird / sol sie das ernstlich abschaffen vnd straffen / so offt das zuschulden kompt.

Hoc articulo cauetur, ne in iudiciis captatoriæ partim, partim ociosæ, superfluæq;, neque ad indagationem veritatis facientes interrogationes reis quandoque proponantur, (Sichard. *ad d.l.1. nu.7. C. de negot. gest.* vbi tradit vtiles & superfluas protestationes etiam reiici,) quippe, quod eæ intricatos magis reddant animos iudicum, & cognitionem impediant; vsque adeo, vt si quis à iudicibus in posterum propositas magistratus superior cognouerit, de culpa admissa eos, qui sic peccarint, puniat, quoties id fieri contigerit. Remus *in paraphr.*

ARTIC. CI.

De pœnis corporalibus, quæ vitam tamen non adimunt, neque ad perpetuos carceres damnant, quando ex officio infliguntur.

Von Leibstraffen / die nicht zum Tod / oder zu ewiger Gefängnuß gesprochen werden / vnd von Amptswegen beschehen.

DJe Straff am Leib / oder Gliedern / die nicht zum Tod / oder ewiger Gefängnuß sind / vnnd offentlicher That halben von Amptswegen geschehen / durch den Richter erkant möge werden / Darvon wird die Form deß Vrtheils hernach in dem 169. Articul funden / anfahend: Item / so ein Person / ꝛc.

In hoc articulo remittit se inferius *artic.169.* dicturum, quomodo pœnæ corporales, hoc est, corporibus, vt membri amputatione illatæ, quæ morti, aut perennibus vinculis non mancipant, ex officio decernantur & infligantur. Cæterum, quæ dicatur pœna capitalis & corporalis tractat Clarus *§.fin quæst.67.*

ARTIC. CII.

Vt ad mortem se comparare debeat puniendus.

Von Beichten vnd Vermahnung nach der Verurtheilung.

NAch der Verurtheilung deß Armen zum Tod / sol man jhn anderwerts beichten lassen / auch zum wenigsten ein Prister / oder zween am Außführen / oder Außschleiffen / bey jhm seyn / die jhn

zu der

zu der Liebe GOttes / rechtem Glauben vnd Vertrawen zu GOtt / vnd dem Verdienst Christi vnsers Seligmachers / auch zu Berewung seiner Sünde vermahnen. Man mag jhm auch in dem Führen für Gericht / vnnd Außführung zum Tod / stätigs ein Crucifix fürtragen.

Præcipit Imperator, vt condemnato ad mortem, & iam ad supplicium prodeunti, vnus duove Ecclesiæ presbyteri adiungantur, à quibus admoneatur, vt conscientiam suam seria criminum perpetratorum deploratione atque detestatione exoneret, iuxta quoq; de immensâ & inexhausta Dei clementia & misericordia erudiatur & cõfirmetur: ad veram item in Deum, omnium patrem, fidem & fiduciam, plenamq; spem vnice, non in vlla alia re collocandam admoneatur. Clar. §. *fin. quæst.* 99. *nu.* 1. Remus *in h. artic.* 102.

ARTIC. CIII.

Ne, qui damnatis à confeßionibus sunt, eos ad temerariam delictorum confeßionum reuocationem instigent.

Daß die Beichtvätter die Armen bekanter Warheit zu läugnen / nicht weisen sollen.

DIe Beichtvätter der Vbelthäter sollen sie nicht weisen / was sie mit der Warheit / auff sich selbst / oder andere Personen / bekant haben / wider zu läugnen / wann niemand gezimt / den Vbelthätern jhre Boßheit wider gemeinen Nutz / vnd frommen Leuten zum Nachtheil / mit Vnwarheit bedecken / vnd weiter vbel stärcken zuhelffen / wie im 31. Articul / anfahend: Item / so ein vberwundener Mißthäter / rc. Meldung beschicht.

Monet Imperator confessionarios, sic dictos, patres, ne puniendos edoceant, vel incitent ad reuocanda ea, quæ velde

se, vel aliis, vere constanterq; illi dixere, cum hac ratione, cæteris ad liberius peccandum fit occasio. Nemo quoq; nec ex suo, neque alieno dolo seu versutia leuari debet. *l. rerum, §. tempus, ff. pro socio c. ex insinuatione. in fin. extr. de appellat.* Et peccata nocentium nota esse, & commeritis plecti pœnis expedit societati hominum *l. eum, qui. in pr. ff. de iniur.* è qua ablegari maleficos, & resecari putrida membra, summa exigit ratio. Remus *ad hunc artic.* 103.

ARTIC. CIV.

De pœnis, & quemadmodum veteri iure proditas pœnas secundum Constitutiones has Imperiales, & temporum regionumq; vsum, interpretari oporteat.

Ein Vorred/wie man Missethat peinlich straffen soll.

WAnn jemand vnsern gemeinen geschrieben Rechten nach/durch seine Verhandlung das Leben verwirckt hat/ sol man nach guter Gewonheit / oder nach Ordnung eines guten Rechtverständigen Richters/so Gelegenheit vnd ärgerniß der Vbelthat ermessen kan/die Form vnd Weiß derselben Tödtung halten/ vnd vrtheilen. Aber in Fällen / darumb (oder derselben gleichen) vnser Keyserlich Recht nicht setzen / oder zulassen / jemand zum Tod zustraffen/Haben wir in dieser vnser/vnd deß Reichs Ordnung/auch keinerley Todstraff gesetzt/ aber in etlichen Missethaten/lassen die Recht peinliche Straff am Leib/ oder Gliedern zu/damit dennoch die Gestrafften bey dem Leben bleiben. Dieselben Straff mag man auch erkennen/ vnd gebrauchen / nach guter Gewonheit eines jeden Lands/oder aber nach Ermessigung eines jeden guten verständigen Richters / als oben von Tödten geschrieben stehet. Wann vnser Keyserliche Recht/etlich peinliche Straff setzen/ die nach

nach Gelegenheit dieser Zeit vnd Lande vnbequem / vnd eines Theils nach dem Buchstaben nicht wol müglich zugebrauchen weren / darzu auch dieselben Recht / die Form vnnd Maß / einer jeglichen peinlichen Straff nicht anzeigen / sondern auch guter Gewonheit / oder Erkantnuß verständiger Richter befehlen / vnd in derselben Willkühr setzen / die Straff nach Gelegenheit vnnd ärgernuß der Vbelthat / auß Lieb der Gerechtigkeit / vnd vmb gemeines Nutz willen / zuordnen vnd zumachen. Aber sonderlich ist zumercken / in was Sachen / oder derselben gleichen / vnser Keyserlich Recht / keinerley peinliche Straff am Leben / Ehren / Leib / oder Gliedern setzen / oder verhengen / daß Richter vnd Vrtheiler / darwider auch niemand zum Tod / oder sonst peinlich straffen. Vnd damit Richter vnnd Vrtheiler / die solcher Rechten nicht gelehrt sind / mit Erkantnuß solcher Straff / desto weniger wider die gemelten Rechten / oder gute zulässige Gewonheiten handeln / So wird hernach von etlichen peinlichen Straffen / wann / vnd wie die gedachter Recht / guter Gewonheit vnd Vernunfft nach geschehen sollen / gesetzt.

In hoc articulo ab initio traditur, quod modus vltimi supplicij lege impositi debeat fieri secundum loci consuetudinem, aut æstimationem iudicis periti, qui criminis naturam & atrocitatis scandalum bene appendere nouit. Etsi enim sit axioma Papiniani, quod extat *in l.1. §.1. ff. ad Senatusc. Turpill.* Facti quidem quæstionem in arbitrio iudicis esse, pœnæ vero executionem legis authoritati reseruari, non etiam iudicis arbitrio concedi. Si tamen lex, vel SCtum, aut constitutio alibi ex causa iudicis arbitrio permittat in vniuersum, aut aliqua parte pœnæ modum, nihil contra legem fecisse dicetur, siue mitiorem, siue grauiorem pœnam infligat, dummodo limites à iure præscriptos non excedat: siquidem cum hoc arbitrium ex lege habeat, adhuc verum manet illud, pœnæ persecutionem legis autoritati reseruari. *d.l.1. §.1.* Quo spectat *l. hodie, ff. de pœn. l. respiciendum. eod. l.1. de furib. baln. l.1. l.5. & tot. tit. de extraord. crimin.* Clar. *§. fin. quæst. 83.* Maranta *in disputat. legalib. disputat. 3. & p. 4. dist. 1. à num. 59. ad num. 74.* Menoch. *lib. 1. de arbitr. iud. quæst: casu 86.* Remus *ad hunc artic. 104.*

Deinde additur, Imperatorem Carolum V. & Status Imperij in hisce suis Constitutionibus seueriores ipso iure communi non fuisse. In quibus enim casibus commune ius mortis pœnam non irrogat, in iis nec ipsi mortis pœnam irrogari voluerunt, *vers.* **Aber in Fällen/ darumb/ ꝛc.** Sed & cum pœnas corporales, quibus tamen vitæ parcitur, iura, ad punienda quædam delicta, admittant, eas itidem pœnas non aliter decerni vult Carolus V. quam quotidianus vsus, & cuiusq; regionis mores rationabiles ferunt, vel etiam prudens Judex ex arbitrio statuet. Et quidem patet *ex versu.* **Aber in etlichen/** pœnam mutilationis alicuius membri ac faciei deformandæ permitti videri: quæ tamen pœna iure communi prohibetur, *l. si quis* 17. *C. de pœnis. &* *Nouell.* 134. §. *quia vero, cum seqq.* Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 69. *in pr. & quæst.* 70. *in princ.* vbi tamen addit, hanc pœnam hodie esse in vsu: quo videtur dicta Constitutio respexisse. Vigel. *c.* 2. *quæst.* 5. *reg.* 5. Denique quamuis, si pœna lege sit definita, Iudex eam sequi debet, nec duriorem irrogare, *h. artic.* 104. *vers.* **Aber sonderlich.** si tamen pœna legibus statuta hodie sit inusitata, alia loco illius secundum loci consuetudinem, aut iudicis arbitrium irrogari potest, *hoc artic.* 104. *vers.* **Wann vnser Keyserlich Recht/ ꝛc.** sic pœna legis Iuliæ est, aquæ & ignis interdictio. *l. pen. in fin. ff. ad L. Iul. de vi publ.* In cuius locum postea successit deportatio. *l.* 2. §. 1. *de pœn.* At dicimus alias, quod pro deportatione vtamur pœna arbitraria, secundum consuetudinem regionis. Fichard. *consil.* 101. *nu.* 3. *&* 4. *p.* 2. Remus *ad hunc artic.* 104. *lit. b.*

ARTIC. CV.

De maleficiis, quorum pœnæ non sunt expressæ: & rarius eueniunt.

Von vnbenanten peinlichen Fällen vnd Straffen.

Ferner ist zumercken/ in was peinlichen Fällen/ oder Verklagungen/ die peinlichen Straffen in diesen nachfolgenden Articuln

culn nicht gesetzt/oder gnugsam erkläret/oder verständigt weren/ sollen Richter vnd Vrtheiler (so es zu schulden kompt) Rahts pflegen/wie in solchen zufälligen/ oder vnverständlichen Fällen/vnsern Keyserlichen Rechten/vnd dieser vnser Ordnung am gemässigsten gehandelt vnd gevrtheilt werden sol/vnd alsdann jhre Erkantnus darnach thun/ Wann nicht alle zufällige Erkantnuß vnd Straff/ in dieser vnser Ordnung gnugsam mögen bedacht/vnd beschrieben werden.

In hoc articulo tradit Carolus V. Quorum delictorum maleficiorumq; sequentibus articulis pœnæ nominatim expressæ, constitutæ, aut declaratæ non sunt, de iis iudices consulere debere viros consultissimos, aut superiores: quid factis eiusmodi dubiis, obscuris & raris decerni, quam tutissime possit. Quippe, quod fieri non possit, vt singulorum maleficiorum species singulæ recitentur, & adnotatis pœnis declarentur, atque etiam ab ipsa rerum natura ita conditum sit, vt plura sint negotia, quam vocabula, vt ait Vlpianus *in l. natura ff. de præscript. verb.* Cæterum *de arbitrariis iudicum quæstionibus*, in gratiam omnium iudicum, elegantes libros duos conscripsit Jacobus Menochius. Eandem materiam pertractat etiam Julius Clarus §. *fin. q. 83.*

ARTIC. CVI.

Pœna blasphemiæ.

Wie Gottsschwerer/oder Gottslästerung gestrafft werden sol.

So einer GOtt zumist/das GOtt nicht bequem ist/oder mit seinen Worten Gott/das jhm zustehet/ abschneidet/ der Allmächtigkeit GOTtes/ sein heilige Mutter/ die Jungfraw Maria/ schendet/sollen durch die Amptleut/oder Richter/von Amptswegen angenommen/eyngelegt/vnd darnach am Leib/Leben/oder Gliedern/nach Gelegenheit vnd Gestalt der Person/vnd Lästerung/ gestrafft werden. Doch/ so ein solcher Lästerer angenommen/vnd eyngelegt ist/das sol an

die Oberkeit mit nottürfftiger Vnterrichtung aller Vmbständ gelangen / die darauff Richtern vnd Vrtheilern Bescheyd geben / wie solche Lästerung den gemeinen vnsern Keyserlichen Rechten gemäß / vnd sonderlich nach Inhalt besonderer Articul vnsers Reichs Ordnung / gestrafft werden sollen.

1 Blasphemia, est maiestatis diuinæ læsio. Quod crimen est grauissimum & omnium maximum: Longe enim grauius est æternam, quam temporalem offendere maiestatem. Auth. Gazaros *C. de hæret. & Manich.* vt itaq; Domino Deo, qui nos condidit, sanctissimũ nomen illibatum, & honor sartus tectus permaneat, qui honorãtes se honorat. *1. Sam. 2. v. 30. & Iustin. Nou. 77.* ob blasphemias vero, si non vindicentur à magistratu, auferente malum de medio sui, publicæ calamitates generi humano, veluti fames, terræ motus & pestilentiæ oboriantur: Constituit Imperator Carolus V. vt si quis blasphemo ore Deum Opt. Max. impietatis, impotẽtiæve insimularit: & vel adimit Deo, quæ ipsius naturæ, maiestatiq; conueniunt; vel tribuit eidem, quæ ab ipso sunt aliena; vel Deo maledicit, ille dignus sit supplicio: id quod etiam statuit Imperator Justinianus *Nou. 77. §. & quoniam quidam.* adductus hac ratione; quia blasphemiæ & contumeliæ siue maledicta in homines effusa, non manent impunita: Ergo multo magis pœnam merentur ea, quæ effutiuntur, vel euomuntur in Deum ipsum: quem hac ratione blasphemi ad iram prouocant, non solum contra seipsos, sed etiam contra totas gentes & ciuitates. Pœna autem blasphemi ex hac Constitutione Carolina, est, quod prout atrocior leuiorq; fuerit blasphemia, vltimo supplicio, vel in corpore, membri, velut linguæ, resectione aut euulsione coherceatur & puniatur. Quod cõcordat cum iure ciuili, *l. vlt. §. fin. C. de religiosis & d. Nou. 77. §. insuper, quia,* vbi vltimo supplicio hoc crimen punitur. Nec vero Justinianus Imp. ipsis tantum reis cõminatur pœnam mortis, sed etiam magistratui, verbi gratia, præfecti vrbi, qui reos deprehensos dimiserit impunitos, & diuinũ iudicium & indignationem Cæsaream interminatur. Cæterum quando Carolus V. *in constitutione hac 106.* pœnam blasphemiæ

phemiæ constituit, illud ita accipi debet, vt iudices prius ad integram rem cum omnibus suis circũstantiis ad iudicem loci ordinarium referat, qui deinde pro suo arbitrio cognitis circumstantiis statuat blasphemo pœnam certam secundum leges sacratissimas, præsertim nouissimam Constitutionem *Augustanam* Anno 1530. editam. *tit.* **Von Gottslästerung vnd Gottsschweren/ §. darauff ordnen vñ setzen wir.** Itemq; Ann. 1548. *tit.* **von den Gotteslästerungen / §. nemlich/ so jemands** *& seq.* Matth. Berlich. *parte p. 4. concl.* 1. *num.* 61. vbi scribit, quod allegata iam constitutio Anno 1530. sit mutata, correcta & abrogata per dictam constitutionem de Ann. 1548. Matth. Coler. *decis.* 172. *nu.* 3. *p.* 1. vbi ex Recessu Imperij Anno 1546. Wormatiæ, item Coloniæ Ann. 1512. edito, distinguit inter blasphemiam *immediate* erga Deum factam, veluti cum Deus arguitur impietatis, iniustitiæ, insipientiæ, mortalitatis, crudelitatis, malitiæ, &c. & *mediate*: vt quando quis iurat, vel alteri maledicit per sanguinem, passionẽ, vulnera & Sacramenta Christi. De vtraq; specie blasphemiæ late tractat Matth. Berlich. *d. concl.* 1. *& concl.* 2. *per tot.* mitigatur vero pœna Blasphemiæ ex ira prolatæ, item per lasciuiam, vel ebrietatem. Clar. *§. blasphemia. vers. excusari potest* 6. *item §. fin. q.* 60. *vers. præterea quæro* 12. *in fin.* Soaretz *lit. B. nu.* 27. Menoch. *de arbitr. iud. quæst. casu* 375. *nu.* 32. Farin. *de pœnis lib.* 1. *tit.* 3. *q.* 20. *num* 51. Item, mitigatur pœna propter consuetudinem loci, in quo hoc crimen frequens est, vti voluit Clar. *d. §. blasphemia vers. vlt.* Vigel. *c.* 6. *tit. de blasphemia.*

Vtrum in casu blasphemiæ sit admittenda defensio? quæri 2
solet. Sane sunt, qui arbitrantur ordinarium processum non requiri, sed plenariam cognitionem sufficere. Paris de Put. *in tract. de syndicatu, in verb. condemnatio. vers. an potestas n.* 13. vbi vult, quod in hoc crimine blasphemiæ nulla concedenda sit defensio, nec ad repulsam etiã testium. Clar. *d. §. blasphemia vers. reperio etiam* 4. vbi cõtrouertitur, vtrum in hoc crimine probando exceptiones contra personas testium admittantur. Sed accusatũ blasphemiæ admittendũ esse ad defensionẽ, æquius est: prout contraria sententia negatiua tanquam rigoris plena à plerisq; reiecta est.

3 Deniq; cognitio de crimine hoc blaſphemiæ eſt mixti fori, ita,vt tam ad Eccleſiaſticum, quam ſecularem iudicem ſpectet, adeoq; præuentioni locus detur. Clar. *d.§ blaſphemia nu.4.ſub fin. verſ.hoc crimen blaſphemiæ eſt.* Couarr.*in c.quamuis 2.de pact.in 6.parte 1.§.7.nu.29.ibi,crimen autem blaſphemiæ.* Judæus tamen blaſphemans non niſi à ciuili iudice puniendus, per text. *in c.in nonnullis 15.§.vl. in fin. extr. de Iudæis & Sarac. & Clement. cedit quidem* 1. *verſ. vniuerſis & ſingulis principibus, tit. de Iudæis.* Sed ſi ciuilis Judex in puniendo crimine hoc eſſet negligens, iurisdictio eius in Judæos Eccleſiaſtico iudici non eſt deneganda. Clar. *d.§.blaſphemia.verſ.ſed pone,§.ibi,bene verum eſt.* Berlich. *d.concl.2.num.21.& aliquot ſeqq.* Deniq; hoc crimen blaſphemiæ de iure diuino lapidatione *Leuit.24.verſ.*10.*& ſeqq.* iure canonico, perpetua pœnitentia punitur.*c.fin.ext.de maledicis.* Clar.*d.§.blaſphemia. verſ.ſed quæro 3.*

ARTIC. CVII.

Pœna periurij.

Straff der jenigen / ſo einen gelehrten Eyd vor Richter vnd Gericht meineydig ſchweren.

WElcher vor Richter / oder Gericht / einen gelehrten Meineyd ſchweret / ſo derſelbig Eyd zeitlich Gut antrifft / das in deß / der alſo fälſchlich geſchworen hat / Nutz kommen / der iſt zuforderſt ſchuldig / wo er das vermag / ſolch fälſchlich abgeſchworen Gut / dem Verletzten wider zu kehren / ſol auch dar zu verleumbd / vnd aller Ehren entſetzt ſeyn. Vnd nach dem im heiligen Reich ein gemeiner Gebrauch iſt / ſolchen Falſchſchwerern die zween Finger / damit ſie geſchworen haben / abzuhawen / dieſelben gemeine gewöhnliche Leibſtraff / wöllen wir auch nicht endern. Wo aber einer durch ſeinen falſchen Eyd / jemand zu peinlicher Straff ſchwüre / derſelbig ſol mit der Peen / die er fälſchlich auff

auff einen andern schweret/gestrafft werden. Wer solch falsch Schweren mit Wissen/ fürsetzlich vnd arglistiglich darzu anrichtet/ der leidet gleiche Peen.

Periurium est mendacium iureiurando firmatum, *c. animaduertendum, §. cum ergo 22. quæst. 2. cum c. seq.* Clar. *§. periurium in prin.* Fit autem, cum vel per alium, quam Deum iuratur, vt illud inhibetur *Exod. 23. vers. 13.* vel etiam per viuum videntem Deum peieratur, de quo hic potissimum. Remus *in paraphr. artic. 107. in pr.* Pœna periurij, quæ sit, eam præbet nobis Constitutio Carolina *hoc artic. 107.* Qui scilicet in iudicio, vel à iudice iuramento delato, conceptis verbis sciens peierat, siquidem in ciuili causa; pecuniæ nomine, reive, quæ pretio æstimanda est, gratia, vt ea suum in commodum cedat, peieret: periurus primum ad restitutionem pecuniæ reique, cuius possessionem periurio interueniente adeptus est, si possideat, dolove malo possidere desierit, cum fructibus, & quæcunq; alia perceperit ex eo contractu, reddere cogendus est. Quod ita constituit Carolus V. Imperator: quamuis videatur repugnare ius commune, nimirum *l. non erit 5. §. dato l. in duobus reis 28. §. fin. in fin. l. eum, qui 30. in pr. ibi, & potest dici, ff. de iureiur. l. quod si 21. cum l. seq. ff. de dolo malo l. aduersus 15. ff. de except.* Baptista Villalob. *in lit. I. num. 153. ibi, secus tamen.* Insuper periurus ex hac Constitutione Carolina, peierans etiam sententia iudicis ignominia notatus, honoribus, dignitatibus, beneficiis, prærogatiuis omnibus priuatur. Concordat *l. si quis maior, C. de transact.* Cæterum infamiam periurum sequi, facti, non iuris; illud pluribus explicat Clarus *d. §. periurium. vers. sed quæro.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. quæst. casu 192. & præcipue casu 319.* Vigelius *cap. 10. tit. de periuri.* Ergo periuriis via non est aperienda, *l. 1. C. si aduers. vendit. c. 1. extr. de his, quæ vi met. caus.* quod fit stricta periuriorum punitione. Remus *in paraph. h. artic. 107.*

Quod si quis suo periurio alium ad pœnam capitalem fecerit damnari, ipse eadem pœna, quam periurio alteri intentauit, est damnandus *h. artic. 107. vers.* wo aber einer. Quæ pœna

 etiam

etiã aduerſus eum cõpetit, cuius dolo malo tale periuriũ ab alio eſt cõmiſſum *h.art.107.verſ.vlt.* Vigel. *d.loc.* Sic etiã falſum teſtimonium punitur eadem pœna, quâ is puniendus fuiſſet, contra quem teſtimoniũ falſum dictum eſt, ſi vere de crimine cõuictus fuiſſet *ſup.art.68.* quod late tractat Vigel. *c.* 10. *Reg.*1.*cum ſeqq.exceptionib.* Deniq; quæ inueterata vſuq; comprobata toto imperio conſuetudo eſt, vt periuris digiti, quibus erectis iuſiurandum fuit præſtitum, amputentur, quin vigorem obtineat ſuum, nihil vetat, neq; immutauit Carolus V. hac ſua conſtitutione. Vigil. Pingizzer *quæſt. Saxon.47.num.2.&9.* Sed quæritur hic: ſi periurus alioquin amiſiſſet digitos iſtos cum quibus iurauit, qua pœna affici debeat? Eo caſu, ſi dextra careat, ſiniſtram eſſe amputandam, ſcribit Baldus *in Auth.ſed nouo iure.num.12.C.de ſeru fugit.* vbi tamen addit, hoc eſſe valde durum, cum per id homo omnino fiat inutilis, ideoque forſan in alio membro fiat executio. Matthias Colerus *deciſ.*114.*num.*10. ſcribit, Burggrauiæ Miſnenſi in facti ſpecie reſponſum eſſe, vbi periura reuertebatur ad eius prouinciam, & reperiebatur carere vno digito in dextra manu cum qua iurarat, quod proximi duo digiti ipſi truncarentur Anno 1576. ſi tamen tertia vice redierit relegatus & periurus, proceditur aduerſus eum ad pœnam vltimi ſupplicij. Moller. *lib. 2. Semeſt.cap.38.per tot.*

Jure communi ciuili quidem pœna periurij eſt fuſtium caſtigatio, *l.ſi duo 13.§.fin.ff.de iureiur.* item temporale exilium *l.vlt. ff.de crimine ſtellionatus.* Item diuina vltio *l.2.C.de iureiur.& l.2.C.ad L.Iul.maieſt.* Schneidw. *ad §.poſtulante nu.*117. *Inſtit de actionib.* Fichard. *conſil.*148.*nu.*5.*vol2.* vbi tractat illam quæſtionem: An periurium ſeculari etiam pœna puniri poſſit? vbi concludit: receptiorem eſſe ſententiam, magiſtratum ſecularem quoq; punire poſſe periurium, ſed pro arbitrio, & negotij, in quod incidit, qualitate, vel ſeuerius, vel mitius, ſecũdum diuerſos caſus, quos longa diſtinctione enumerat Salicetus *in d.l.2.*

Jure Pontificio, periurij pœna eſt excõmunicatio *c.vlt.22. q.1.c.ſi quis conuictus.in pr.c.paruuli.v.& qui ſemel. itẽ c.ſi quis laicus 22. q.5.c.*

q.5. Clericus autē periurium cōmittens, deponitur *d.c. si quis laicus. vers. Episcopus presbyter. item c. querelam 10. & c. tria nos 11. in fin. ext. de iureiur.* Clar. §. *fin. q.73. vers. item clericus 6. ibi, item clericus.* Exceptiones de pœnis periurij, proponit Vigel. *d.c.3. except. 1. & seqq.*

ARTIC. CVIII.

Pœna eorum, qui cautionibus iuratis (vrphedas vocant) contraueniunt.

Straff derer/ so geschworen Vrphede brechen.

Bricht einer ein geschworne Vrphede mit Sachen vnd Thaten/ darumb er vnser Keys. Rechten/ vnd dieser Ordnung nach/ zum Tod ohne das möcht gestrafft werden/ derselben Todtstraff sol Folge geschehen. So aber einer ein Vrphede mit Sachen/ darumb er das Leben nicht verwirckt hat/ fürsetzlich vnd freventlich verbreche/ der sol als ein Meineydiger/ mit Abhawung der Hand/ oder Finger/ vnd anderm/ wie im nechst obgemelten Articul berührt/ gestrafft werden. Wo man sich aber weiter Missethat vor jhm besorgen müste/ sol es mit jhm gehalten werden/ als im 76. Articul/ hernach davon geschrieben stehet/ anfahen: Item/ so einer ein Vrphed freventlich vnd fürsetzlich verbrochen.

Periurij porro species est, si quis cautionē iuratam, vulgo iuramentū exultionis, vocitāt; ob id, vt è carcere dimitteretur, præstitā, & quo ꝓmittit, se nolle vlcisci carcerē, & quæ alias dare solvere coactus fuit, repetere, & c. nō seruauerit. Gail 1. *obs. pract. 22. n.1.* Schurff. *cent.3. cons. 87. per tot.* Eius pœna cōstituitur *h. art. 108.* Si nimirū quis eiusmodi crimine, ob quod per leges & constitutiones publicorū iudiciorū, capitis pœna affici potuerat, cautionē iuratā de non vlciscēdo scil. carceris iniuriam, ruperit, fregerit, nec se prius absolui fecerit, pœnæ capitali illi maleficio competēti is prorsus subiaceat. Menoch. *lib.2. de arb. iud. quæst. casu 335.* & *Ord. Cam. p.2. tit. 24.* Remus *ad h. art. 108.* Si vero quis aliud quiduis, quod vltimo plecti supplicio nō solet, sciens licet & prudens cōtra eiusmodi cautionem postea admiserit, is solum tanquam periurus (de quorum pœna *praeced. art. 107.* dictum est) digitorum quos iurans sustulit, amputatione, vel pœna consimili affici debet. Fichard. *consil. 115. in pr. & nu. 1. vol. 1.* Mynsi. *resp. 90 nu. 2. & 3.* Quem si nec ita quidem cautioni pariturum appareat, de eo id suscipi debet, quod paulo post *inf. artic. 176.* tradetur Eberh. *Top. legali loco pen. num. 61.* Remus *d. loc.* Baiard. *in addit.* ad Clarum *in §.*

periurium nu. 81. vbi dicit, in regno Neapolitano pœnam periurij esse amputationem manus. Et quod periurium puniatur iuxta consuetudinem Germanorum amputatione duorum digitorum, quibus erectis iusiurandum fuit præstitum, patet *ex praecedenti artic.* 107. *vers.* Vnd nachdem. vbi Carolus V. eam consuetudinem confirmat. Coler. *decis.* 114. *nu.* 7. *& seqq.* Fr. Pfeil. *concl.* 145. Berlich. *p.* 5. *conclus.* 72. *& seq. per tot.* vbi tractatur de relegatis & intra terminum præstitutum reuersis, & delictum reiterantibus.

Artic. CIX.

Pœna Magiæ & veneficij.

Straff der Zauberey.

SO jemand den Leuten durch Zauberey Schaden / oder Nachtheil zugefüget / sol man jhn straffen vom Leben zum Tod / vnd man sol solche Straff mit dem Fewer thun. Wo aber jemand Zauberey gebraucht / vnd darmit niemand Schaden gethan hätte / sol sonst gestrafft werden / nach Gelegenheit der Sach / darinnen die Vrtheiler Rahts gebrauchen sollen / wie vom Rahtsuchen hernach geschrieben stehet.

Magi, malefici seu incantatores, hi siquidem hominibus nocuerint, fruges incantarint, aliudve damnum intulerint, siue damnum magnum sit, siue non, hac Constitutione Carolina iubentur comburi: sin vero artem magicam quidem exercuerint, sed nemini nocuerint, extra ordinem pro arbitrio iudicis secundum facti qualitatem sunt puniendi, *vers.* **Wo aber jemand Zauberey gebraucht / 2c.** Concordat §. *item lex Cornelia de sicariis in fin. Instit. de publ. iudic. l. eorum* 4. *in pr. cum* 3. *seqq.* C. *de maleficis & mathem.* Godelm. *lib.* 3. *de magis. cap.* 11. *num.* 17. Coler. *decis.* 180. *num.* 7. *&* 8. Schneid. & Mynf. *ad* § *item lex Cornelia* 5. *ille num.* 2. *hic num.* 12. *ibi*, Cæterum nostra Carolina Clar. §. *fin. quæst.* 68. *vers. sortilegi* 40. *& in* § *hæ-*

in §. hæresis. vers. vltim. in fin. Ratio posterioris membri hæc est; Quod exercens magiam; licet nemini nocuerit; operam tamen dat rei illicitæ, adeoq; censeatur esse in dolo. *l. si non conuicij, C. de iniur. & l. si ex plagis, §. tabernarius, ff. ad L. Aquil. & l. 2. §. doli mali, ff. vi bon. rapt.* Cæterum, quod Carolina Constitutio hoc casu, quo hominis, vel bestiæ enecatio non sit secuta, arbitrariam pœnam constituat, id restringendum omnino est ad eum casum, quo veneno nocere tentauit, nec tamen id effectum habuit; vel de magicis artibus vel præstigiis, quæ exercentur citra abnegationem diuinæ maiestatis expressam, vt recte Binsfeldius explicat *in l. 6. C. de malef.* Nam si veneficæ, lamiæ, & sagæ, quæ magicas artes & susurros exercent, cum diabolo pactum expressum, vel tacitum inierunt, apostasian fecerunt, Deum abnegando, seque diabolo mancipando, & cum spiritu immundo Sodomiam exercendo, tunc, etiamsi nemini nocuerunt, siue homines & bestias nō occiderunt, nihilominus è medio tollendæ, igniq; tradendæ & cōcremandæ sunt. *Exod. 22. v 18. Leuit. 20. vers. fin. Deuter. 18. v.* 10. *l. 3. 4. 5. 6. 7 & seqq. C. de malef. & mathem. l. cæteræ 4. §. 1 ff. famil. ercisc. l. 1. §. 1. ad L. Pomp. de parricid. l. capitalium. 28. §. venenarij. de pœn.* Paul. *lib. 5. sentent. cap. 23.* Clar. *§. homicidium nu. 13.* Godelm *lib. 3. de lamis cap. 11. nu.* 32. Wesenb. *in paratt. ff. ad L. Cornel. de Sicar. nu.* 28. Wesenb. & Vult. *in §. item lex Cornelia de Sicariis 5. Instit. de publ. iudic. num.* 8. *vers. sed valde placet, quod magistratus.* Berlich. *concl. 5. nu. 38. part 5.*

ARTIC. CX.

Pœna famosi libelli, vulgo Pasquilli, item picturæ, &c.

Straff / schrifftlicher / vnrechtlicher / peinlicher Schmähung.

Welcher jemand durch Schmachbrieff / zu Latein / Liber Famosus genant / die er außbreytet / vnd sich nach Ordnung der

Ee Recht /

Recht/ mit seinem rechten Tauff- vnd Zunamen nicht vnterschreibet/ vnrechtlicher vnschuldiger Weiß/ Laster vnd Vbel zumist/ wo die mit Warheit erfunden würden/ daß/ der Geschmächt/ an seinem Leib/ Leben/ oder Ehren/ peinlich gestrafft werden möchte: derselbig boßhafftige Lästerer sol nach Erfindung solcher Vbelthat/ als die Recht sagen/ mit der Peen/ in welche er den vnschuldigen Geschmächten/ durch seine böse/ vnwarhafftige Lästerschrifft hat bringen wöllen/ gestrafft werden. Vnd ob sich auch gleichwol die auffgelegte Schmach/ der zugemessenen That/ in der Warheit erfünde/ sol dennoch der Außruffer solcher Schmach/ nach vermög der Recht/ vnd Ermessung deß Richters/ gestrafft werden.

1 Famosus libellus definitur à Remo *in paraphr. artic.* 110. ex *l. vnica, C. de famos. libell.* Quod sit compositio in scriptis facta ad infamiam alicuius, eius quod auctor probare non vult, in publico loco, occulto nomine adfixa. *l. lex Cornelia, §. si quis librum l. quod Senatusconsultum l. constitutionibus, ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. prætor ait 2. ff. eod.* Marquard. Freher. *de existimatione cap. 9. num. 15.* Eiusmodi libellus famosus dicitur Pasquillus: à Pasquillo Sartore Romano, religioniq; Pontificiæ addictissimo, qui Papam & Cardinales ob vitia libere & impune vellicare solitus. Ille cum moreretur, prope tabernam in vrbe Roma statua eius marmorea, gladiatorio habitu effossa erigebatur, quæ populari ioco Pasquillus vocari consueuit: exinde, quod illic ob dicacitatem notissimus Magister Pasquillus habitasset. Sicut autem ille cum adhuc inter viuos esset, hominum vitia insectatus fuerat: ita nunc post mortem eius statua epigrammatophori munus subiit, siquidem illic de noctu scripta iniuriosa & maledica affiguntur, quæ inde Pasquilli nomen sibi vendicant. Notat auctor *theatri vitæ humanæ vol. 21. lib. 3. fol. 3709. in verb. Pasquillus.* Inter famosum libellum autem & iniuriam scripto illatam hanc differentiam constituit Wesenbecius *in paratt. de iniur. num. 19.* Quod famosus libellus ad infamiam pertinet, hoc est, impingit delictum aliquod notabile: Iniuria fit contumeliæ causa, etiam absq; nota infamiæ. Præterea differentiam inter *l. vnicam, C. de*

famos.

famos. libell. & Constitutionem Carolinam *h. artic.* 110. tradit Mollerus *ad Constitutiones Saxonia constit.* 44.

Libellus autem famosus iudicari debet, non tantum si ficto 2
aut occulto authoris nomine edatur, vti quis forte Constitutionem *hanc artic.* 110. *ibi,* **Mit seinem rechten Tauff- vnd Zunamen nicht vnterschreibt/ rc.** explicaret: sed etiam si nomen subscriptum & expressum est: id quod probatur, per *l. lex Cornelia* 5. §. *si quis librum, vers. etiamsi, ff. de iniur.* vbi perspicue subinnuit Vlpianus, famosum libellum esse, siue quis, cum nullo, siue proprio, siue alieno expresso, composuerit: Et licet *in d. l. lex Cornelia* 5. de proprio nomine expresse nihil dicatur; attamē hoc ita præsupponi omnino necesse esse, euincit particula *Etiamsi, in d. l.* 5 §. 9. posita, quæ est implicatiua, & includit casum minus dubitabilē. Tusch. *tom. 2. pract. conclus. l. t. D. verb. dictio. concl.* 275. *nu.* 1. *& seq.* Idem etiam probatur in recessibus Imperij Francofurti editis Ann. 1577. *tit.* **von Buchdruckern/ Schmähschrifften** 35. §. **vnd setzen/ ordnen/** *in verb.* **Es habe der Author seinen Namen darunter gesetzt/ oder nicht.** Præterea hanc ipsam interpretationem suppeditat ipsa Constitutio Carolina *hoc artic.* 110. in his verbis: **Vnd sich nach Ordnung der Rechte/ mit seinem rechten Tauff- vnd Zunamen nicht vnterschreiben:** vbi Imperator non simpliciter subscriptionis meminit, sed addit (**nach Ordnung der Recht/ Item als die Rechte sagen**) vnde patet, Carolum V. nō loqui de subscriptione componentis famosum libellum, sed potius agere de illa subscriptione, quæ secundum ordinem iuris fit in iudicio ab accusatore, qui crimen aliquod aduersus alterum intentat, de qua *in l. libellorum* 2. *l. si cum crimen* 7. *ff. de accusat. l. pen. & vlt. C. eod.* Hoc igitur summatim si- 3
bi vult Constitutio illa Carolina *h. artic.* 110. Is, qui crimen famosum scriptis alteri impingit, pœna capitali plectendum esse: nisi crimen illud non diffamandi, sed detegendi animo palam obiiciat, & ad iudicium deferat, libello iudicialiter nomine accusatorio porrecto, secundum ordinem iuris se subscribat, & ad probationē se offerat. Quo casu, si obiectū in iudicio crimen ab eo probatum fuerit, tantum abest, vt pœna famosi libelli locum

habeat, vt potius non pœna, sed præmio dignus ſit: de quo caſu etiam verba finalia *d.l. vnica. C. de famoſis libellis.* ſunt accipienda. Proſper Farinac. *conſil.* 30. *num.* 105. Et eo reſpicere quoque *hunc artic.* 110. *in verb. pr.* Nach Verordnung der Rechte / non dubitandum. Harprecht. *in* §. *iniuria autem* 1. *Inſtit. de iniur nu.* 152. Mollerus *ad d. conſtit.* 44. *ſub num.* 6. Weſenb. *in paratt. de iniur. num. vlt. & conſil.* 22. *num.* 5. *p.* 1. Mynſ. *reſp.* 59. *nu.* 43. Damhud. *in praxi criminali cap.* 138. *nu.* 3. Berlich. *d. concl.* 67. *nu.* 37. *& ſeqq.* Hegius *quæſt.* 31. *nu.* 23. *& ſeqq. pr.* 2. vbi *nu.* 27. ſcribit: Non ideo, quod in Cod. Theodoſ. *lib.* 9. *tit.* 34. *l.* 3. 4. dicitur, comburendos libellos, quorum auctor nullus exiſtit, aut qui nomine accuſatoris carent: ſiue quod in Conſtitutione Carolina *hoc artic.* 110. nominis nulla fit mentio, ſequitur, nomine appoſito, libellum famoſum non eſſe. Nihil enim nominis appoſitio, vel omiſſio, ad criminis ſubſtantiam confert, ſed tantum probationem eius reſpicit. *l. cum res* 12. *C. de probat.* Itaq; ſi aliunde auctor inueſtigari poſſit, perinde erit: vt accidit in aliis probationum ſpeciebus. *d. l. cum res* 12. *l.* 4. *de pign. & hypoth.* Ita quoq;, etſi frequentius nomen occultetur, & ideo ſic concepta Ordinationis Carolinæ verba videantur: Tamen certum eſt, ea, quæ gratia frequentioris vſus exprimuntur, nullam inducere reſtrictionem. *gl. in Clement.* 1. *de rerum permut.* Zaſ. *in l.* 2. §. *mutui nu.* 43. *& ſeq. ff. ſi cert. pet.* Adeoq; non ideo minus putandum eſt, famoſum libellum eſſe, licet nomen auctoris adſcriptum legatur, vt expreſſe tenent Weſenbecius *d. loc. nu.* 19. *& conſil.* 22. *nu.* 5. Joan. Robertus Aurel. *lib.* 2. *ſentent. c.* 7. Heg. *d. loc. num.* 23.

4 Quoad perſonam diffamati, ſiue patientis quærat forte aliquis, an etiam eius nomen exprimi neceſſe ſit? Petr. Heg. *d. quæſt.* 31. *nu.* 31. vbi dicit, ita demum exigi expreſſionem patientis, vt conſtare poſſit, cui iniuria facta ſit: Nam, qui iniuriarum agit certum dicere debet, nec in tanto crimine vagari cum diſcrimine alterius exiſtimationis, *l. prætor* 7. *in pr. ff. de iniur.* Heg. *d. loc. nu.* 31. *& ſeqq.* vbi hoc latius declarat. Et nihil intereſſe, ſiue in libello nomẽ diffamati eſt expreſſum, ſiue fictũ appoſitum, dummodo per

do per hoc persona diffamata innotescere & lædi possit, tradunt Damhuderus *in pract. crimin. c. 125. nu. 7. & c. 138. nu. 3.* & Farinac. *in pract. crim. p. 3. q. 105. nu. 474. & seq.*

Porro in hoc crimine obseruandum, requiri, vt animo iniuriandi libellus famosus fiat. *d. l. lex Cornelia, §. si quis librum* 6. Vnde interdum admittendus est reus, vt probet per coniecturas, malum animum à se abfuisse: quibus coniecturis approbatis, accusator necesse habet, si obtinere velit, doli probationem efficaciorem adferre. Heg. *d. q. 31. nu. 36. & seqq.* 5.

Sed quæritur hoc loco, An ad excusationem proderit, si diffamans probare velit, vera esse, quæ libello famoso comprehenduntur? Quod expresse negatur, per *l. 1. C. Theodos. de famos. libellis.* Nam iudicialiter ad probationem criminis se offerre debuerat, non per clancularias suggestiones, & extraiudiciales diffamationes proximum lædere. *l. vnic. C. de famos. libell. l. 3. C. de offic. Rect. Prouinc.* Idq; aperte etiam confirmat Constitutio Carolina *hoc artic.* 110. *sub fin. in verb.* **Vnd ob sich auch gleichwol die auffgelegte Schmach / der zugemessenen That / in der Warheit erfinde / &c.** Secundum quam iudicatum in Camera Imperiali testis est Mynsinger. *4. obs. 4.* Vigel. *cap. 6. crimine decimo sexto, §. plane.* Imo Bertazolius scribit *consil. 237.* ne quidem, si Reip. expediat scire crimen, talem diffamatorem excusari, cum aliis modis publica salus & tranquillius & securius seruari possit, nec ad eam per infame hoc scelus sit grassandum. In quo tamen hoc monere pretium operæ ducit Hegius *d. quæst. 31. nu. 42. & seq.* Etsi delictum, si veræ probentur diffamationes, non plane impunitum sit dimittendum: tamen ad mitigationem pœnæ, veritatem postea iudici approbatam, aliquid valere debere: cum vtiq;, etsi vera sint, quæ narrantur, non tamen ita propalanda fuerint. Vt ita diffamator hoc in casu non pœna ordinaria, sed mitius extraordinaria veluti relegationis, aut fustigationis puniatur: quam sententiam etiam Imperator Carolus V. confirmauit *h. artic.* 110. ibi, **sol dennoch der Außruffer solcher Schmach / nach vermöge der Rechte / vnd Ermessigung deß Richters / gestrafft werden.** 6.

7 Deniq; vt capitalis famosi libelli pœna habeat locum, necesse est, tale delictum alicui imputatum esse, quod mortem mereatur *h. artic.* 110. vbi diffamanti eadem pœna imponitur, quam delictum imputatum importat. Quoniam vetus est hæc calumniæ pœna, vt ad pœnam illam trahat similitudo supplicij *Leu.* 19. *l. vlt. C. de calumn.* Hinc etiam intelligitur, pœnam Cõstitutionis Carolinæ isto casu tantum locum habere, vbi ob famosum libellum criminaliter agitur, ibi, an Leib/ Leben/ oder Ehren/ non etiam, vbi ciuiliter, ad pœnam pecuniariam parti applicandam, cum criminaliter isto casu puniri non possit. Moller. *ad d. constit.* 44. *num.* 7.

8 Illud adhuc addendum est, hoc crimen adeo detestabile esse, vt non tantum componens, sed & inueniens & non dilacerans, & quocunq; modo diuulgans libellum famosum, eiusdem reus censeatur. *d. l. vnica.* vbi gl. *C. de famos. libell.* Menoch. *de arbit. iud. quæst. casu* 263. Secus est in legente diuulgatum & publice affixum libellum famosum, ille enim in criminis huius pœnam non incidit, nisi ostendat, se diffamanti verbis, vel facto ostendere: quippe, quod animus diffamandi ac diuulgandi imprimis hoc crimen inducit Dd. *in d. l. vnic.* Menoch. *d. loc.* Farinac. *quæst.* 105. *inspect.* 11.

Artic. CXI.

Pœna falsæ, vel adulterinæ monetæ: & si quis sine priuilegio monetam cudat.

Straff der Müntzfälscher / vnd auch der / so ohn habend Freyheit müntzen.

Auff dreyerley Weiß wird die Müntz gefälscht / Erstlich / wann einer betrieglicher Weiß eines andern Zeichen darauff schlägt. Zum andern / wann einer vnrecht Metall darzu setzt. Zum dritten / so einer der Müntz jhre rechte Schwere gefährlich benimbt. Solche Müntz-

Müntzfälscher sollen nachfolgender massen gestrafft werden. Nemlich/ welche falsche Müntz machen/ Zeichen/ oder dieselbigen falsche Müntz auffwechseln/ oder sonst zu sich bringen/ vnd widerumb gefährlich vnd boßhafftiglich/ dem Nechsten zu Nachtheil/ wissentlich außgeben/ die sollen nach Gewonheit/ auch Satzung der Recht/ mit dem Fewer vom Leben zum Tod gestrafft werden/ die jhre Häuser darzu wissentlich leyhen/ dieselben Häuser sollen sie damit verwirckt haben. Welcher aber der Müntz jhre rechte Schwere/ gefährlicher Weiß benimbt/ oder auch ohne habende Freyheit müntzte/ der sol gefänglich eingelegt/ vnd nach Raht am Leib/ oder Gut/ nach Gestalt der Sachen/ gestrafft werden. Wo aber jrgend einer eines andern Müntz vmbpräget/ oder widerumb in Tigel brächte/ vnd geringe Müntz darauß machte/ der sol am Leib/ oder Gut/ nach Gestalt der Sachen/ gestrafft werden. So aber mit der Herrschafft Willen vnnd Wissen das geschehe/ so sol dieselbige Herrschafft/ jhre Müntz Freyheit verwirckt vnd verlohren haben.

Tribus vt plurimum modis moneta publica adulterari solet: Ita Vlpianus *in l. quicunq. & l. seq. in pr.* & Paulus *in l. qui falsam, ff. ad L. Cornel. de fals.* Constantinus *in l. 1. C. de fals. monetis.* **Müntzordnung.** *de Anno 1559. pag. 220. & seq.* Primo cudendo falsam monetam, si nimirum dolo malo alienum signum monetę imponatur. *vers.* **Erstlich.** Secundo in adulterãdo seu vitiando materiam monetæ, si aliud metallum auro, vel argento admisceatur: *vers.* **Zum andern.** Tertio inrodendo seu diminuendo monetam, si iustum monetæ pondus tundendo, radendo, mutilando, excoquendo, adimatur, *vers.* **Zum dritten.** Similis diuisio habetur apud Clarum *in §. falsum. vers. dixi etiam 37. in princ.*

Qui nummos falsa fusione formant, falsam monetã feriundo, flando cudunt, aliis palam ostendunt, aut permutant, aliis persuadent, vt eam frauduleter doloq; malo, alios damno afficiendi & fallendi animo, exponant; & ipso facto exponunt, & expendunt, illi hac constitutione comburi iubentur, *ibi*, **sollen mit dem Fewer vom Leben zum Tod gestrafft werden.** Vigel. *cap. 10. reg. 6.* quod etiã antea constituit Constantinus Imper. *l. 2. C. de falsa moneta.* Clar. *§. falsum vers. dixi etiam 37. ibi, falsificans autem.* De iure cano-

canonico, huius criminis reus, punitur excommunicatione *c. vnic. de crimine falsi, in Extravag. Ioan. XXII.* Eiusq; exemplum extat *in c. vnico. de dilat. in Extrauagant. comm.* Excusatur tamen reus, qui cœptam monetam, pœnitentia ductus, non perfecit *l. qui falsam 19. in pr. ff. ad L. Cornel. de fal.* Vigel. *cap.* 10. *reg.* 3. Cæterum circa infligendam in hoc crimine pœnam ignis, non distinguitur in hac Constitutione, supremi an inferioris Principis moneta adulterata sit, sed generaliter ea loquitur & sancit, falsificatores monetæ igni esse subiiciendos, quo ipso haud obscure ostendit, eos etiam, qui inferiorum Principum puta, Ducis, Comitis, vel alterius domini habentis potestatem cudendi monetam, monetas violarint, omni dilatione semota, flammarum exustionibus mancipandos esse, *d. l. 2. C. de falsa moneta.* quæ lex etsi saltem loquatur de summo Principe, puta, de ipso Imperatore eiusve moneta: non tamen ea huic sententiæ obstat. Tum, quia hodie omnis moneta, quæ ex publica auctoritate & permissione cursum & vsum habet, licet subscriptione Cæsaris non, sed alterius Principis inferioris, excusa, nihilominus debet, vel maxime reputari pro moneta S. Romani Imperij, adeoque ipsius Imperatoris: quam adulterans incidit in crimen læsæ maiestatis, *d. l. 2.* quippe, quod in effectu ipsius Cæsaris moneta adulterata censeatur. Tum, quia tunc temporis nulli, præterquam Imperatori competebat ius monetæ: vnde etiam *l. 1. & 2. C. de falsa moneta.* solius summi quoq; Principis mentionem faciunt. At postquam illa potestas etiam cum inferioribus communicata est, sine dubio procedit etiam pœna in monetarios seu adulteratores nummorum signatorum ab aliis Principibus, qui auctoritate & vice summi Principis vtuntur, & iura Imperij in suis terris ac districtibus habent. Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. casu* 316. *num. 8. 9.* 10. *& 29.* Sic neq; obstat huic sententiæ, quod hæc Constitutio *artic.* 111. se referat ad iura communia *in verbis:* **Auch Satzung der Recht.** vnde colligat aliquis; Vti iura communia, & interpretes communiter distinguunt inter falsificantem monetam Imperatoris, & falsificantem monetam alicuius inferioris Principis,

vel ciuitatis. Et hoc posteriori casu non igne puniri, sed pœna capitali *d.l.1.* (quam pœnam capitalem interpretantur, non de mortis, sed deportationis pœna Clar. *dicto vers. dixi etiam, ibi, falsificans autem monetam ciuitatis* Viuius *verbo monetam falsam Imperatoris.* Vigel. *cap.* 10. *reg.3.)* Ita etiam nouissimam hanc Constitutionem Imperij cum eadem distinctione & conditione intelligendam esse, *arg. eius, quod dicit Bartolus in l. cum quidam, ff. de his quibus vt indign.* Et quod dicitur; non potest referenti plus inesse, quam inest relato *Auth. si quis in aliquo,* vbi Bald. & Dd. *C. de edendo.* Nam ad hoc respondendum est ex superioribus, & quod in ipsis legibus non reperiatur diserte tradita illa distinctio. Et quamuis prædicta distinctio inter adulteratione monetæ summi Principis, & alterius Principis à Dd. sit excogitata, tantũ tamen abest, vt illa per Constitutionem Carolinam sit cõfirmata, vt potius ea prorsus sublata, eo ipso, quod ibidem tam in inscriptione, quam in contextu generaliter & absq; discrimine de adulteratoribus monetæ caueatur, eos igni puniendos esse. Petr. Wesenb. *consil. 46. per tot.* vbi ex professo in oblata sibi facti specie hanc quæstionem ita discutit & definit Sixtin. *in tract. de regalibus c.9. nu.96. & seqq.*

Præterea domus eorum, quas ad ministeria huius criminis scientes domini elocarint, fisco vindicantur. *vers.* **Die jhre Häuser wissentlich darzu leyhen/ dieselben Häuser sollen sie damit verwirckt haben.** Concordat *l.1. §. domus vero, C. de fals. monet.*

Qui vero iusti valoris & ponderis numismati, circũcidendo, & radendo, aut noua arte aliquid detraxerit, ademerit: aut sine priuilegio à maiestate Cæsarea impetrato monetã quis percusserit, is in vincula coniici, & pro cõmissi grauitate corporis pœna, vel si leuius peccarit, mulcta coërceri debet. *vers.* **Welcher aber der Müntz jhre rechte Schwere benimbt/ gefährlicher Weiß/** arbitrio iudicis, de quo Menoch. *lib.2. de arbitr. iudic. quæst. casu 316.* De eorum pœna, qui aureos rodunt, tractat Cuiacius 19. *obs.25.* Didacus Couarruuias *lib. de veter. numism. coll. cap. vlt. nu. vlt.* Clarus *§. falsum. vers. dixi & seqq.* Remus *in paraphr. h.* Neque distinguitur

hoc casu, si reus rescriptum ab Imperatore impetrauerit: quia hoc rescriptum censetur obreptitium *l. vlt. cum sua glossa, C. d. tit. de falsa moneta.*

Sin vero probatam quis grandiorem monetam reflauerit, & in fornacem coniectam resoluerit, vt minorem efficiat, itidem corporis pœna, vel mulcta pro ratione delicti, puniri potest: & magistratus in hoc consentiens, ius siue priuilegium monetæ cudendæ perdere iubetur. *vers.* Wo jrrgend einer eines andern Müntz. *Item vers.* So aber mit der Herrschafft Willen. Priuilegium enim meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. *c. priuilegium c. ipse & c. plerumq;* 11. *q.* 3. *cap.* 2. *extr. de postulat. Pralat.* Dyn. *in c. priuilegium. de reg. iur. in* 6.

ARTIC. CXII.

Pœna eorum, qui falsa instrumenta, sigilla, litteras, libros redituum, rationes, publicas accepti & expensi tabulas, indices falsos, falsa inuentaria, chirographa, conficiunt.

Straff der jenigen/ so falsch Siegel/ Brieff/ Vrbar/ Renth/ oder Zinßbücher/ oder Register machen.

WElch falsch Siegel/ Brieff/ Instrument/ Vrbar/ Renth oder Zinßbücher/ oder Register machen/ die sollen an Leib oder Leben/ nach dem die Fälschung viel oder wenig/ boßhafftig vnd schädlich geschicht/ nach Raht der Verständigen/ oder sonst/ als zu end dieser Ordnung vermeldet/ peinlich gestrafft werden.

Conscribens & conficiens falsa sigilla *l. falsi, §. ordine, ff. ad l. Cornel. de fals. l. maiorem & l. si falsos, C. eod.* Clar. *§. falsum vers. fabricans*

cans & seq. Grammat. *decis.* 27. Matth. de Afflict. *decis.* 21. falsas literas, instrumenta Mandell. *consil.* 99. *incip. dubitationes*, libros rationum, vel redituum annuorum, & censuum, tabulas publicas accepti & expēsi, falsos indices cōfecerit, cōscripserit: is si falsum cum irreparabili damno decepti, cōiunctum sit, (alias secus est, cum scilicet nullū alicui fit præiudicium, gl. *in l. damus, C. de fals.*) & manifesto dolo in ea re falsarius versatus sit, capitali supplicio: interdum membri mutilatione, ex consilio prudentum, pro circumstantiarum ponderibus puniri potest, de qua re Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. quæst. casu* 315. Remus *in paraph. hoc artic.* 112. Concordat *l. 1. §. qui rationibus l. Paulus* 16. §. *Paulus & l. quid si falsum* 23. *ff. ad L. Cornel. de fals. c. licet* 5. *Extr. de crimine falsi.* Clar. *d. §. falsum vers. sed quæro* 31. Gabriel. *lib.* 7. *conclus.* 6. *nu.* 18. Baptista à Villalob. *in lit. C. nu.* 205. Vigel. *cap.* 10. *reg.* 9.

ARTIC. CXIII.

Pœna eorum, qui pondere, mensura, vel adulteratis fucosisq́ue mercibus falsum commiserit.

Straff der Fälscher/ mit Maß/ Wag vnd Kauffmanschafft.

WElcher böߟlichen vnd gefährlicher Weiß/ Maß/ Wag/ Gewicht/ Specerey/ oder andere Kauffmanschafft/ fälschet/ vnd die für gerecht gebraucht vnd außgibt/ der soll zu peinlicher Straff angenommen/ jm das Land verbotten/ oder an seinem Leib/ als mit Ruthen außgehauwen/ oder der gleichen/ nach gelegenheit vnd gestalt der Vberfahrung gestrafft werden: Vnd es möcht solcher Falsch/ als offt gröߟlich vnd boßhafftig geschehen/ daß der Thäter zum Tode gestrafft werden soll/ alles nach Raht/ wie zu End dieser Ordnung vermeldet.

Qui fallendi animo pondera, mensuras, aridorum, liquidorum,

dorum, vel ipſas merces, aromata, & quidquid vænum dari ſolet, adulterat, ac pro bonis iuſtisq; diuendit, ad corporalem pœnam depoſci poteſt, vel vt in exilium mittatur, vel virgis cædatur, ſiue fuſtigetur: aut cõſimili aliqua pœna, quam magnitudo delicti, & frequentia maiorem exigit, vel minorem (ſi in re minima ſit) reddit, affici debeat. Nam ſi diu ſatis, & in magni pretij mercimoniis falſum dolo malo commiſerit, non iniuſtum, neq; legibus contrarium erit talem falſarium capitis damnari: vt tamen nihil niſi diſertiſſimis Juriſconſultis in conſilium adhibitis decernatur. Concordat *l. penult. ff. ad L. Cornel. de falſ. l. in Dardanarios* 6. §. *fin. ff. de extraordin. crimin. l. arbitrio* 18. §. *de eo, ff. de dolo malo c. vt menſuræ 2. extr. de empt. vendit.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. quæſt. caſu* 317. Weſenbec. *in paratt. ff. ad L. Cornel. de falſ. num. 9.* Remus *in paraph. h. artic.* 113. Vigel. *cap.* 10, *reg.* 10. Coler. *lib.* 1. *de alimentis cap.* 17, *nu.* 34.

Falſi etiam nominis vel cognominis adſeueratio pœna falſi coërcetur, maxime vero cum fit in alterius fraudem & iniuriam. *l. falſi nominis* 13. *ff. ad L. Cornel. de falſ.* Hinc cum carnifex quidam, honeſti viri & aduocati nomen ſibi arrogaſſet, ſeq; pro agnato publice iactitaret, falſo tamen & dolo malo, vt probi & nobilis viri exiſtimationem læderet, aut, ab eo pecuniam, ne id faceret, extorqueret, eum virgis cædendum & exilio mulctandum eſſe, Senatum Sabaudiæ putaſſe, ſcribit Faber *in ſuo Codice lib. 9. tit. 16. defin.* 1. Cęterum innocentibus & bonam mentem habentibus, mutatio nominis periculoſa non eſt. *l.* 1. vbi gloſſ. Dd. *C. de mutatione nominis.* Damhud. *in praxi criminali cap.* 123. *nu.* 10. Pet. Greg. Tholoſ. *lib. 36. Syntagm. cap.* 4.

ARTIC.

ARTIC. CXIV.

Pœna termini moti.

Straff der jenigen / die fälschlich vnd betrieglich Vntermarckung / Reynung / Mahl / oder Marckstein verrücken.

WElcher bößlicher vñ gefährlicher Weiß / ein Vntermarckung / Reynung / Mahl / oder Marckstein verrückt / abhawet / abthut / oder verändert / der sol darumb peinlich am Leib / nach Gefährligkeit / Größ / Gestalt vnd Gelegenheit der Sachen / vnnd Personen / nach Raht gestrafft werden.

Termini, siue limites sunt quæuis signa seu subsignacula, quæ agros ab inuicem dirimunt, aut lapides, aut palos, aut arbores: solent etiam Carbones substernere lapidi termino, qui limites figunt; qui Carbones in terra conditi non putrescunt, quod obseruasse Augustinum *lib.21. de ciuit. Dei cap.4.* scribit Remus *ad h. artic.114.* Hieron. de Monte *in tract. de finib. regundis cap. 34. & seqq.* Damhuder. *in pract. crimin. cap.127.* De pœna eius, qui dolo malo terminum lapidem, fines, sepes, fossas, arbores, columnas, vel quicquid distinguendorum dominiorum causa fit, collocatur, ponitur, statuitur, mutauerit, loco mouerit, effoderit, transposuerit, alueum fluminis termini alio direxerit, constituit Carolus V. *hoc artic.* 114. quod is pro atrocitate criminis, præsertim cum publicos amouerit terminos, vel capitali supplicio, vel mitius plectatur, aut castigetur. Concordat *l.1. l.2. & l.3. §. fin ff. de termino moto & l.1. C. de accusat.* Viuius *lib.1. comm. opin. in verb. terminos.* Remus *ad h. artic.* 114. Vigel. *cap.*10 *reg.*13. De casu in quo non agi potest de termino moto, nisi ciuiliter, tractat Faber *d. lib 9. Cod. tit.18. defin.2.*

ARTIC. CXV.

Pœna præuaricationis.

Straff der Procuratorn / so jhren Partheyen zu Nachtheil / gefährlicher / fürsetzlicher Weiß / den Widertheilen zu gut handeln.

SO ein Procurator fürsetzlicher / gefährlicher Weiß / seiner Parthey in Bürgerlichen vnd peinlichen Sachen zu Nachtheil / vnd dem Widertheil zu gut handelte / vñ solcher Vbelthat vberwunden würde / der sol zuförderst seinem Theil / nach allem vermögen / seinen Schaden / so er solcher Sachen halben empfäht / widerlegen / vnd darzu in den Pranger / oder Halßeisen gestellet / mit Ruthen außgehawen / deß Lands verbotten / oder sonst nach Gelegenheit der Mißhandlung in andere Weg gestrafft werden.

Præuaricator, dicitur Procurator, in & ad litẽ datus, qui dolo malo prodita causa clientis sui, seu ciuilis, seu capitalis fuerit, diuersam partẽ adiuuat, proprias probationes dissimulat, falsas excusationes, ꝓbationes, exceptiones, & cõsimilia, ꝓ cõsimilia admittit: qui causam aduersariis donat, eos in lite vincere, quib. superior esse poterat, patitur: spõte lite cõcedit; ex actoris parte in rei, vel cõtra it. *l. 1. §. 1. & §. præuaricat. ff. ad SC. Turp. l. 1. ff. de præuar.* Huius pœna est, ꝙ clienti suo iacturã omnẽ, quã inde fecerit, & omne cõmodum, quod nisi causa prodita fuisset, percipere potuisset, quantum eius intererit, restituere & resarcire damnatur; Deinde etiã publice in numellis, siue colũna publicationis exhibeatur: virgis cædatur; in exiliũ mittatur: aut his pari qua pœna afficiatur. Menoch. *lib. 2. de A. I. Q. casu 323* Rem. *in paraph. h.* Pœna autẽ arbitraria præuaricatori imponitur sine distinctione, vtrũ in ciuili, an criminali iudicio fuerit præuaricatus. *h. art. 115 §.* **in Bürgerlichen vnd peinlichen Sachen.** Cui cõcordat *l. 1. §. fin. & l. præuaricat. 3. §. quod si aduocato ff. de præuaric.* vbi aduocatus extra ordinẽ puniri iubetur, siue in publico, siue in priuato iudicio fuerit præuaricatus. Proprie tamẽ præuaricator dicitur is, qui cum publico iudicio accusaret, præuaricatus est. Non igitur aduocatus nomine proprie loquendo cõtinetur, nec is, qui priuato iu-

dicio agit. *l.* 1. §. *is autem, ff. ad SC. Turpill. & c. vlt.* §. *is autem præuaricator* 2. *q.* 3. Vigel. *c.* 6. *crimine* 17. *de præuaricatione.*

ARTIC. CXVI.

Sodomiæ pœna, siue eorum, qui contra naturam luxuriantur.

Straff der Vnkeuschheit/ so wider die Natur beschicht.

SO ein Mensch mit einem Vieh/ Mann mit Mann/ Weib mit Weib/ Vnkeuschheit treiben/ die haben auch das Leben verwirckt/ vnd man sol sie der gemeinen Gewonheit nach/ mit dem Fewer vom Leben zum Tod richten.

Crimen Sodomię est, quod cōtra naturam cōmittitur, cuiusmodi à Sodomis, vnde & nomen habet, originē traxisse, testātur sacra Biblia; & ob quod Sodomitæ ipsi igne cælesti, igne & sulphure absumti sunt. *Genes.* 19. *v.* 24. Tripliciter hoc crimen committi, scribit Damhud. *in prax. crim. c.* 69. *n.* 4. Primo, mastrupatione, quicunq; scil. venerea secreto secū exercent. Quod crimen exilio, aut alia pœna extraordinaria puniri potest. Secundo, si quis venerea exercet cū animantibus brutis, de quo *Leu.* 20. *v.* 15. *& h. artic.* 116. Tertio, cum quis venere abutitur cum hominibus, veluti, vir cum viro, fœmina cum fœmina. *ad Rom.* 1. *v.* 27. Hi omnes morte puniuntur nimirū igne & incendio *h. artic.* 116. Concordat *l. cū vir nubit.* 31. *C. ad L. Iul. de adult.* §. *itē lex Iulia de adult. Nou.* 77. *in pr. & Nou.* 141. *Itē c. adulterij c. offerebat c. flagitia & c. vsus* 32. *q.* 7. *c. clerici* 4. *de excess. prel.* Clar. *in* §. *Sodomia vers. sed quaro* 4. *item in* §. *fornicatio vers. cum animali* 27. *& vers. inter mulieres* 29. Fr. Viu. *lib.* 1. *comm. opin. in verb. mulieres, & in verb. Sodomia.* Gomez *in l.* 80. *Tauri nu.* 32. Menoch 2. *A. I. Q. casu* 286. Damhud. *in prax. crim. c.* 69. Mascard. *de probat. concl.* 1313. Remus *in paraph. h.* Vigel. *c.* 6. *crim.* 11. Coler. *decis.* 187. *nu.* 1. vbi scribit, Sodomiæ vitiū, quod contra naturam exercetur, in virginē, quæ forsan renuit pati copulā, exprimendo semen, puniri gladio Lipsens. *decis.* 441. *vol.* 2. vbi *num.* 2. addit: eandem pœnam etiam dictatam fuisse ei, qui vitium illud contra naturam, & venerē præposteram exercuerat *d. decis. Lips.*

Casum

Casum de quodam sutore, qui piscatoris filiam, quatuor duntaxat annorum vitiare conatus, recenset Virgilius Pingiz. *quæst.* 3. vbi *nu.* 4. pœnam fustigationis solummodo cum relegatione locum habere statuit: At contra, si quis cum puellula trium, quatuor, quinq; vel sex annorum tantum voluit coire, eum merito pœna capitali afficiendum tradit Clarus §. *stuprum nu.* 9. *vers. ego in hac specie facti vidi & seq.* vbi ita quendam Stephanum de Alre, qui cum puella nondum quatuor annorum voluit coire, 6. Septemb. Anno 1558. capite fuisse truncatum testatur, Berlich. *p.* 5. *concl.* 42. vbi per totum tractat late de pœna stuprantis puellam minorennem.

ARTIC. CXVII.

Pœna incestus.

Straff der Unkeuschheit/mit nahend gesipten Freunden.

So einer Unkeuschheit/ mit seiner Stieffmutter / mit seines Sohns Eheweib / oder mit seiner Stieffmutter treibt / in solchen/vnd noch nähern Sipschafften / sol die Straff / wie davon von vnsern Vorfahren/vñ vnsern Keyserlichen geschrieben Rechten gesetzt/gebraucht / vñ derhalb bey den Rechtsverständigen Rahts gepflegt werden.

Incestus est coitus inter consanguineos & adfines, qui iure prohibente matrimonium contrahere nequeunt. *c. lex* 36. *quæst.* 1. Hinc distinguitur inter incestum in sanguine, siue inter consanguineos, & inter incestum in adfinitate admissum. Ille grauius, hic leuius punitur. D. Cothm. *resp.* 48. *nu.* 18. *vol.* 3. Nam quamuis inter interpretes non adeo expeditum videatur, qua pœna incestus in sanguine, & quidem inter ascendentes & descendentes, puniri debeat: quibusdam existimantibus, hoc casu nullam

pœnam

pœnam capitalem irrogari posse, ideo quod lex deficit, & non licet aliquem sine lege interficere. Modest. Pistor. *quæst.92. nu.6. & nu.*10.*post princ.p.2.* Jac. Thoming. *decis.43.nu.*1. *& seq.* Rectius tamen statuitur, pœnam mortis debere imponi; quippe ea iure diuino est imposita *Leuit.20.v.*11. Wesenbec. *in paratt.ff. ad L. Iul. de adult. nu.22. in med. vers. nisi nefario coitu.* Farinac. *in pract. crimin. p.4. tit.16. quæst.149 num.*14. *& num.61.* Baiard. *ad Clar. in §. incestus num.*3. *ibi, & coitus inter ascendentes & num.* 4. Menoch. *de arbit. iud. quæst. casu 502. nu.1. & seq. num.4. & nu.*39. Tessaur. *decis.100. num.4.* Sed cum illi genus mortis non exprimunt; tutius est, si eiusmodi incestuosi pœna gladij afficiantur. Wesenb. *in paratt. ad L. Iul. de adult. num.22. vers. nisi nefario coitu.* Coler. *decis.174. num.7.* generaliter enim traditur; quod eadem sit pœna incestuosi, quæ est adulterij, per text. *in l. miles 11. §. militem 1. ff. ad L. Iul. de adult.* Faber. & Mynsing. *in §. item lex Iulia de adulteriis.* Thoming. *decis.42. num.3.* Modest. Pistor. *quæst.92. num.*1. *& seq. p.2.* quod ipsum pœna gladij vindicari, notissimi iuris est text. *in l. quamuis 30. in fin. C. ad L. Iul. de adult.* quæ assertio quoad ascendentes & descendentes in infinitum vsq; procedit. Farinac. *in pract. crimin. p.4. tit.16. quæst.*149. *num.6. consultat. tom.*1. *p.4. q.73. num.* 2. Et sic amplissima Facultas iuridica Lipsensis pœnam capitis dictauit patri, qui cum propria filia consueuerat. Modest. Pistor. *quæst.92. nu.*17. *p.2.* Thoming. *decis.*42. *nu.19.* Late de hac quæstione Berlich. *concl.*32. *p.5. per tot.*

Quoad incestum inter collaterales, videndum est; An collaterales vtrinque soluti inter se incestum committant, an vero coniugati. Priori casu, quæ pœna locum habere debeat, non vna est eadem sententia, quibusdam pœnam adulterij, puta, mortis dictantibus. Menoch. *de arbitr. iud. quæst. casu 502. nu.14. cum seq. & num.*31. *nu.34.* Coler. *decis.234. num.8. p.2.* Boër. *decis.318. nu.*3. *sub fin.* quibusdam directo cōtrarium statuentibus. Thoming. *decis. 42. nu.6. n.*23. *& seq.* Farinac. *in praxi crimin. p.4. tit.6. quæst.149. p.*1. Quibusdam vero mediam viam tenentibus, & cōcludentibus, eiusmodi incestuosos collaterales vtrinq; solutos pœna fustiga-

 tionis

tionis & deportationis seu relegationis puniēdos esse. Vincent. de Franchis *decis. 378. n. 1. & seq. p. 2.* Tessaur. *decis. 100. nu. 5.* Modestin. Pistor. *q. 92. nu. 3. & 4. p. 2.* Menoch. *de arbit. iud. quæst. casu 502. nu. 39. & seq.* Manser. *in §. si aduersus 12. Instit. de nupt. sub fin. vers. item aduerte etiam. post princ.* Quæ opinio etiam placet D. Cothm. *resp. 48. nu. 43. vol. 3.* & Thoming. *decis. 42. nu. 6. & 20.* & Berlich. *d. conclus. 33. nu. 5.* ad rationem: Quia si aliam pœnam grauiorem, puta, gladij hoc in casu dictaremus, nulla esset differentia inter incestum ab ascendentibus & descendentibus, & inter incestum à collateralibus commissum, quod tamen verum non est. *l. 38. §. 1. & §. seq. ff. ad L. Iul. de adult.* Quinam ab hac pœna incestus excipiantur, tradit Berlich. *d. loc. q* 33.

Crimen incestus, quod à coniugatis committitur, & crimen adulterij sibi cōiunctum habet, punitur pœna mortis: quia pœna adulterij hodie est capitalis *l. quamuis 32. in fin. C. ad L. Iul. de adult. Nou. 134. c. 10.* multo magis itaq; erit capitalis, si incestus concurrit. Iac. Menoch. *de arbit. iud. quæst. casu 502. nu. 35. & seqq.* Clar. *§. incestus nu. 2. vers. & est verum.* Tessaur. *decis. 190. nu. 3. sub fin. vers. & quando cum alia specie.* Damhuder. *in pract. crimin. cap. 94. num. 3.* Boër. *decis. 318. nu. 5.* Coler. *decis. 174. num. 5. p. 1.* Menoch. *d. casu 502. nu. 31.* Berlich. *concl. 34. nu. 4.* Quamuis autem alias in honorem matrimonij pœna vltimi supplicij remittatur, casu quo coniux innocens adultero, vel adulteræ ignoscat, ei sese reconciliando; tamen si incestus commissus sit, gratificationi, vel remissioni coniugis non esse locum, sed ordinariam pœnam imponi, scribit Colerus *decis. 174. nu. 18.* vbi addit: Ita pronunciasse Lipsenses contra vitricum stuprantem priuignam *decis. 191. vol. 2.* hisce adiectis: Et nos eandem pœnam dictauimus ei, qui vxore conflictante cum morbo gallico, cognouerat sororem coniugis, ita, quod ad vxoris intercessionem peruenire non possit. Quod verum est, si eo tempore, vbi talis concubitus incestuosus committebatur, ille, qui ad intercessionem alterius coniugis liberari sperat, fuit actu coniugatus, & ligatus; alias si fuit solutus, & intermedio tempore ad matrimonium transiit, intercessio & re-

con-

conciliatio bene sibi locum vendicat, ad hoc, vt pœna ordinaria remittatur, clam tamen virgis cædi in carcere non prohibetur, veluti ita Scabinos Lipsenses ad cõsultationẽ Prętoris Lipsensis Hieronymi Molleri pronunciasse testantur Modestin. Pistoris *quæst. 92. nu. 23. vers. nisi maritus cui postea nupta esset, & seq. vsq. ad fin. p. 2.* & Jac. Thoming. *decis. 42. nu. 20. vers. nisi coniuges, vel mariti, & seq. vsq. ad fin.* Propterea, quod ille solutus adhuc incestus crimen commisit, atque adeo in suam coniugem nihil deliquit Thoming. *d. decis. 42. nu. 26. sub fin. vers. præterea quod. & seq.* & alter coniux sibi imputare debet, quod matrimonium cum ea persona, quæ iam vitiata erat, contraxit, & eius conditionem diligentius non explorauit. *l. qui cum alio 19. ff. de reg. iur.* Berlich. *d. quæst. 34. nu. 30.*

Deniq; inter affines quoq; se inuicem commiscentes committi incestum, indubium est. *c. 1. vers. inquisita vero. ext. de consang. & affin. c. nullam in fin. c. æqualiter 35. quæst. 2. & 3. c. lex illa. §. cum ergo verb. incestus 36. quæst. 1. §. affinitatis. Instit. de nupt. l. nemini, C. de nupt. l. adoptiuus, §. nunc videamus & l. vlt. de rit. nupt.* De pœna autem in hoc casu incestus, itidem non vna est omnium sententia; quibusdam pœnam capitalem constituentibus Paul. Chirland. *in tract. de pœnis omnifar. coitus quæst. 3. num. 5.* Placa *tract. de accusat. tit. 3. nu. 15.* Quibusdam solam fustigationem rectius decernentibus Clar. *§. incestus nu. 2. & seq.* Boër. *decis. 318. nu. 5.* Berlich. *concl. 85. nu 3.* vbi hanc assertionẽ probat hac ratione: Quia incestus inter collaterales, & inter affines cõmissus æquiparatur, & pari passu ambulat. *l. vlt. vers. qui vero ex latere eam duxit, quam vetatur, vel affinem, ff. de ritu nupt.* at modo dictum, quod incestus inter collaterales fustigatione duntaxat puniatur. Berlich. *concl. 35. nu. 3.* Hinc etiam D. Cothm. *resp. 48.* captiuo cuidam, qui cum priuigna sua incestum commisit, nõ pœnam capitis, sed fustigationis & perpetuæ relegationis decreuit. Quam sentẽtiam eleganter defendit, refutatis contrariis *d. loc. nu. 40. & seqq.* De muliere, quæ se à filiæ sponso carnaliter cognosci patitur, tractat Colerus *decis. 234.* vbi scribit, pœnam relegationis fuisse impositam matri

per ſententiam Jenenſium *nu.7*. Et ex his puto conſtare de mente articuli *huius* 117. Quibus addo Vigelium *cap.6.crimine 12.de inceſtu.*

ARTIC. CXVIII.

Pœna raptus virginum, aut nuptarum.

Straff der jenigen / ſo Eheweiber / oder Jungfrawen entführen.

So einer jemand ſein Eheweib / oder ein vnverleumbde Jungfraw wider deß Ehemanns / oder deß ehelichen Vatters willen / einer vnehrlicher Weiß entführet / darumb mag der Ehemann / oder Vatter / vnangeſehen / ob die Ehefraw / oder Jungfraw / jhren Willen darzu gibt / peinlich klagen / Vnd ſol der Thäter / nach Satzung vnſer Vorfahren / vnd vnſer Keyſerlichen Rechten / darumb geſtrafft / vnd derhalben bey den Rahtsverſtändigen / Rahts gebraucht werden.

Raptus eſt, quoties quis virginem, viduam, monialem, aut aliam honeſtam mulierem libidinis explendæ cauſa improbe & per vim abducit, *c.raptus 27.q.2.c.raptus & c. lex illa 36.q.*1. Clar.*in §.raptus in pr.* Damhuder. *in prax.crimin.cap.95.* Hoc crimen raptus grauiter punit Juſtinianus Imperator: conſtituit namque vltimum ſupplicium, data nihilominus poteſtate parentibus & maritis, vt raptores calente facinore deprehenſos liceat occidere. *l.vnic.in pr.C.de rapt. virgin.* Faciunt *l.ſi quis non dicam rapere & l.raptores virginum, C.de Epiſc.& Cler.§ item lex Iulia. Inſtit. de publ.iudic.l.qui cœtum 5.§.fin.ff.ad L.Iul. de vi publica Nou.123.§.ſi quis aſcetriam.* Fr. Viuius *lib.*1. *comm.opin.in verbo, Raptor in pr.* Clar. *in d.§.raptus.verſ.ſed quæro, & in §.fornicatio.verſ.vltimo.* Eaq; pœna locum ſibi vendicat, etiamſi virgo ipſa in raptum conſentiat, vel etiam parentum conſenſus poſtmodum acceſſerit, *d.l.vnic.C.de rapt.*

rapt. virg. l. 5. §. fin. ff. ad L. Iul. de vi public. d. l. raptores. 54. h. artic. 118. vers. vnangesehen / ob die Ehefraw. Clar. *d. §. raptus. versic. adde quod* 3. Schneidw. *ad §. 8. versic. sin autem nu. 3. Instit. de publ. iud.* Mascard. *de probat. concl. 1253. num. 27.* Omnino autem necesse est, virginem libidinis explendæ causa raptam esse: quo respicit hæc Constitutio Carolina *h. artic. 118. ibi,* vnehrlicher Weise. Si itaq; quis propriam sponsam suam, puta, cuius causa legitimus de matrimonio consensus præcessit Abb. *in c. fin. extr. de raptorib.* rapuerit, ex iuris Canonici æquitate, raptus hæc pœna cessare videtur. *d. c. fin. ext. de raptorib. d. c. lex illa 36. q. 1. c. si quis virginem d. loc.* In ea vero sponsa, quæ adhuc sub patria potestate constituta, patre inuito rapta est, iuris ciuilis sanctio merito obseruatur. Decian. *in tract. crimin. lib. 8 cap. 7.* Farinac. *consil. 33. nu. 41.* At raptum non committi in virginem abductam causa matrimonij, consentientibus agnatis, licet inscio, aut inuito curatore, probat Faber *in suo Codice lib. 9. tit. 9. defin. 1.* Deniq; capitalem gladij pœnam raptori non esse irrogandam, si ipse raptam virginem non cognouerit, communior est Dd. sententia, per *d. l. vnic. in pr. C. de raptu virgin.* vbi dicitur, raptorem ob eam potissimum causam mortis supplicio damnandum esse: quod virginitas, vel castitas per ipsum sublata restitui non possit: quæ ratio cum in non cognita militare nequeat, sed cesset; cessare quoque debet legis dispositio *l. adigere 6. §. quamuis. ff. de iure patron.* Faber *in suo Codice d. tit. 9. defin. 1. num. 1.* vbi scribit: raptum etiam in volentem & consentientem puellam committi posse, siue nimirum illa ab initio, siue ex post facto consenserit, Clar. *§. raptus num. 3.* adeoq; licet is, qui rapuit mulierem, non tamen carnaliter eam cognouerit, quia forte id commode facere non potuerit. Nam si potuit, nec voluit, excusandus vtiq; est à pœna ordinaria, non tamen ab extraordinaria, eaque grauissima. Clar. *d. loc. nu 4.* Denique, qui meretricem rapuit, hunc raptorem non esse pœna raptus ordinaria, sed extraordinaria arbitrio iudicis puniendum, recepta est Dd. opinio, arg. *l. qua adulterium 29. C. ad L. Iul. de adult.* per text. *in d. l. vnic. C. de rapt. virg.* vbi habetur, raptores virginum honestarum vltimo

mo supplicio afficiendos esse. Si itaq; non fuerint honestæ virgines, siue mulieres, sed meretrices, in illis non habebit locum dispositio Dd. *in d. l. fin.* Menoch. *de arbit. iud. quæst. casu* 291.

ARTIC. CXIX.

Pœna stupri per vim illati.

Straff der Nohtzucht.

SO jemand einer vnverleumbden Ehefrawen / Wittwen / oder Jungfrawen mit Gewalt / vnd wider jhren Willen / jhr Jungfräwlich / oder Fräwliche Ehr nehme / derselbig Vbelthäter hat das Leben verwircket / vnd sol auff Beklagung der Benötigten in Außführung der Missethat / einem Räuber gleich / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tod gericht werden. So sich aber einer solchs obgemeltes Mißhandels freventlicher vnnd gewaltiger Weiß / gegen einer vnverleumbden Frawen / oder Jungfrawen / vnter stünde / vnd sich die Fraw / oder Jungfraw sein erwehrete / oder von solcher Beschwernuß sonst errettet würde derselbig Vbelthäter sol auff Beklagung der Benötigten / in Außführung der Mißhandlung / nach Gelegenheit vnd Gestalt der Personen / vnd vnterstandenen Mißthat gestrafft werden / vnnd sollen darinn Richter vnd Vrtheiler Rahts gebrauchen / wie vor in andern Fällen mehr gesetzt ist.

Inter raptum itemq; stuprum violentum differentiam esse, patet, vel ex ipsa diuersa voce & etymologia, itemq; arguit diuersitas titulorum, siue articulorũ in hac Constitutione Carolina, vti videre est *ex artic. praeced.* de pœna raptus, *& hoc articulo*, qui est de pœna stupri per vim illati. Deinde raptus vt plurimum ea intẽtione fit, vt quis puellam, quam licite cum consensu parentum & cognatorum habere nõ potest, per vim capiat, & in vxorem habeat, *c. illa lex 2. sub fin. vers. vt corrupta in vxorem habeatur 6. q. 1. d. l. vnic.* §. 1 *sub fin. vers. oportet enim, C. de rapt. virg.* Wesenb. *in* §. *sin autem. Instit. de publ. iudic. nu*, 2. at stuprum violentum solum

modo

modo libidinis explendæ causa committitur. Præterea ad raptus crimen pro forma essentiali etiam requiritur, vt mulier per vim rapta transducatur de loco ad locum, *d.c. illa lex 2. sub fin. vers. raptus admittitur cum puella 36. q.* 1. at in stupro sufficit sola compressio. Wesenb. *d. loc. nu.* 2. Clar. §. *raptus nu.* 1. *vers. & hac conductio.* Deniq; differunt etiam pœnis. Heg. *q.* 82. *nu.* 38. *ibi, exemplum esto stuprum.* Quamuis enim stuprum violentum nō minus, quam raptus capitaliter puniatur; in raptu tamen præter pœnam capitalem etiam confiscatio bonorum aliquando imponitur, *d.l. vnic.* §. 2. *C. de rapt. virg.* Farinac. *in pract. crim. p.* 4. *tit.* 16. *quæst.* 145. *num.* 10. Plures differentias tradit Berlichius *conclus.* 41. *in pr. & passim in num. seqq.* Cæterum, quod stuprum violentum, vti modo dictum, capitaliter siue vltimo supplicio & morte naturali gladio puniatur, constituit etiam Carolus V. *hoc artic.* 119. *ibi,* **derselbe Vbelthäter hat das Leben verwirckt / vnd sol einem Rauber gleich / mit dem Schwerdt vom Leben zum Tod gericht werden.** Quod etiam iuri ciuili communi consentaneum est. *l.* 1. §. *qui puero, ff. de extraord. crim. l. mariti* 29. §. *vltim. ff. ad L. Iul. de adulter.* iunct. *l. qui cætu* 5. §. *vlt. ff. ad L. Iul. de vi publ. &* §. *item lex Iulia* 4. *vers. sed eadem lege Iulia. Instit. de public. iudic.* Pingiz. *quæst.* 3. *num.* 2. Plane si conatus fuerit sine effectu, quia forte id commode facere non potuerit, cessat pœna vltimi supplicij & arbitrio iudicis punitur *hoc art.* 119 *vers.* **So sich aber /** ibi, **vnd sich die Fraw / oder Jungfraw / seiner erwehrete / oder von solcher Beschwernuß sonst errettet würde / ꝛc.** Clar. *d.* § *raptus. vers. sed quod si* 4. Vigel. *cap.* 61. *crimin.* 7. *in fin.* Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. casu* 291. *in fin. & casu* 360. *num.* 33. *& casu* 288. *per tot.* Wesenbec. *in d.* §. *sin autem. Instit. de public. iudic. nu.* 4. *post princ.* Ludou. à Piguera *decis.* 7. *num.* 5. *& seq.* Quæ tamen pœna extraordinaria exasperari solet, si præter conatum etiam aliqua violentia realis, & actu permanens fuerit adhibita, veluti Anno 1550. cuidam, qui in via publica per vim attentauit puellæ pudicitiam, & eam cum repugnantem opprimere non posset, gladio vulnerauit, nō solum pœnam fustigationis, sed etiam amputationem manus Wittenbergenses dictasse refert Coler.

decis. 126.*num.*109.*ibi eandem pœnam p.* 1. Late hac de re Berlichius *d. concl.* 41.*per tot.* Cæterum mulier per vim ſtuprata nullam infamiæ maculam incurrit, ſed inuiolatæ exiſtimationis permanet, *l. fœdiſſimam* 20.*verſ. quin etiam inuiolata exiſtimationis eſſe, C. ad L. Iul. de adult. l. ſi vxor* 13.§.*quos plane ſub fin. verſ. cæterum, quæ vim patitur l. vim paſſam* 39.*ff. eod. l.* 1.§.*remouet* 6.*ff. de poſtul.* vſque adeo, vt illa mulier, quæ ante ſtuprum violentum virgo fuit, non prohibeatur ſertum, vel coronam virginitatis in capite portare, nec caput peplo quodam ad inſtar reliquarum violatarum & nuptarum tegere cogatur, **mag nicht weniger den/ ob ſolches nicht geſchehen/ in Jungfräwlichem Schmuck/ vnd mit dem Krantz offentlich gehen/ vnnd nicht/ als eine geſchwächte Dirne/ oder Hur/ mit dem Schleyer gedeckt werden möge.** Franc. Pfeil. *conſil.* 147.*per tot. cent.* 2. Quod procedit, niſi impręgnata ſit, vterumq; gerat, & prolem pariat; quo caſu certe non immerito caput eius ad inſtar reliquarum nuptarum tegitur, & ſertum, vel coronam in capite portare prohibetur. Deinde licet crimen ſtupri violenti quinquennio non præſcribatur, *l. mariti* 29. §.*vlt. in fin. ff. ad L. Iul. de adult. d. l. qui cœtus*, §.*vlt. in fin. ff. ad L. Iul. de vi publ.* vicennio tamen ad inſtar reliquorum criminum recte tollitur. *l. querela* 20. *C. de falſis.* Berlich. *d. concl.* 41.*nu.* 68.

Artic. CXX.

Pœna adulterij.

Straff deß Ehebruchs.

So ein Ehemann einen andern/ vmb deß Ehebruchs willen/ den er mit ſeinem Eheweib verbracht hat/ peinlich beklagt/ vnd deß vberwindet/ derſelbig Ehebrecher/ ſampt der Ehebrecherin/ ſollen nach Sag vnſer Vorfahren/ vnd vnſer Keyſerlichen Rechten/ geſtrafft werden.

Item!

Item / daß es auch gleicher Weiß / im Fall / so ein Eheweib jhren Mann / oder die Person / damit der Ehebruch vollnbracht hätte / beklagen wil / gehalten werden sol.

Adulterium aliquando committitur à viro coniugato, & 1
fœmina nupta, quod dicitur adulterium duplex, quia nimirum vterq; ipsorum, thorum alienum fœdat, & proprium violat. Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. adulterium num. 2.* Et hoc duplex adulterium Saxones vocant **Oberhurerey: Wann ein Mann / so selbst ein eheliches Weib hat / sich zu einer andern leget. Landrecht.** *lib. 2. artic. 13. in gl. sub verbis :* **Vnd die in Ehebrecherey begriffen werden.** Aliquando autem adulterium committitur inter virum solutum, & fœminam coniugatam; vel inter maritum, & fœminam innuptam. Et hoc adulterium dicitur simplex, quia alterutra persona rea sit soluta, vel vidua. Hinc quidam tribus modis committi adulterium dicunt; *Primo*, inter coniugatum & fœminam nuptam: *Secundo*, inter virum coniugatum, & mulierem solutam: *Tertio*, inter virum solutum, & mulierem coniugatam. Clar. *d. §. adulterium num. 2.* Farinac. *in praxi crim. p. 4. tit.* 10. *quæst.* 141. *nu.* 77. *vers. facit communis distinctio, & num. seq.* Menoch. *consil.* 249. *& seq. lib. 2.*

Notandum tamen est, adulterium, si proprie loquamur, 2
esse alienæ matrisfamilias corruptionem, *l. fugitiuus 225. ff de verbor. signif.* siue alterius thori violationem; vel coitum cum aliena vxore factum, *l. inter liberas 6. §.* 1. *& l. stuprum 34. §.* 1. *ad L. Iul. de adult l. inter stuprum* 101. *in pr. de verb. sign.* vnde apparet, adulterium in nuptam tantum committi. Quippe, quod respiciendum sit ad personam patientem, non agentem; & agere dicendum virum, & fœminam pati Aristot. *lib. 5. de animalib.* Cuiac. *ad tit. C. ad L. Iul. de adult. & in Nou. 22.* Quin & nomen ipsum indicat, quæstionem adulterij ad eam iniuriam pertinere, qua fit transitus ad alterius thorum, vel ad alterum thorum, adeoq; alterius familiæ stirpes adulterinæ inseruntur, per *d. l. inter 6. §. 1. l. stuprum 34. §. 1. ad L. Iul. de adult.* Et esse hanc indubitatam senten-

tiam patet ex Claro *in d.* §. *adulterium nu.2.* Heg. *q.29. nu.9. p.2.* sed videamus de singulis modis ordine.

3 Primo modo, si coniugatus cum alterius coniuge rem habeat, adulterium est improbum, imo duplicatum adulterium, quia duplex thorus violatur. Clar. *d. loc.* Quo casu: si maritus quem de adulterio, reum capitis peregerit, is adulter eaq; adultera, secundum saluberrimam Constitutionem *in l. quamuis*, §. *vlt. C. ad L. Iul. de adult. &* §. *item lex Iulia. Instit. de publ. iud.* hac Constitutione Carolina morti debitæ addicuntur, gladioq; puniuntur. Sane Justinianus iure nouissimo hanc pœnam capitalem fœminis remisit, *Auth. sed hodie, C. ad L. Iul. de adult.* quæ desumpta est *ex Nouell.* 134. *cap.* 10. *&* 12. qua cautum est, vt fœminæ non plectantur capite, sed virgis cæsæ & rasę in monasterium detrudantur. Ratio differentiæ, cur putarit lenius agendum cum fœmina, quam cum mare; est infirmitas & fragilitas sexus: per quam fit, vt facilius in adulterij crimen mulier, quam vir prolabatur. Est enim mulier mala merx, quæ cito corrũpitur. Simplicitas quoque digna fauore fuit. Cur autem in monasterium mulier detrudi iubeatur; ratio est, spes emendationis. Non enim constitutæ sunt pœnæ, nisi in hominum emendationem. *l. si pœna* 20. *ff. eod. tit. c. gaudemus. de conuersat. coniug.* Rittersh. *ad Nou. p. 12. cap. 5. nu. 15. & 16.* Faber *lib. 9. C. tit. 7. defin.* Verum hanc pœnam non vsurpari, sed eadem pœna moribus nostris fœminam adulteram plecti soleri, qua mas adulter, notat & attestatur Joach. à Beust. *de connubiis p. 2. cap. 18. vers. hodie vero pœna adulterij.* & Hermannus Vultei. *ad d.* §. *item lex Iulia nu. 7. Instit. de publ. iudic.* Nec immerito: tum quia sacra Scriptura differentiam sexus hac in parte omnino respuit, & impudicitiam mulierum non minus coërcet, quam virorum. Et impudicitiam mulierum longe detestabiliorem fœdioremq; esse in muliere, tralatitium est, arg. *l. 1. C. de mulier. quæ seru. prop.* iunct. *l. vlt. C. comm. de manumiss.* quippe, quod & maior castitas in vxore, quam in masculo requiratur, gl. *in l. palam*, §. *quæ in adulterio, ff. de ritu nupt.* Godd. *ad d. l. 101. num. 4.* ne dicam, virum & vxorem non debere ad imparia iudicari, & quod in cor-

in correlatiuis sit eadem dispositio *c. in coniugio 32. quæst. 1. l. 1. C. de cupress. lib. 11.* Sichard. *consil. crim. 3. nu. 16. & seq.*

Semper tamen in puniendis delictis consuetudo loci attendenda est. Fichard. *consil.* 112. *& consil.* 115. Cum constet, plerisque in locis, statutis municipalibus, vel vsu, vel Constitutionibus superiorum iudicum, adulteros non pœna capitali, sed pecuniaria tantum, vel alia extraordinaria & arbitraria puniri. Clar. *d. §. adulterium nu. 7. vers. sed quicquid sit & seq.* Menoch. *lib 2. de arbitr. iudic. quæst. cent. 5. casu 419. num. 74. & seqq.* Farinac. *in pract. crim. p. 4. tit. 16. quæst. 141. nu. 72. & seqq.* allegati à Berlichio *p. 4. concl. 27. num. 21.*

Secundo modo, quando vir ligatus seu vxoratus, cum innupta seu soluta, vel vidua rem habet, tunc de iure canonico vere etiam adulterium committitur, & pœna adulterij de illo iure sancita locum habet, text. *in c. nemo blandiatur 4. vers. nec hoc solum est adulterium c. meretrices* 11. *vers. sed si non omnis fornicatio 32. quæst. 4.* Farinac. *d. p. 4. quæst. 141. tit. 16. num. 81.* Clar. *d. §. adulterium num. 2. vers. de iure autem Canonico* Joan. Sichard. *consil. crimin. 3. num. 6. & seqq.* 4

Quin etiam de iure ciuili idem videtur dicendum, adulterium scilicet committi, & pœnæ capitali locum esse: prout Basilius Monnerus Jurisconsultus *in tract. de matrimonio p. 5. cap. 2. num. 4.* vbi de adulterio disputat, rationibus ex ipsis legibus petitis euincere conatur, maritum cum soluta persona coëuntem, committere adulterium. Sed illi respondet Berlichius *d. conclus. 27. num 48. & seqq.* Sic & Nicolaus Vigelius *cap. 6. crimine 8. de adulterio*, statuit, maritum cum soluta adulterium committentem, eadem pœna, qua vxor adultera, puniri *ex Constit. Carolin. h. artic. 120. vers.* daß es auch gleicher Weiß/ ꝛc. sed quando verba illius articuli recte attenduntur, illud tantum exinde patet, quod mulier possit virum criminaliter accusare; at de pœna nihil additum esse. Heg. *q. 29. nu. 17. & seq p. 2.*

Verius itaq; est in hoc casu, neq; ex parte viri, neq; ex parte mulieris, dici adulterium, nec locum habere pœnam adulterij,

ſed tantum ſtuprum, & ideo ſolummodo pœna ſtupri, puta, fuſtigationis, vel relegationis temporalis, eiusmodi adulteros puniendos eſſe: quam ſententiam Dd. indubitatam dicit Clarus *d. §. adulterium nu. 2. verſ. cæterum quando vir.* Heg. *d. quæſt. 29. num. 5.* Coler. *deciſ. 176. nu. 21.* & alij allegati à Berlichio *d. concl. 27. nu. 46.* Eaq; probatur per *l. inter liberas 6. §. 1. ff. ad L. Iul. de adult.* vbi expreſſe dicitur, quod adulterium in nuptam tantum committatur. Item per *l. ſi vxor 13. §. ſed & in ea 2. verſ. ſi vidua eſſet, ff. eod. l. eum, qui duas 18. verſ. veruntamen ei, qui de facto cælibatu, C. eod. l. fugitiuus 225. in med. ff. de verbor. ſignific.* vbi adulterium propriè dicitur, ſi quis alienam matremfamilias, & ſic nuptam corrumpit. Heg. *d. quæſt. 29. nu. 6. & ſeqq.* Quæ aſſertio vſque adeo vera eſt, vt vir, qui cum muliere, quam putat eſſe viduam, ſeu ſolutam, quæ tamen erat nupta, rem habet, ſolummodo hac pœna, & non alia grauiori, puniatur. Baiard. *ad Clar. d. §. adulterium nu. 32. ſub fin. & nu. 100.* Farinac. *p. 4. pract. crim. tit. 16. q. 141. nu 97. & ſeqq.*

Tertio modo, ſi vir eſt ſolutus, mulier vero coniugata, ſeu nupta, tunc eadem eſt pœna gladij, quæ in primo caſu obtinet;
5 quia ſcilicet cum alterius vxore conſueſcit, in alienam familiam liberos propagat, eamq; contaminat. *l. 1. §. vlt. ff. de vent. inſpic. l. inter liberos 6. §. 1. verſ. propter partum ex alieno conceptum ff. ad L. Iul. de adult.* Clar. *d. §. adulterium nu. 2. verſ. propriè vero adulterium.* Et quod adulterium propriè committatur, & conſequenter etiam pœna adulterij propriè ſic dicti locum habeat, licet vir ſit cælebs, & vxorem non habeat, probat *l. inter liberos 6. §. lex ſtuprum 1. ff. ad L. Iul. de adult. l. inter ſtuprum 101. de verb. ſign.* Beuſt. *in tract. connubiorum p. 2. c. 17. verſ. quando cælebs.* Monner. *tract. de matrim. p. 5. cap. 3. nu. 10. & ſeq.* Heg. *q. 29. nu. 19. & ſeq. part. 2.* Coler. *deciſ. 176. nu. 10. p. 1.* Berlich. *d. concl. 27. num. 34. & ſeqq.* vſq; adeo, vt etiam is, qui cum ſoluta cõcumbit, quam putat eſſe nuptam, eadem pœna teneatur. Farinac. *d. p. 4. tit. 16. quæſt. 141. num. 102. ibi è contra autem.* Berlich. *d. loc. num. 36.*

ARTIC. CXXI.

Pœna digamiæ, & consequenter polygamiæ.

De Bigamia Vide Mrunck: de arbitr. judic. quæst. centur. 4. cas. 420. folio 604.

Straff deß Vbels/das in Gestalt zweyfacher Ehe geschicht.

SO ein Ehemann ein ander Weib / oder ein Eheweib ein andern Mann/ in Gestalt der heiligen Ehe bey Leben deß ersten Ehegesellen nimbt / welche Vbelthat dann auch ein Ehebruch/ vnd grösser/ dann dasselbig Laster ist. Vnd wiewol die Keyserlichen Recht/ auff solche Vbelthat kein Straff am Leben setzen : So wöllen wir doch/welcher solches Lasters betrieglicher Weiß/mit Wissen vnd Willen/Vrsach gibt/vnd vollnbringet/daß die nicht weniger/dann die Ehebrüchigen/peinlich gestrafft werden sollen.

Si quis maritus, vel vxor, consorte & socio vitæ adhuc superstite, aliam vxorem, vel alium maritum superinduxerit, illud crimen adulterio maius siue grauius, eandemq; cum adulterio pœnam mereri, censet Carolus V. *hoc artic. 121.* Quod tamen intelligi debet de bigamia, cum adulterio coniuncto, puta, si coniugatus, coniugatave se alteri iungat. Modest. Pistor. *consil. 42. num 37. lib 2.* Schneidw. *ad §. item lex Iulia. Instit. de publ. iu dic. num. 2.* prout etiam Carolus V. bigamiæ pœnam capitalem, expresse ad coniugatos restringit, his verbis; So ein Ehemann ein ander Weib / oder ein Eheweib ein andern Mann/ in Gestalt der heiligen Ehe/ bey Leben deß ersten Ehegesellen nimbt/ ꝛc. Et hinc patet, non recipiendam esse opinionem Matthæi Wesenbecij *in paratt. ff. ad L. Iul. de adult. nu. 8.* vbi statuit: eo tamen casu pœnam capitalem locum habere, si quis alterius vxorem priori superinduxerit; secus vero esse, si quis duxerit solutam, & quod is tantum stupri crimine & pœna obligetur: quippe, quod Constitutio

hæc generaliter loquatur, eamq; distinctionem non admittat, vnde verius concluditur, tam in fœmina, quam in mare, capitale crimen esse, siue solutam, siue ligatam, siue ligatum, siue solutum quis quæve superinducat matrimonium, reipsa dupliciter contrahendo. Præterea hoc etiam ex prædictis deducitur: hanc pœnam capitalem bigamiæ, ad sponsum, sponsam aliam superinducentem extendi nõ posse, *l. miles* 11. §. *quærebatur, ff. ad L. Iul. de adult.* vnde Angelus *in tract. de malefic. in verbis, che hai adulterato* dicit, Interpretes in interpretatione *l. eum, qui duas* 18. *C. ad L. Iul. de adult.* grauiter errare. Et recte: quippe, quod Carolus V. eam pœnam capitalem gladij restringat ad coniugatos, *vti modo dictum, d. l. cum, qui* 18. *& l.* 2. *C. de incestis & inutilib. nupt. c. gaudemus* 8. *quia vero. ext. de diuort.* Clar. §. *fornicatio vers. dicitur etiam* 30. Vigel. *cap.* 6. *crimine* 9. *de bigamia.* Fichard. *consil.* 115. *nu.* 4. *&* 5. *vol.* 2. Thoming. *consil.* 12. *nu.* 33. *vol.* 2. Virgil. Pingiz. *q.* 8. *nu.* 8. Coler. *decis.* 176. *nu.* 80. *& seq. p.* 1. Modest. Pistor. *cons.* 42. *nu.* 33. *& seq. vol.* 2. Berlich. *concl.* 28. *p.* 4. Notandum autem est, quod Carolus V. dicit, vt quis de hoc crimine capitali supplicio afficiatur, requiri, illud dolo malo perpetratum ac perfectum, *his verbis*: **Welcher solches Laster betrieglicher Weiß/ mit Wissen vnd Willen / Vrsach gibt / vnd vollnbringet.** Quod ita reddit D. Remus: In eos, qui quæve matrimonium contraxerint cum aliis, viua coniuge, vel viuo marito, & debito reddito pfecerint, verba itaq; *perpetrauerint ac perfecerint*, exaudiri debent de debito reddito, siue de commixtione reali nõ etiam de festiuitate nuptiali, aut deductione in templum, vti putat Moller. *p.* 4. *ad Constit. Elect. Saxon. cap.* 20. Cum itaq; dolus in hoc crimine, vt maxime attenditur, exinde deducitur; si vel vir, vel vxor, putans coniugem suam decessisse, nuptias iterauerit, eum eamve à pœna excusari: vti etiam is eave, qui quæve cum coniugato coniugatave nuptias contrahit. *d. l. eum, qui* 18. *& l. miles* 11. §. *mulier item l. penult. ff. ad L. Iul. de adult.* Clar. *d.* §. *fornicatio. vers. sed pone* 31. Vigel. *d. cap.* 6. *crim.* 9. *except.* 1. *& seq.*

ARTIC.

ARTIC. CXXII.

Pœna mariti & parentum, qui vxorem liberosq; suo lenocinio alienæ prostituunt libidini.

Straff der jenigen/ so jhre Eheweiber/ oder Kinder/ durch böses Genieß willen/ williglich zu vnkeuschen Wercken verkauffen.

SO jemand sein Eheweib/ oder Kinder/ vmb einigerley Genieß willen/ wie der Namen hat/ williglich zu vnehrlichen/ vnkeuschen vñ schändlichen Wercken gebrauchen läst/ der ist Ehrloß/ vnd sol/ nach Vermögen gemeiner Rechten/ gestrafft werden.

Quia parentes & mariti castitatem colere, & ex se natos ad morum puritatem vitæq; innocentiam educare & edocere debent; adeoq; grauiter peccent parentes, qui liberos suos pudoris spoliant bono; idcirco constituit Carolus V. Imperator *h. artic.* 122. vt qui vxorem liberosve suos scelerati alicuius lucri, vel quæstus causa, ad libidinem explendam alij turpiter prostituerit, infamia notatus, iure communi constitutam subeat pœnam. Remus *in paraph. h. artic.* 121. Parẽtes itaq; proprias filias suas turpis quæstus causa prostituentes, vltimi supplicij pœna affici volunt. *Nou.* 14. *de lenonib. h. artic.* 102. Damhud. *in pract. crim. c.* 91. *n.* 4. *vers. aut filiarũ.* Lud. à Peguer. *decis. crim.* 15. *n.* 10. Farin. *p.* 4. *in pract. crim. tit.* 16. *q.* 144. *§. parentes n.* 57. *& seqq. & n.* 63. Quia enim extraneus leno pœna mortis punitur: ergo multo magis parens, cum lenocinium parentum in filias sit multo grauius, & magis turpe, quam aliorũ extraneorum. Farin. *d. q.* 144. *§. parẽtes n.* 52. Berlich. *concl.* 4. *n.* 6. *&* 55. *cum seq.* Quam sentẽtiam, pro decernenda pœna mortis, approbauit etiã Augustus Elect. *p.* 4. *cõst.* 29. *post pr.* vbi Moller. Eaq; pœna obtinet, non solum, si quis filiam virginem,

ſed etiam ſi quis viduam proſtituit. Farinac. *d.quaſt.144.§.parentes nu.65.* Ludou. à Pegunera *d.deciſ.15. in adit. nu.16. verſ.ſed etiam quando viduam.* vel etiam filiam naturalem tantum Menoch. *de arbit.iud.quaſt.caſu 534.nu.9.* Farinac. *d.loc.num.64.* Peguner. *d.loc. nu.16. verſ.ſed etiam quando naturalem.* Et hæc de pœna parentum ſuas filias proſtituentium. Ad ipſas vero filias, quod attinet, illæ ſi ſunt nuptæ, vel aliis coniugatis proſtituuntur, pœna ordinaria adulterij plectuntur: ſi vero vtraq; perſona, tam filia proſtituta, quam vir, cui proſtituitur, libera & ſoluta fuerit, arbitrarie, vel carcere, vel relegatione punitur. Moller. *ad conſtit. Elect.29. §.2. num.3.part.4.* Quod ſi maritus vxorem ſuam proſtituit, iſte tanquam adulter puniendus eſt, per text. *in l.auxilium 37. §. vltim. ff. de minorib. l.2. §.lenocinij 2. l.qui domum 8. in fin. l.mariti 29. in pr. & §.plectitur 4. & §.ſeq. ff. ad L. Iul. de adult.* Farin. *d.q.144. §. pœna lenocinij nu.5. & §.maritus nu.70. & ſeq.* Ludo. Peguner. *d.deciſ.crim.15. nu.6.* Pet. Gregor. *lib.36. Syntagm. cap.11. nu.8.* nimirum pœna gladij, per text. *in d.Nou.14. de lenonib. §.præconizamus & ſeq.* Farinac. *d.loc.nu.71.* Berlich. *d.concl.4.num.24 & ſeqq.* vbi late hanc materiam tractat. At Clarus *in §.fin. q.68. verſ. lenones 23.* tradit: pœnam mortis non eſſe amplius in vſu. Et in quibusdam locis conſuetudine peculiari aliam pœnam inductam probant allegati à Berlichio *d.concl.40.nu.27. & 2.ſeqq.* Definitur lenocinium, (vt & hoc addam) *in l.athletas 4. ait prætor, ff. de his, qui not.infam.* in hæc verba: Lenocinium facit, qui quæſtuaria mancipia habuerit. Sed & qui hunc quæſtum in liberis fœminis exercet, in eadem cauſa eſt. Proinde ſi maritus de adulterio vxoris, vel contra vxor de adulterio mariti quid acceperit, tanquam leno punitur. *d.l.2. §.lenocinij d.l qui domum. l.vlt.C.de ſpectaculis l.ſi lenones* 12. *C.de Epiſc. audient. & d.Nou.14.* Clar. *§.fin. quæſt.68. verſ. lenones 23.* Vigel. *cap.6. crimine* 10.

ARTIC. CXXIII.

Pœna lenociniȷ, & quorum ope, auxilio consiliove adulteria conciliantur.

Straff der Verkuplung/ vnd helffen zum Ehebruch.

NAch dem zum offternmal die vnverständigen Weibsbilder/ vnd die vnschuldigen Mägdlein / die sonst vnverleumbde ehrliche Personen sind/ durch etliche böse Menschen / Mann vnd Weiber/ böser betrieglicher Weiß darmit jhn jhr Jungfräwlich/oder Fräwliche Ehr entnommen / zu sündlichen / fleischlichen Wercken gezogen werden / dieselben boßhafftigen Kupler vnd Kuplerin / auch die jenigen/ so wissentlicher / gefährlicher vnd boßhafftiger Weiß jhre Häuser darzu leyhen / oder solches in jhren Häusern zubeschehen gestatten / sollen nach Gelegenheit der Verhandlung vnd Raht der Rechtsverständigen / es sey mit Verweisung deß Lands / Stellung in Pranger / Abschneidung der Ohren/oder Außhawung mit Ruhten/oder anderm gestrafft werden.

Accusatio de adulterio & stupro non solum aduersus eum, qui adulterium, vel stuprum commisit, sed etiam aduersus eum, cuius ope & consilio crimen cõmissum est: item aduersus eum, qui domum adulterio committendo præbuit, cõpetit, *h. art.* 123. Lenones itaq; lenæve, quorum ope & opera stupra, adulteria conciliantur, committuntur, nec non ij, qui scientes domos suas in id præbent, *Nou* 134. *§. si quando l. libellorum*, *§. sed et si*, *ff. de accusat.* pro delicti qualitate publice in loco ignominioso, veluti columna publicationis positi, vel relegandi, vel virgis fustigandi, aurium præcisione puniendi. *h artic.* 123. *l. qui domum* 8. *in pr. & l. hæc verba* 12. *ff. ad L. Iul. de adult. Nou.* 134. *§. si quando adulterium l. auxilium* 37. *§. vlt. vers. aut domum præbuerit ad id ff. de minorib.* Farinac.

 d. quæst.

d.quæst.144 nu.29. nu.42. & seqq. Clar. §. *vlt. q.68. vers. lenones.* Menoch. *lib.1. de arbit. iud. quæst. cap.* 88. *num.16.* Damhud. *in praxi crim. c.91.* Berlich. *d. conclus.40. nu.55. & nu.61. & 64.* In quibus locis de pœna lenocinij pluribus agitur.

ARTIC. CXXIV.

Pœna proditionis.

Straff der Verrähterey.

WElcher mit boßhafftiger Verrähterey mißhandelt / sol der Gewonheit nach / durch Viertheilung zum Tod gestrafft werden. Were es aber ein Weibsbild / die sol man ertrencken. Vnd wo solche Verrähterey grossen Schaden / oder Ergernuß bringen möchte / als die / so ein Land / Statt / seinen eygen Herrn / Bettgenossen / oder nahend gesipten Freund betreffe / so mag die Straff durch Schleiffen / oder Zangenreissen / gemehrt / vnd also zu tödlicher Straff geführt werden. Es möchte auch die Verrähterey also gestalt seyn / man möcht einen solchen Mißthäter erstlich köpffen / vnd darnach viertheilen / das Richter vnd Vrtheiler / nach Gelegenheit der That / ermessen vnd erkennen / vnd wo sie zweiffeln / Raht suchen sollen. Aber die jenigen / durch welcher Verkundschafftung / Richter / oder Obrigkeit die Vbelthäter zu gebürender Straff bringen möchten / das mag ohn Verwirckung einiger Straff geschehen.

Qui odiosum & atrocissimum crimen proditionis machinatur, molitur, tractat, is consuetudine recepta, fere in quatuor partes dissecatur. Si fœmina fuerit, aqua suffocabitur, clemẽtius itaq; fœmina punitur, quã vir, idq; propter naturæ imperfectionem. *l.6. ff. ad L. Iul. pecul. l.38. §.2. ff. ad L. Iul. de adult. l.5. C. ad L. Iul. maiest.* Quod si eiusmodi proditione de capite & salute sua periclitetur Princeps: (Proditio autem fere & proprie contra Principem, vel Rempublicam fieri dicitur *l. omne, §. exploratores, ff. de re milit.* Blanc. *de iudic. nu. 193.*) magistratus, feudi dominus, coniux,

iux;aut cognati, vel etiam ciuitas, aut prouincia tota in periculum adducatur, augeri pœnam Reipublicæ intereſt: vt, vel quadrigis in diuerſum actis dilaceretur, vel trahæ impoſitus proditor forcipibus candentibus aduratur: Atq; hoc ſummum ſuſtineat ſupplicium. Nonnunquam etiam, mitius ſi plecti debeat, capite prius amputato, nihilominus poſtea truncus quatuor in partes diſcindetur. Quod cordatorum iudicum arbitrio & Jureconſultorum ſententiæ committitur. Proditorum vero appellatione non veniunt, quorum vtili alioqui opera magiſtratus in requirendis reis, ſiue facinoroſis neceſſario vtitur, quos diuina vindicta ad pœnas meritas expoſcit; & idcirco in eos hæc pœna minime quadrat. Cæterum ab his excluduntur exploratores, qui ſecreta renunciant hoſtibus; qui cum pro proditoribus & hoſtibus omnino habeantur, etiam horum pœnis ſubiiciendi ſunt. *l. 38. §. 1. ff. de pœn. d. l. omne, §. exploratores l. proditores, ff. de re milit.* Clar. *§. fin. q. 67. nu. 4. 5.* Cuiac. *14. obſ. 34.*

ARTIC. CXXV.

Pœna incendiariorum doloſorum.

Straff der Brenner.

Item / die boßhafftigen / vberwundenen Brenner / ſollen mit dem Fewer vom Leben zum Tod gericht werden.

Hic articulus tractat de incendiariis, qui dolo & ex propoſito, data opera & malitioſe, ſcientes prudentes, vel inimicitiæ, vel prædæ cauſa incendunt. Circa pœnam autem horum incendiariorum, diſtinguitur iure ciuili, an incendium in ciuitatibus, aut in caſtris & villis eſt commiſſum. Priori caſu, ſi incendium eſt in ciuitatibus commiſſum, & tunc, ſi incendiarius eſt vilis perſona, & incendium magnum, debet tradi beſtiis & comburi. *l. qui ædes 9. & l. vltim. §. qui data opera 1. ff. de incend.*

ruin.nauf. Mynsing. 6. *obseru.* 88. *nu.* 5. *vers. tunc siquidem in ciuitate & num. seq.* Gail. 2. *obser.* 22. *num.* 6. Rauchb. *quaest.* 10. *nu.* 7. *in pr. p.* 2. si vero incendium est paruum, tunc incendiarius debet decapitari. *l. capitalium* 28. §. *incendiarij* 12. *de poen.* Schneidw. *in* §. *capite tertio. Instit. de L. Aquil. nu.* 5. *vers. si vero non est magnum.* Quod si incendiarius est nobilis, vel alias in dignitate constitutus, tunc, si incendium, in ciuitate commissum, est magnum, decapitatur; si vero est paruum, deportatur. *l. vlt.* §. *qui data opera* 1. *ff. de incend. ruin. naufr.* Mynsing. *d. obs.* 88. *nu.* 7. *ibi, quod si incendiarius.* Rauchb. *d. quaest.* 10. *nu.* 7. *post princ.* Posteriori casu si incendium in villa est commissum, & tunc si incendiarius est vilis persona, & incendium magnum, debet decapitari. *l.* 1. *in pr. & l. si quis dolo* 10. *ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. data opera* 11. *C. de his, qui accus. non poss. l. capitalium* 28. §. *incendiarij* 12. *vers. qui vero casu, ff. de poen.* Myns. *d. obs.* 88. *nu.* 8. *ibi, sin vero incendium.* Rauchb. *d. q.* 10. *nu.* 7. *vers. qui vero extra oppidum.* Si incendium, à vili persona in villa commissum, sit paruum, tunc debet tantum deportari. Schneidw. *d. loc. num.* 5. *vers. secundo quando.* Quod si vero incendiarius, qui in villa incendium commisit, est persona egregia, & in dignitate posita, & tunc si incendium est magnum, deportatur; si vero est paruum relegatur. *d. l. capitalium* 28. §. 1. & §. *incendiarij* 12. *ff. de poen.* iunct. *l. vlt.* §. 1. *in fin. ff. de incend. ruin. naufr.* Myns. *d. obser.* 88. *num.* 8. *vers. sin honesta.* Berlich. *concl.* 24. *nu.* 1. & 9. *seqq. p.* 4. At hoc iure Carolino non distinguitur, an incendium fuerit factum in ciuitate, an in villa, an à vili, vel honestiori persona, sed simpliciter sancitum est, vt incendiarij dolosi ignis & flammarum supplicio afficiantur, & viui comburantur. *h. artic.* 125. Rauchb. *d. q.* 10. *nu.* 7. *vers. ordinatione vero Carolina.* Gail. 2. *obs.* 22. *num.* 6. *vers. & ex constitutione criminali.* Coler. *decis.* 186. *nu.* 1. *p.* 1. Beust. *in l. admonendi* 31. *ff. de iureiur. n.* 1179. *in med. vers. debent autem incendiarij.* Clar. §. *fin. q.* 68. *vers. incendiarij* 20. *cum vers. seq.* De incendio, quod culpa vel negligentia, vel casu fortuito exortum, quomodo puniatur, tractat Berlichius *concl.* 25. *per tot.* & Vigelius *cap.* 6. *crimine* 18. *Except.* 1. *cum seq.*

ARTIC. CXXVI.

Pœna grassatorum.

Straff der Rauber.

EIn jeder boßhafftiger / vberwundener Räuber / sol nach vermög vnser Vorfahren / vnnd vnser gemeiner Keyserlichen Rechten / mit dem Schwerdt / oder / wie an jedem Ort in diesen Fällen / mit guter Gewonheit herkommen ist / doch am Leben gestrafft werden.

Hic articulus loquitur de grassatoribus, qui differunt à latronibus, vt patet ex *l. capitalium, §. grassatores & §. famosos, ff. de pœn.* Latrones sunt, qui grassando homicidia fecerunt: Grassatores sunt, qui ex proposito vi armata in publicis viis, cũ ferro aggrediuntur, & pecuniis, vestibus, aliisq; rebus suis sine homicidio exspoliant. *d. l. capital.* Quibus etiã piratæ in mari nauigantium securitatem turbantes, pares censentur, & pari pœna plectendi. *l. 3. §. Labeo scribit, ff. de incend. ruin. naufr.* Nec non agrorum nocturni depopulatores. *l. 1. l. 2. C. quando liceat vnicuiq; sine iudice se vindic.* Latrones hodie Rotæ supplicio afficiuntur: at grassatores, si de crimine conuicti sint, gladij, aut alia consueta pœna modo tamen capitali, puniuntur *h. artic. 126. l. in eadem lege 3. ff. ad L. Iul. de vi publ. l. nec interest 3. in princ. ff. ad L. Iul. de vi priu. l. capitalium 28. §. famosos. ff. de pœn.* Non vero in pœna decernenda rei à grassatore ablatæ quantitas & valor in considerationem venit, cum Carolus V. hoc non determinet, sed generaliter & indistincte loquatur. Et sic in Galliis, grassatores, qui viatori etiam tantillum pecuniæ in via regia extra vrbes vi armata extorquẽt, vltimo supplicio affici; vt & moribus Mediolanensiũ, qui vnum nummum aureum, pœna mortis affici, notat Bodinus *lib. 2. de Republ. cap. fin.* Cæterum non solent grassatores vltimo supplicio & pœna mortis puniri nisi omnia & singula ista concurrant,

vt scilicet & cum ferro aggrediantur & spoliare instituerint, & sæpius adeoq; in itineribus hoc admiserint *d. l. capitalium, §. grassatores, ibi, vtiq; si sæpius, & §. famosos.* Faber. *lib. 9. Cod. tit. 24. defin. 7. nu. 3.* Hinc quibusdam, qui eiusmodi delictum attentarint, sed non perfecerunt, pœnam relegationis decreuit Fr. Pfeil. *resp. 153. nu. 5.* Quæ relegationis pœna, siue ea sit perpetua, siue temporalis, non est minima: quippe, quod ad existimationem pertineat, & ex causa publici iudicij, qualis est L. Juliæ de vi, vel etiam priuati, famosi tamen, qualis est vi bonorum raptorum, *l. 1. ff. de his, qui not. infam. l. infamem, ff. de publ. iudic.* imposita perpetuam conciliat infamiam, *d. l. capitalium in pr. & d. l. 1. d. l. infamem.* vnde & qui hac affectus est pœna, militare non potest, ne pœna quidem cessante, nisi & quoad infamiam sit de futuro transactum. *l. 4. § ad tempus, §. adulterij, ff. de re milit.* Quin tamen magistratus, vel Judex grauiorem etiam pœnam imponere possit, si nimirum multis personis grassantibus exemplo opus est, non dubitandum est, teste Claudiano *in l. aut facta, §. fin. ff. de pœn.* Quoniam acerbitas plerumq; vlciscendi maleficij, bene atque caute viuendi disciplina est. Gell. *lib. 20. Noct. Attic. cap. 1.* Fr. Pfeil. *d. cons. 153. & cons. 135.*

Artic. CXXVII.

Pœna seditiosorum.

Straff der jenigen / so Auffruhr deß Volcks machen.

So einer in einem Land/Statt/Oberkeit/oder Gebiet / gefährliche / fürsetzliche vnnd boßhafftige Auffruhren deß gemeinen Volcks/wider die Oberkeit macht/vnd das also auff jhm erfunden würde/ der sol nach Größ vnd Gelegenheit seiner Mißhandlung/ je zu Zeiten mit Abschlagung seines Haupts/ gestrafft / oder mit Ruhten gestrichen/ vnd auß dem Land/ Gegend/ Gericht/ Statt/ Flecken / oder Gebiet / darinnen er die Auffruhren erweckt / verweist werden / darinn Rich-

Richter vnd Vrtheiler gebührliches Raths / damit niemands vnrecht geschehe/vnd solch böszliche Empörung verhüt/pflegen sollen.

Quicunq; in prouincia, territorio, ciuitate, castro aliquo, dolo malo & ex proposito, ad seditionem, tumultum, armatorum concursum, contra quietem & disciplinam mobile vulgus excitarit: & de hoc crimine legitimo sit conuictus; is pro criminis ratione nonnunquam gladio, interdum etiam virgis cædi, & in perpetuũ exilium ex ea prouincia, territorio, ciuitate, castro, in qua seditionis tempestatem concitarit, expelli debet, si nimirum circumstantiæ mitigationem requirant; quod intelligendum est, non de auctoribus, qui cogunt populum, & coacta multitudine, vociferatione quid petunt à populo, vel Principe, sed de seductis, & quos excusat simplicitas excusat. *l. 2. C. de sedit. hoc artic. 127.* vbi Remus. Vti autem pœnam aliquando mitigari dictũ, ita quoq; interdũ pœna durior & asperior locũ habet, cum hoc crimen multa cõmunia habeat, cum proditione & perduellione *sup. artic. 24.* Vnde intelligitur, quod nam sit crimen, itemq; quæ pœna seditiosorum authore Carolo V. Quo faciunt etiam textus *in l. in eadem lege 3. ff. ad L. Iul. de vi publ. l. nec interest 3. in pr. ff. ad L. Iul. de vi priu. l. capitalium 28. §. famosos ff. de pœnis.* Pet. Wesenb. *consil. 40. nu 8. & 9.* Potissimum vero in ædibus sacris seditiosis, aut tumultuose quidpiam tentãtibus vltimum supplicium, hoc est, ademptionem animæ minatur. *l. denunciamus, C. de his, qui ad Eccl. confug.* Quam legem, etsi Dd. de religiosis domibus seu templis tantum intelligunt, nihil tamen vetat, & ad curiam senatus, ac tribunal iudicis aliaq; loca administrationi quietis publicæ destinatam, protendere, vti videtur Fr. Pfeil. *consl. 138. sub num. 3.* Omnino autem animaduertendum est, vnde seditio originem traxerit, nempe an senatores, vel officiarij ob parum diligẽtem administrationem iustitiæ, vel bonorum ciuitatis, aut alias in culpa sint. Quo in casu Principi incumbit, eam rem vtrinq; moderari, & sua prudentia consopitam reddere. Damhud. *in praxi crim. c. 63, nu. 9.*

ARTIC. CXXVIII.

Pœna eorum, qui animo alios offendendi, à domo sua profugiunt.

Straff der jenigen/ so böߟlich außtretten.

NAch dem sich vielfältig begibt/ daß muhtwillige Personen/ die Leut wider Recht vnd Billigkeit betrohen/ entweichen vnd außtretten/ vnd sich an End/ vnd zu solchen Leuten thun/ da muhtwillige Beschädiger Enthalt/ Hülff/ Fürschub vnd Beystand finden/ von denen die Leut je zu Zeiten wider Recht vnnd Billigkeit mercklich beschädigt werden/ auch Fahr vnd Beschädigung von denselben leichtfertigen Personen warten müssen/ die auch mehrmals die Leut durch solche Drohe vnd Forcht/ wider Recht vnd Billigkeit dringen/ auch an Gleich vnd Recht sich nicht lassen benügen/ derhalben solche für rechte Landzwinger gehalten werden sollen: Hierumb/ wo dieselben an verdächtliche End/ als obstehet/ außtretten/ die Leut bey ziemlichem Rechten vnd Billigkeit nicht bleiben lassen/ sondern mit bemeltem Außtretten/ von dem Rechten vnd Billigkeit zubetrohen/ oder schrecken vnterstehen/ dieselben/ wo sie in Gefängniß kämen/ sollen mit dem Schwerd/ als Landzwinger/ vom Leben zum Tod gericht werden/ vnangesehen/ ob sie sonst nichts anders mit der That gehandelt hätten. Deßgleichen sol es auch gehalten werden/ gegen den jenigen/ die sich sonst durch etliche Werck mit der That zuhandeln/ vnterstehen. Wo aber jemand auß Forcht eines Gewalts/ vnnd nicht der Meynung gemeynt/ vom Rechten zutringen/ an vnverdächtliche End entwich/ der hat dadurch diese vorgemelte Straff nicht verwirckt/ Vnd ob darinn einigerley zweifel eynfiel/ sol vmb weiter Vnterrichtung/ an die Rechtsverständigen/ oder sonst/ wie hernach gemelt wird/ gelangen.

Vis publicæ species est, vis der Landzwinger vnd Außtretter/ Reichs Abschied *de Anno* 1555. qui nimirum non tantum cædem & atrocia

atrocia quæq; aliis quiete degentibus minari, ſed &, domicilio ſuo derelicto, ad loca ſuſpecta & ad illos profugere, iisq; ſe aſſociare audent, à quibus receptati ope auxilio adiuuentur, quo innocentes ſæpe homines, eo loci, qua iter facere ſciunt, manu potentiore aggrediantur, & ad iniuſtas cõditiones, & pacta iniqua ineunda adigant, vel inſigni alio afficiant damno. Hi pro aggreſſoribus & pacis publicæ violatoribus haberi, & gladio vltore puniri debent, ex Conſtitutione Carolina *h. artic.* 128. Pet. Heg. *p.2.q.32.nu.9.* Eodem modo, qui ſigna hoſtilia & diffidatoria ſuſpẽdunt, ſcopas, titiones, aut carbones, aut eiusmodi ſimilia vulgo Brandzeichen/ in pagis, vel oppidis affigunt, & illis ipſis tantum detrimenti incendio ſe allaturos minitantur, vt ædificia pagorum combuſta, & in cinerem redacta ſcopis conuerri poſſint, minas autem illas non exequuntur, pœna gladij ordinaria puniendi ſunt, *ex hoc artic.* 128. vbi Remus. Berlich. *concl.* 21. *nu.* 17. *& 18. p. 4.* Ab hac pœna excipiuntur, qui metus cauſa patriam, aut domicilium relinquunt. *h. artic.* 128. *verſ.* Wo aber jemand.

ARTIC. CXXIX.

Pœna concuſsionis.

Straff der jenigen / ſo die Leut böߧlich bephedẽn.

WElcher jemand wider Recht vnnd Billigkeit muhtwillig bephed / den richtet man mit dem Schwerdt / vom Leben zum Tod. Doch/ ob einer ſeiner Fehde halb von vns/ oder vnſern Nachkommen am Reich/ Römiſchen Keyſern/ oder Königen/ Erlaubnuß hätte / oder der / den er alſo befehdet / ſein / ſeiner geſipten Freundſchafft/ oder Herrſchafft/ oder der jhren Feind were / oder ſonſt zu ſolcher Fehde rechtmäſſig getrungen / Vrſach hätte / ſo ſol er auff ſein Außführung derſelben guten Vrſachen peinlich nicht geſtrafft werden. In

 ſolchen

solchen Fällen vnd Zweiffeln / sol bey den Rechtsverständigen / vnd an Enden vnd Orten / wie zu End dieser vnser Ordnung angezeigt / Rahts gebraucht werden.

Qui contra leges, æquitatem, & pacem publicam, temere alterum vi, dolo, concutit, aut bellum alij infert, gladij pœna afficiendus est; *h. artic. 129. in pr.* Qua pœna etiam plectuntur, qui literas diffidationum scribunt, vel concipiunt, ex Constitutione Ratisbonæ Anno 1594. promulgata, *vers.* **Dergleichen die sich die verbottenen sträfflichen Fehde / vñ Absagsbrieff zuschreiben / gebrauchen lassen / nicht weniger / als der Diffidant selber / nach deß Reichs Ordnung / mit vnnachlässiger Straff sollen angesehen / vñ angehalten werden.** Quin & diffidationes Cõstitutionib. Imp. de Ann. 1552. & 1555. sunt sublatæ, *vers.* **Vnd darauff haben wir alle Fehd vnd Verwahrung / durch das gantze Reich auffgehaben / vnd abgethan / ꝛc.** Schurff. *consil. vlt. circ. fin. lib. 3.* Recte itaq; temere contra quid attẽtans, quasi de fracta pace accusatur, & vltimo supplicio punitur; quod ipsum etiam iuri communi est consentaneum. *l. qui dolo 10. §. hac lege ff. ad L. Iul. de vi publ. l. 2. ff. ad L. Iul. de vi priuata l. si crimen 4. §. sed quoniam, C. eod. tit. l. lex 12. tabularum 3. §. eadem lege, ff. ad L. Iul. maiest. & l. vnic. C. vti armorum vsus inscio.* Excusantur autem ab hac pœna diffidationis, qui consensu Imperatoriæ Maiestatis bellum alicui intulerunt, *h. artic. 129. vers.* **Doch / ob einer seiner Fehd halb / ꝛc.** quippe, quod solus Imperator ius habeat belli indicendi. *l. 3. §. eadem lege, ff. ad L. Iul. maiest. l. neminem 17. C. de re milit.* Quin & legibus Imperij Imperator ipse sine Statuum Imperij assensu bellum rite non indicit, vti patet ex deductis per Hegium. *lib. 1. q. 12. nu. 29.* Excusatur itidem à prædicta pœna, qui suo suorumve hosti bellum inferunt. *h. artic. 129. vers.* **Oder der / den er also befehdet.** Et qui vim vi repellunt, aut aliam iustam belli causam habent, *hoc artic. 129. vers.* **oder sonst zu solcher Fehde rechtmässig gedrungen.** Concordat *l. 1. §. vim vi ff. de vi & vi arm. l. factum 197. §. non videtur, ff. de reg. iur.* Vigel. *c. 6. crim. 2. specie 3.*

ARTIC. CXXX.

De homicidijs: quorum alia atrocitatem in se habent; nonnulla leuiora sunt: ob quædam etiam, pœna nulla irrogatur. Ac primum de venenariis, eorumq́ pœna.

Folgen etliche böse Tödung/ vnd von Straff derselbigen Thäter. Vnd erstlich/ von Straff derer/ die mit Gifft/ oder Venen/ heimlich vergeben.

WEr jemand durch Gifft/ oder Venen/ an Leib/ oder Leben beschädiget/ Ists ein Mannsbild/ der sol einem fürgesetztē Mörder gleich mit dem Rad zum Tod gestrafft werden. Thet aber ein solche Missethat ein Weibsbild/ die sol man ertrencken/ oder in ander Weg/ nach Gelegenheit/ vom Leben zum Todt richten. Doch zu mehrer Forcht andern/ sollen solch bößhafftige/ mißthätigen Personen/ vor der endtlichen Todstraff geschleifft/ oder etlich Griff in jhre Leib mit glüenden Zangen gegeben werden/ viel oder wenig/ nach Ermessung der Person vnd Tödtung/ wie von Mord deßhalb gesetzt ist.

Venenarius, hoc est, qui veneno ex malo proposito hominem enecat, aut qui venenū necandi causa sciens præparat, habet, vendit, latronis instar, viuus rota contunditur, si vir sit: sin fœmina venefica fuerit, aquis suffocanda, aliove violento mortis genere, delicti & circumstantiarum habita ratione, neci tradenda *h. artic.* 130. Constituit Carolus V. pœnam atrociorem, quam ius cōmune, quo pœna gladij dictatur: quippe, quod plus sit hominē veneno extinguere, q̃ gladio occidere, ex rescripto

Imp. Antonini Aug. *l. 1. C. de Mathemat. & malef.* Quin & hæc pœna, cum crimen ſit frequentius, ſi opus ſit, exempli ſtatuendi gratia augeri poteſt; vt nimirum venenarius dum ad ſupplicium deducitur, trahæ imponatur, & forcipibus candentibus ter vel quater pro atrocitate delicti, aduratur, *h. artic.* 130. vt alij deterreantur, *l. bona fides in prin. verſ. vltim. ff. depoſ. l. omne, §. qui in acie, ff. de re milit. l. ſi quis, §. qui abortionis verſ. mali, ff. de pœn.* Pro augenda itaque pœna debet haberi ratio delicti & circumſtantiarum, vti modo dictum, itemq; perſonarum delinquentium. Et ſic filius, qui vt patrem, vel matrem necaret, venenum emit, quo tamen vti non poteſt, pœna parricidij punitur. *l. 1. in fin. ff. ad L. Pomp. de parricid. l. vnic. ibi, fata præparauerit, C. de his, qui parent. vel lib. occid.* Weſenb. *in paratt. ff. ad L. Pomp. de parricid. nu. 7.* Denique, eos, qui paſcua veneno inficiunt, vnde pecora, vel homines perire poſſint, hac eadem pœna à Carolo V. conſtituta puniendos eſſe, non ambigitur, Moller *p. 4. Conſtit. 18. nu. 1. verſ. quamuis conſtitutio criminalis.* Multo magis is tali pœna ignis quoq; dignus erit, qui fontes, cereuiſiam, vel ſimilia veneno inficit, vnde homines enecantur, per text. *in l. nemo 5. ſub fin. C. de malefic. & mathemat.* Coler. *deciſ. 180. num. 6. poſt med. & num.* 11. *p. 1.* Berlich. *concluſ. 26. num.* 12. *p. 4.* vbi dicit, à Scabinis Lipſenſibus, quendam, qui dolo malo cereuiſiæ dum coquebatur, venenum miſcuerat, ad precium domino ſoluendum Anno 1559. condemnatum, & inſuper igni adiudicatum fuiſſe: cuius ſententiæ etiam meminit Daniel Moller. *p. 4. conſtit.* 12. *num. 7. in med. verſ. quamuis olim contrarium. & verſ. ſeq.*

ARTIC.

ARTIC. CXXXI.

Pœna matris, quæ infantem ſuum occidit.

Straff der Weiber/ ſo jhre Kinder tödten.

WElche Weiber jhre Kinder/ ſo das Leben/ oder Gliedmaß empfangen haben/ heimlicher/ boßhafftiger/ williger Weiß ertödten/ die werden gewöhnlich lebendig begraben/ vnd gepfälet. Aber darinnen Verzweiffelung zuverhüten/ mögen dieſelbigen Vbelthäterin/ in welchem Gericht die Bequemlichkeit deß Waſſers darzu vorhanden iſt/ ertrenckt werden. Wo aber ſolches Vbel offt geſchehe/ wollen wir die gemelten Gewonheit deß Grabens vnd Pfälens/ vmb mehr Forcht willen/ ſolcher boßhafftigen Weiber auch zulaſſen! Oder aber, daß vor dem Ertrencken/ die Vbelthäterin/ mit glüenden Zangen geriſſen werde/ alles nach Raht der Rechtsverſtändigen.

So aber ein Weibsbild/ als obſtehet/ ein lebendig gliedmäſſig Kindlein/ das nachmals todt erfunden/ heimlich geboren vnd verborgen hätte/ vnd ſo dieſelbe erkündigte Mutter deßhalb beſpracht würde/ Entſchuldigungsweiß fürgebē/ als dergleichen je zu Zeiten an vns gelangt/ wie das Kindlein ohn jhre Schuld/ tod von jhr geboren ſeyn ſolte/ Wolte ſie dann ſolch jhr Vnſchuld/ durch redliche gute Vrſachen vñ Vmbſtände durch Kundſchafft außführen/ damit ſol es gehalten/ vnd gehandelt werdē/ wie im 74. Articul/ anfahend: Item/ ſo ein Beklagter kundſchafft/ ꝛc. funden wird/ auch deßhalb zu weiter Suchung/ Anzeigung geſchicht/ wann ohn beſtimpte gnugſame Beweiſung/ iſt der angeregten/ vermeinten Entſchuldigung nicht zuglauben/ ſonſt möchte ſich ein jede Thäterin/ mit einem ſolchen gedichten Fürgeben ledigen. Doch/ ſo ein Weibsbild ein lebendig/ gliedmäſſig Kindlein alſo heimlich trägt/ auch mit Willen allein/ vnd ohne Hülff anderer Weiber gebiert/ welche ohne hülffliche Geburt mit tödlicher Verdächtlichkeit geſchehen muß; So iſt deßhalb kein glaublichere Vrſach/ dann daß dieſelbige

Mutter durch boßhafftigen Fürsatz vermeint / mit Ertödtung deß vnschuldigen Kindleins / daran sie vor / in / oder nach der Geburt schuldig wird / jhre geübte Leichtfertigkeit verborgen zuhalten. Darumb / wann ein solche Mörderin auff gedachten jhrer angemaßten / vnbeweisten / freventlichen Entschüldigung bestehen bleiben wolt / so soll man sie auff obbemelte gungsame Anzeigung bestimpts Vnchristlichen vnd vnmenschlichen erfundenen Vbels / vnd Mords halber / mit peinlicher ernstlicher Frag / zu Bekentnüß der Warheit zwingen / auch auff bekentnüß desselben Mords zu endlicher Todstraff / als obstehet / vrtheylen. Doch wo eins solchen Weibs Schuld oder Vnschuld halb gezweiffelt wird / sollen die Richter vnnd Vrtheyler / mit Anzeigung aller Vmbstände / bey den Rechtsverständigen / oder sonst / wie hernach gemelt wird / Rahts pflegen.

Parricidij crimen asperrimum esse, dicit Justinianus *in §. alia deinde lex 6. Instit. de publ. iudic.* Committitur illud, si liberi parentes, vel parentes adeoq; matres suos occidunt infantes & liberos: Item, si maritus vxorem, & ècontra, vel consanguinei se inuicem enecant. Illa species parricidij sola à Carolo V. in hac Constitutione ponitur; quando mater infantem suum occidit: ne forsan Imperator Carolus videatur magis docere filios, quā vetare parricidia. Remus *h. artic. 131.* Si itaq; fœmina infantem suum viuum animatum, formatum & membris distinctis præditum & perfectum, clam, dolo malo enecat, illa consuetudine viua in terram defoditur, stipite peracuto per corpus transfixo. Wesenb. *in paratt. ff. ad L. Pomp. de parricidis nu. 5. in med. vers. hodie tamen & seq.* Quam consuetudinem etiam confirmauit Carolus V. Imp. *h. artic. 131. in pr.* Quia vero in eo supplicij genere ob cruciatus moram, desperationis subest periculū, mauult Carolus V. huiusmodi infanticidas aquis suffocari, si per eū locū profluens præterlabatur. *vers.* Aber darinnen Verzweifflung zuverhüten / 2c. Si vero id teterrimi maleficij, frequētius occurrat, prædictam pœnam defossionis, stipitisq; adactionis ad terrorem aliarum seruari atq; obseruari præcipit. Neq; displicet Carolo V. quasi media via (semper enim in periculosis & perplexis rebus mediam

viã ſequimur, *l. antiqui, ff. ſi pars hæred. l. ſi paterfam. ff. de hæred. inſtit.*) vt quæ ſuffocãdæ aquis erunt, candentibus prius forcipibus adurantur. *verſ.* **Oder aber / daß / ꝛc.** Id quod etiam adhuc hodie frequentius fit, quam vt viuæ defodiantur & palo transfigantur.

Quod ſi vero fœmina fœtum viuum, & forma naturæ congruente (nam ſi contra formam humani generis conuerſo more procreentur, liberi non ſunt, *l. non ſunt, ff. de ſtat. hom. l. oſtentum. verſ. duo. de verb. ſign.* vbi Interpp.) præditum, clam pepererit, atque abſconderit, qui poſtea exanimis inueniatur; mater autem necis inſimulata, ſeſe hoc excuſet colore, quod abortum, aut fœtum mortuũ ediderit; hoc vrgendum erit, vt omnibus circumſtantiis enumeratis, probatione legitima innocentiã ſuam tueatur, fidemq; de naturali fœtus morte iudicibus faciat. Si vero hoc probare non poterit, & in ſua aſſertione perſeueret, torturæ ſubiicienda & ad confeſſionem veritatis cogenda, (Eleganter Faber. *lib. 9. d. tit.* 11. *definit.* 1. *per tot.*) quæ ſi tunc ſe infantem occidiſſe fatetur, pœna ordinaria infanticidij plecti debet. *h. artic.* 131. §. **So aber ein Weibsbild / als obſtehet / ꝛc.** vbi Remus. Quæ tamen Conſtitutio Carolina procedit tantum, ſi mulier ſine ſua culpa & facto mortuũ infantem ſe peperiſſe allegat; ſecus ſi eius culpa acceſſerit. *d. artic.* 131. *d* §. **So aber /** *verſ.* **Wo das Kind ohne jhre Schuld / tod von jhr geboren ſeyn ſolte.** Berlich. *concl.* 7. *nu.* 29. *& ſeq. p.* 4. Sed quid dicendum de muliere, quæ ventris doloribus impulſa latrinam acceſſerit, & partum in cloacam effuderit; aſſerens ſe neſciuiſſe, quod fuerit prægnans? Hippol. de Marſil. *in ſua pract.* §. *poſtquam nu.* 23. *&* 24. dicit, eam mulierem habere contra ſe vehementes præſumptiones iuris & facti: & talem mulierem, attenta tamen qualitate delicti & mulieris publice eſſe fuſtigandam, & in perpetuum exilium dandam, ſtatuit Cacheranus *deciſ.* 60. *in fin.*

De pœnis parricidij in parentes & liberos; inter coniuges & conſanguineos late & diſtincte tractat Math. Berlich. *concl.* 6. *per tot. p.* 4. Coler. *deciſ.* 157. Scheffer. *p.* 1. *q.* 19. Pingiz. *q.* 44.

ARTIC. CXXXII.

Pœna matrum, quæ infantes exponunt.

Straff der Weiber / so jhre Kinder / vmb daß sie der abkommen / in Gefährligkeit von jhnen legen / die also gefunden / vnd ernehret werden.

SO ein Weib jhr Kind / vmb / daß sie deß abkomme / von jhr legt / vnd das Kind wird gefunden / vñ ernehret / dieselbig Mutter sol / wo sie deß vberwunden vnd betretten wird / nach Gelegenheit der Sach vnd Raht der Verständigen gestrafft werden. Stürbe aber das Kind von solchem hinlegen / so sol man die Mutter / nach Gelegenheit deß gefährlichen Hinlegens / am Leib / oder Leben straffen.

Crimen non solum à sensu humano, sed & ferarum bestiarum natura alienum est, ex se natos exponere, neque sobolem suam nutrire velle. *Nou.153.* vbi Cuiac. *l.2.C.de infant.expos.c.vnic. extr.de infant. & lang.* Ideo constituit Carolus V. Imperator, vt si quæ mulier infantem suum, ne apud se habere & alere cogatur, exponat, & is infans reperiatur: ei matri, si de facto indubitatis conuincatur probationibus, pro maleficij ratione extraordinarie pro arbitrio iudicis pœna imponatur. *d.l.vnusquisq. 2. C.de infant.expos. & d. Nou. 153. in pr. & cap.1. hoc artic.132.in pr.* Clar. *§.vlt. quæst.83.num.7.* Menoch. *de arbitr.iud.quæst.casu 396.nu.2.* Wesenb. *in paratt.ff.ad L.Cornel.de Sicar.nu.14.* Si vero infans per inconsultam matris expositionem moriatur, ea quæ exposuit, quia mortis causam dedit, pœna capitali legis Corneliæ tenetur. *hoc artic. 132.vers.* **stirbt aber das Kind von solchem Hinlegen.** Quæ pœna etiam extenditur ad eum casum, vbi mulier infantem dolo malo in locum solitarium exponit, vt ibi inedia moriatur, vt nimirum tunc etiam pœna legis Corneliæ de Sicariis plectenda sit, etiam si euentus secutus non sit. Sec.Br. *in l. necare 4. de liber. agnosc. nu.1. sub fin.vers.sed etiam quando dolo exponeret.* Berlich. *conclus.7. num.35.*

Quam-

Quamuis Wesembecius *in paratt. ff. ad L. Cornel. de sicar. n. 14. vers. tamen hoc est. vsq. ad fin.* aliter sentiat, quod nimirum mulier, quæ infantem dolo in locum solitarium exponit, vt moriatur, si euentus non sequatur, relegatione; euentu vero secuto, fustigatione, cum perpetua relegatione puniri debeat.

Si vero infans expositus moriatur, vel dolo malo exponatur in locum solitarium, vt ibi moriatur, tunc quamuis euentus non fuerit secutus, mulierem nihilominus puniri, non quidem pœna legis Corneliæ, sed pœna legis Pompeiæ de parricidiis, responderunt Scabini Lipsenses Quæstori Misnensi Ann. 1545. teste Iacobo Schultes *in additionib. ad Matthiam Colerum decis. 58. n. 3. ibi, pœna autem parricidij. p. 1.* Berlich. *d. loc. n. 38.*

ARTIC. CXXXIII.

Pœna eorum, qui abortionis causam dant.

Straff der jenigen/ so schwangern Weibsbildern Kinder abtreiben.

SO jemand einem Weibsbild durch Bezwang/ Essen oder trincken/ ein lebendig Kind abtreibt/ wer auch ein Mann oder Weib vnfruchtbar macht/ so solch Vbel fürsetzlicher vnd bößhafftiger weiß beschicht/ sol der Mann mit dem Schwerd/ als ein Todschläger/ vnd die Fraw/ so sie es auch an jhr selbs thäte/ ertrenckt/ oder sonst zum Tod gestrafft werden. So aber ein Kind/ das noch nit lebendig were/ von eim Weibsbilde getrieben würde/ sollen die Vrtheiler der Straff halber bey den Rechtsverständigen/ oder sonst/ wie zu End dieser Ordnung gemelt/ Rahts pflegen.

Si quis abortum procurauit, poculum grauidæ præbibendo, cuius vi fœtus vitalis siue animatus abigatur, pœna legis Corneliæ punitur. *h. artic. 133. in pr.* At si id quod in vtero est, nondum fuerit animatum, tunc pœna mitigatur, vt scilicet pœna

extraordinaria, puta, relegatio, vel fustigatio, vel similis ad arbitrium iudicis inferatur. *vers.* **So aber ein Kind / das noch nicht lebendig were / ꝛc.** Quæ distinctio inter partum animatum & inanimatum etiam iure communi fundata, *l. si mulierem 18. ad Legem Corneliam de sicar. leg. Diuus Seuerus 4. ff. de extraordinar. criminibus. l. Cicero 39. ff. de pœnis. cap. aliquando. §. fin. cum sequentibus 32. q. 2. c. sicut 29. de homicidio.* & communiter recepta Clar. *§. final. quæst. 68. vers. abortum procurant 2.* Fr. Viuius *lib. 1. commun. opin. in verb. Assassini. num. 2. & 3.* vbi tamen dicit, hanc distinctionem non attendi, si mulier accepta pecunia fœtum nondum animatum abegerit, vt ventri substituto locum faceret. Si itaque vir fœminam sterilem effecerit, vel etiam marem enecauerit, si id dolo malo & deliberato fecit, homicidæ comparatur, & ferro siue gladio punitur: mulier vero etiam in proprium corpus hoc modo delinquens, in profluentem aquam deturbata suffocabitur. *hoc articul. 133. ver.* **Vnd die Fraw / so sie es auch an jhr selbst thäte / ꝛc.** Amplius prædicta distinctio procedit etiam in muliere, quæ non quidem poculum abortionis sumsit, sed vim propriis visceribus tantum intulit ad hoc, vt partum abigeret: nam & hæc, si partum inanimatum abegit, relegatione; si vero animatum proiecit, pœna Legis Corneliæ tenetur. Farinacius *p. 4. in praxi crim. tit. de pœna abortum facientis. 14. quæst. 122. p. 6. n. 144. & sequent. iunct. num. 146.* Damhud. *in praxi cri. reg. 85. n. 4.* Berlich. *cap. 8. num. 28.* vbi hac de re sententiam Scabinorum Lipsensium refert. Quin & mater, quæ filium ad fœtum abigendum suasionibus impulit, recte pœna mortis punitur. Tessaurus *decision. 12. numer. 12. post princip. vers. ego vero sic resolutiue concluderem.* Berlich. *d. conc. 8. per tot.* vbi latissime de pœna procurantium abortum disserit.

ARTIC. CXXXIV.

Pœna Medici, qui medicamentis occidit.

Straff/so ein Artzt durch sein Artzney tödtet.

SO ein Artzt auß Vnfleiß oder Vnkunst/ vnd doch vnfürsetzlich jemand mit seiner Artzney tödtet/ erfind sich dann durch die Gelehrten vnd Verständigen der Artzney/ daß er die Artzney leichtfertiglich vnnd verwegentlich mißbraucht/ oder sich vngegründer/ vnzuläſſiger Artzney/ die jhm nicht gezimpt hat/ vnterstanden/ vnnd damit einem zum Tod Vrsach geben/ der sol nach Gestalt vnnd Gelegenheit der Sachen/ vnd nach Rath der Verständigen gestrafft werden/ Vnd in diesem Fall allermeinst Achtung gehabt werden/ auff leichtfertige Leuth/ die sich Artzney vnterstehen/ vnd der mit keinem Grund gelernet haben/ Hett aber ein Artzt sol che Tödtung williglich gethan/ so were er als ein fürsetzlicher Mörder zu straffen.

Hic ſubiungitur conueniente rerum ſerie de medicis, qui quod negligẽtius in cura verſati ſunt, aut dereliquerint curationem, § *præterea. Inſtit. de L. Aquil.* aut non ſatis eruditi in arte ſua medicando occiderint. Inciuile hoc medici factum, extra ordinem puniendum eſſe, pro damni ſcilicet dati aliarumque circumſtantiarum ratione, tradit conſtitutio Carolina *hoc articulo* 134. Animaduertendum itaque in illos, qui profitentur vel faciunt medicinam, dum tamen nullis imbuti ſunt artis eius fundamentis, neque per ſtatuta tempora Medicinę eruditioni inhæſiſſe noſcuntur. Si quis vero Medicus ſciens prudens, ſiue conſulto ac datâ operâ, nociua medicamenta præbeat, iiſque hominem enecet, is ad inſtar homicidæ vel latronis punitur, hac ipſa Conſtitutione, *verſiculo*, Iſt als ein fürſetzlicher Mördter zu ſtraffen. vbi Remus rotæ

 ſupplicium

ſupplicium adiudicat, & ſimul refert, quod Anno 1593. exuſtus ſit lentis ignibus pſeudiater quidam Sigebergi, qui XX. homines dolo malo per venenum ſub ſpecie medicinæ enecauit. Ratio pœnæ explicatur *in l. illicitas. §. Sicuti. ff. de offic. præſ. l. neceſſarios. 5. §. fin. ad SC. Syllan. l. 2. ff. ad l. Pomp. de parricid.* Clar. *§. homicidium. n.* 17. Paul. *lib. 5 ſent. 23. in fin.* Damhud. *in praxi crim. cap. 77. n. 25.*

ARTIC. CXXXV.

Pœna eius, qui ſibi mortem ipſe conſciſcit.

Straff eigner Tödtung.

WEnn jemand beklagt/vnd in Recht erfordert oder bracht würd/ von Sachen wegen/ ſo er der vberwunden/ ſein Leib/ oder Gut verwircket hette/vnd auß Forcht ſolcher verſchuldter Straff ſich ſelbs ertödt/deß Erben ſollen in dieſem Fall/ ſeines Guts nicht fähig oder empfänglich/ ſondern ſolch Erb vnd Güter der Oberkeit / der die peinlichen Straff/Buß vnd Fälle zuſtehen heimgefallen ſeyn. Wo ſich aber ein Perſon auſſerhalb obgemeldter offenbaren Vrſachen/ auch in Fällen/da er ſein Leib allein verwircket / oder ſonſt auß Kranckheit deß Leibs/ Melancholey/Gebrechligkeit jrer Sinn/ oder ander dergleichen Blödigkeiten ſich ſelbs ertödtet/ derſelben Erben ſollen deßhalben an jrer Erbſchafft nicht verhindert werden / vnd dawider kein alter Gebrauch/Gewonheit oder Satzung ſtatt haben / ſondern hiemit revocirt/ caſſirt vnd abgethan ſeyn/Vnd in dieſem/vnnd andern dergleichen Fällen/vnſer Keyſerlich geſchrieben Recht gehalten werden.

Si quis delatus capiatur ob crimen, de quo conuictus vitam & bona ſua amittat; & hic futuræ ſententiæ condemnatoriæ pœnalis metu, manus violentas ſibi inferat: in huius bona hæredes non ſuccedere, ſed fiſcum conſtituit Carolus V. *hoc articulo* 135. Traditur idem à Martiano IC. *in l. 2. ff. de bon. eor. qui ante ſent.* Bona, inquiens, eius, qui manus ſibi intulit, fiſco vindicantur, ſi eo crimine nexus fuit, vt, ſi conuinceretur, bonis careat, nullum

nullum itaque dubium esse debet, quin Carolus V. Imperator hic loquatur de crimine importante pœnam capitalem cum publicatione bonorum, cum quis expendat, quid Imperator loquitur de vita & bonis, *ibi*, **Sein Leib vnd Gut verwircket hette.** Si quis vero extra hunc casum, ob delictum, de quo conuinci potest, sed bona in fiscum redigi non soleant, quod vitæ tantum amissione luat; sibi vel dolore corporis, furore, insaniâ, aliâve ex causa mortem inferat, *l. 1. & 2. C. de bonis eor: qui mort. sibi consc.* eius hæredes à bonis damnati non excluduntur: Apertum enim est rescriptum: Non nocere eum successoribus, qui sine criminis conscientia se præcipitarit. *l. factum 12. C. de accusat.* Clar. *§. final. quæst. 68. vers. seipsum occidere.* 37. *ibi, sed hæc omnia.* Fr. Viuius *lib. 2. comm. opin. in verb. occidens n. 1. & 2.* Dicit autem constitutio, **sich selber ertödtet.** necesse nimirum est, vt quis violentas sibi inferat manus, ad id vt pœna locum habeat. Aliud itaque est, si reus naturali morte obeat, Mandell. *consil. 90. Incipit, Ego sum.* Remus *ad artic. h. 135. in fin.* quod in dubio etiam præsumendum potius est. Adeoque si vere non constet, aliquem sibi manus intulisse, sed solus alicubi mortuus reperiatur: aut de crimine adhuc non liqueat; non est præsumendum, aliquem sibi vim intulisse: quinimo in carcere mortuus repertus; potius à custodibus necatus, & in puteo inuentus, istuc per imprudentiam illapsus creditur, & non tantum custodes purgare se debent, sed & fiscum de crimine probare oportet, ita vt hæredibus nihilominus defensio innocentiæ defuncti semper pateat. *arg. l. 1. §. si sibi manus. 11. de SC. Syllan. gl. in l. cum hæres. §. species. de legat. 2.* cum aliis notatis à Petro Hegio *quæst. 36. n. 34. 35. 36. p. 2.* Si quis quærat, quomodo manus sibi inferens, facinus vero absoluere non potens, sit puniendus, dicerem, arbitrio iudicis id fieri debere; per tradita Menochii *lib. 2. de arbit. iud. quæst. casu 284. n. 22.* Cæterum vt concludamus: Regula de bonis eius, qui mortem sibi consciuit, patitur hasce exceptiones: Prima est; si non metu criminis sibi mortem consciuit. Altera est, si crimen quod meruit, non fuerit tale, ob quod damnatus bona amitteret. *l. qui rei. 3. §. vt autem diuus. cum §. sequ.*

Viuius *d. verbo Occidens. num. 2.* Tertia est: si antequam accusaretur, metu criminis mortem sibi consciuerit: nam nec hoc casu bona eius publicantur *hoc articul. 135. ibi,* **Beklagt / vnnd in Recht erfordert oder bracht würde.** *dict. l. qui rei 3.* §. 1. Viuius *d. verbo Occidens. numer. 5.* Nicol. Vigel. *cap. 7. reg. 5. vers. si quis sibiipsi mortem consciuerit &c. vsq. ad finem.* Denique mouere neminem debet, quod *in Authentica Bona. C. de bon. proscript.* confiscatio bonorum delinquentium (excepto crimine læsæ maiestatis tam diuinæ, quam humanæ) sublata sit. Imo quod non desint, qui tradant, confiscationem per totum mundum, præterquam in casu iam dicto, abolitam esse: quod & videtur probatum hac constitutione criminali Carolina. *artic. 135. & artic. 218.* in quibus & contraria consuetudo, & statuta de confiscandis bonis delinquentium, extra casum criminis læsæ maiestatis & similium reprobantur & tolluntur. Nam ad *d. Auth. bona.* quod attinet, certum est, illam non sine ratione, sed vtiliter constitutam. Vnde in terminis, in quibus loquitur, sarta, tectaque conseruanda est, nec ei quicquam derogandum. Verum ex eiusdem verbis euincitur euidentissime; nihil ibidem de iis tractari, aut noui quid statui, qui facto suo, vel culpa, se indignos hæreditate alterius faciunt. De qua indignitatis quæstione, nec prædictæ Constitutiones Carolinæ loquuntur, sed accipiendæ magis de illis casibus, de quibus agit *d. Authentica bona.* & quando intuitu commissi delicti, vel corpora & bona simul, vel corpora saltem (vt ibidem proponitur) confiscantur. Et sane plures adhuc hodie extra delictum læsæ maiestatis, superesse casus, in quibus confiscatio ipso iure obtinet, innuit d. constitutio criminalis *art. 218.* ibi, **Vnd sonsten in andern Fällen.** vt ea propter non facile eis credendum, qui de generali consuetudine abrogatæ confiscationis scribunt. Notat Hegius *quæst. 33. numero 46. & seqq.*

ARTIC. CXXXVI.

Si quadrupes pauperiem fecerit, vel hominem occiderit.

So einer ein schädlich Thier hette/das jemands entleibet.

HAt einer ein Thier/das sich dermassen erzeiget/ oder sonst der art vnd Eigenschafft ist / dardurch zu besorgen ist/ daß es den Leuthen/an Leib oder Leben Schaden thun möcht/ soll der Herr desselben Thiers solch Thier von jm thun. Dann wo solch Thier jemand Schaden thet oder entleibt/ soll der Herr deß Thiers darumb nach Gelegenheit vnd Gestalt der Sachen/ vnd rath der Rechtsverständigen/ oder an Enden/als hernach vermeldet/ gestrafft werden / vnnd so viel desto mehr/so er zuvor von dem Richter/oder andern Oberkeit/ deß gewarnet würde.

Qui feram, bestiam, quadrupedem , genitali feritate præditam, habet, alit, vnde metuendum sit, ne iter ea facientibus noceat, vel occidat; eam dominus remouere tenetur: Quod si enim illa damnum dederit, pauperiem fecerit, aut hominem occiderit, dominus feræ tunc pro damni qualitate , pœna extraordinaria arbitrio iudicantium mulctabitur: eoque grauius, si ante à iudice aut magistratu loci feram custodire, vel dimittere iussus fuerit: quippe quod non censeatur carere dolo, qui iudicis siue magistratus iussui non obtemperat. Omnino autem excusatur dominus feræ; si ferocitatem quadrupedis ignorauerit. *infr artic. 150. vers.* **Oder so einer ein Thier hett.** De quadrupede pauperiem faciente, habet etiam Matth. Colerus decisionem *p. 1. decis. 168.* & Fr. Pfeil *cons. 137.* Modestinus Pistoris *illust. quæst. 64. incipit, cum equorum.* Menochius *lib. 2. de arb. iud. quæst. casu 366.* Denique hinc plectendi etiam sunt circulatores, qui serpentes circumferant. *l. vl. ff. de extraor. crim.* Meno. *d. loc. casu* 366, Remus *ad h. artic. lib. 6.*

Artic. CXXXVII.

Pœna latronum, sicariorum, assasinorum, qui nullam excusationem facti allegare possunt.

Straff der Mörder vnnd Todschläger / die kein gnugsam Entschuldigung haben mögen.

EIn jeder Mörder / oder Todschläger / wo er deßhalb nicht rechtmässig Entschuldigung außführen kan / hat das Leben verwircket. Aber nach Gewonheit etlicher Gegend / werden die fürsetzlichen Mörder vnd Todschläger einander gleich mit dem Rad gericht / darinnen soll Vnterscheid gehalten werden. Vnd also / daß der Gewonheit nach ein fürsetzlicher / mutwilliger Mörder mit dem Rade / vnd ein ander / der ein Todschlag auß Jähheit vnd Zorn gethan / vnnd sonst auch gemeldte Entschüldigung nicht hat / mit dem Schwert vom Leben zum Tod gestrafft werden sollen. Vnnd man mag in fürgesetztem Mord / so der an hohen / trefflichen Personen / deß Thäters eigen Herren / zwischen Eheleuthen / oder nahen gesipten Freunden geschicht / durch etliche Leibstraff / als mit Zangen reissen oder Außschleiffung / vor der endtlichen Tödtung / vmb grosser Forcht willen die Straff mehren.

Latro, sicarius, homicida, nisi iure se occidisse, probare possit, summo supplicio afficitur, *h. artic.* 137. vbi hæc vniuersalia leguntur verba, Ein jeder Mörder oder Todschläger / etc. Sic Iustinianus Imperator quoque simpliciter ait: Legem Corneliam vltore ferro homicidas persequi. *§. item lex Cornelia. Instit. de publ. iud. l. 1. ff. ad L. Cornel. de sicar.* Menoch. *de A. I. Q. casu* 295. Similiter ius diuinum generaliter loquitur: Quicunque effuderit sanguinem, fundetur sanguis illius. *Genes. 9. vers. 6.* Item, Qui percusserit hominem volens occidere, & mortuus fuerit, morte moriatur.

tur. *Exod. 21. v. 12.* *cum simil. lib. Num. cap. 35. vers. 16. & 2. seqq. Deuter. cap. 19. v. 11.* Hæc pœna autem augetur & minuitur pro qualitate criminis & aliarum circumstantiarum ; vt in latronibus augetur, *h. artic.* 137. vbi Carolus V. latronibus & sicariis rotæ pœnam addicit: qui vero hominem inconsulto calore & iræ feruore occiderint (eo quod minus latronibus professis peccarint, reatui tamen eximi plane nequeant) hos gladio feriendos constituit. Sic & in homicidio qualificato, in personis, quibus reuerentia debetur, commisso, item in parricidio, pœnam exasperari patet *ex hoc artic.* 137. vbi legi Pompeiæ locus est, vt forcipibus candentibus eiusmodi homicidæ adurantur, & trahæ iniecti rei ad supplicium rapiantur. Notandum autem quoque est, quod hæc Carolina Constitutio faciat mentionē **der fürsetzlichen Mörder** / hoc est, homicidij ex proposito, siue dolose commissi. In maleficiis enim & potissimum in casibus legis Corneliæ de Sicariis, vt ordinaria corporis afflictiua pœna locum habeat, requiritur dolus, fraus & voluntas, *l. cum autem*, §. *excipitur, ff. de adilit. edict. l.* 1. §. *Diuus Hadrianus, ff. ad L. Cornel. de Sicar.* §. *item lex Cornelia de Sicariis. Inst. de publ. iud. l.* 1. *C. ad L. Corn. de Sicar.* vt ita distinguēdum sit inter homicidium culposum, casuale, voluntarium, dolosum & proditorium, Clar. §. *homicidium.* Danæus *lib. 2. Eth. Christ. cap. 13.* Illud autem hoc loco notandum: homicidium dici committi per Assassinium, quando fit interueniente pecunia, Clar. §. *homicidium nu.* 11. Cæterum in casu homicidij pœnam irrogat Judex loci, vbi cædes commissa, non vbi mors secuta est, per text. *in l. huic scripturæ, ff. ad L. Aquil. l.* 1. *C. vbi de criminib. agi oport.* Itaq; cum alibi vulneratus, alibi ex illo vulnere mortuus est, non mortis, sed percussionis tempus & locus attenditur, *d. l. huic scripturæ. & l. ait lex ibi.* Cynus *ad L. Aquil.* & qui mortifere vulneratus, reputatur occisus tempore vulneris, licet multo interuallo post, moriatur *d. l. ait lex. Costal. in d. l. scripturæ.* Fr. Pfeil. *consil.* 143. *per tot.*

ARTIC. CXXXVIII.

De manifestis homicidiis, quæ iure facta, pœna eximunt reum.

Von vnlaugbarn Todschlägen / die auß solcher Vrsachen geschehen / so Entschuldigung der Straff auff jhnen tragen.

ES geschehen je zu Zeiten Entleibung / vnd werden doch die jenigen / so solche Entleibung thun / auß gutẽ Vrsachen / als etlich allein von peinlicher vñ Bürgerlichen Straff entschuldiget. Vnd damit sich aber Richter vnd Vrtheiler an den peinlichen Gerichten / die der Recht nicht gelernet haben / in solchen Fällen desto rechtmässiger zuhalten wissen / vnd durch Vnwissenheit die Leut nicht beschweren / oder verkürtzen / So ist von gemelten entschuldigten Entleibungen geschrieben vnd gesetzt / wie hernach folget.

Regula modo *artic.137.* proposita est: Homicidium puniri vltimo supplicio. Quæ regula non caret exceptionibus, vti patet *h.artic.* 138. Non raro enim homicidia committuntur, propter quæ, quia ex iustis & legibus approbatis causis fiunt, auctores eorũ nullo reatu tenẽtur; sed ab omni pœna tam ciuili, quam capitali immunes sunt. Animus & intentio enim distinguunt facta, siue maleficia; adeoq; in omnibus maleficiis non tam quid fiat, quam quo animo, quibusq; de causis fiat, spectandum est. *l. qui iniuriæ, ff. de furt. l. verum in fin. eod. l. item apud Labeonem, §. interdum, ff. de iniur. l. pen. ff. ad L. Iul. de adult.* Paul. *lib. 5. sentent. tit. 23. §. qui hominem.* Quælibet itaq; homicidia indistincte mortis pœna non possunt affici, veluti ex causis legitimæ defensionis suscepta, vti ex sequentibus apparet.

Artic. CXXXIX.

Quos moderata sui tutela excuset.

Erstlich/von rechter Nohtwehr / wie die entschuldige.

WElcher eine rechte Nohtwehr zu Rettung seines Leibs vnd Lebens thut/ vnd den jenigen/ der jhn also benöhtiget/ in solcher Nohtwehr entleibt/der ist darumb niemand nichts schuldig.

Qui cum pro corporis & vitæ suæ defensione, eum, qui aggressorem vim iniustam inferentem occidit, omni culpa caret, adeoq; non punitur, eo quod defensor propriæ salutis in nullo peccasse videatur: immunis itaque est ab omni pœna non tantum ciuili & capitali, sed etiam ab Ecclesiastica cẽsura. *Robert. 2. rer. iud. c. 15.* quia illum in manus occisoris dedit Dominus, *Exod. 21. vers. 13.* cui quidem occisori asyla patent. *Deuter. 19. v. 2.* Quæ enim ex iustis & legibus approbatis causis hoc modo fiunt, occulto quidem, sed non iniusto Dei iudicio accidunt, August. *lib. 18. de ciuit. Dei cap. 18. & lib. 1. de libero arbitrio cap. 5.* Wesenbec. *in paratt. ff. de iust. & iure num. 15. vers. effectus.* allegati à Remo *ad hunc artic. 139.* Materia defensionis moderatæ tractatur à Dd. *in l. vt vim, ff. de iustit. & iure. l. 1. §. vt vim, ff. de vi & vi arm. l. itaq. l. si scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad L. Aquil. l. 2. & l. 3. C. ad L. Corn. de Sicar. l. 1. C. vnde vi.* Cuiac. *5. obseru. 18.* Gail. *2. obseru.* 110. *num. 9. & seq.* Clar. *§. homicidium nu. 24. & seq.* Danæo *lib. 2. Ethica Christ. c. 13.* Berlich. *concl. 12. per tot. p. 4.*

ARTIC. CXL.

Inculpatæ tutelæ moderamen, quod dicatur.

Was ein rechte Nohtwehr ist.

SO einer jemand mit einem tödlichen Waffen / oder Wehr vberläufft / anficht / oder schlägt / vnd der Benötigt kan füglich ohn Fährligkeit / oder Verletzung seines Leibs / Lebens / Ehr vnd guten Leumuhts nicht entweichen / der mag sein Leib vnd Leben / ohn alle Straff / durch ein rechte Gegenwehr retten. Vnd so er also den Benöhtiger entleibt / ist er darumb nichts schuldig / ist auch mit seiner Gegenwehr / biß er geschlagen wird / zuwarten nicht schuldig / vnangesehen / ob es den geschribenen Rechten vnd Gewonheiten entgegen were.

Superiori articulo cauit Imperator Carolus V. eum, qui sui defendendi causa homicidium commisit, ratione inculpatæ tutelæ ab homicidij pœna excusari. Hoc loco itaque declarat illud, definitione inculpatæ tutelæ; siue quæ dicatur moderatio inculpatæ tutelæ. Ea vero consistit in sequentibus; Primo, vt quis sit telo lethali, ferro, lapide insultatus seu inuasus: & quidem insultatus debet expectare insultum, & aliquem actum ab insultante. Farinac. *in pract. crim. p.* 4. *tit. de homicidio* 14. *quæst.* 125. *num.* 58. Primum ictum tamen insultatus expectare non tenetur, per text. *in hoc artic.* 140. §. *vlt. ibi*, Vnd so er also den Benötiger entleibet / ist er darumb nichts schuldig / ist auch mit seiner Gegenwehr / biß er geschlagen wird / zuwarten nicht schuldig. Ratio est: quia melius est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere. *l.* 1. *post med. C. quando licet se vnicuiq; se vindic.* Deinde, vt quis ita sit insultatus, vel aggressus, vt sine vitæ corporisq; periculo, honoris & famæ suæ iactura, vlla ratione effugere, abire, euitare periculum nequeat, *hoc artic.* 40. *post princ. vers.*

verſ. Vnd der Benöhtigt kan füglich ohne Fährligkeit/ oder Verletzung ſeines Leibs/Lebens/Ehr vñ guten Namens nicht entweichen/ *&* *artic.* 142. *poſt princ. verſ.* Oder ſo der Kläger in dieſem Fall/ reliqua inquiſita perſequitur Berlichius *concl.13. per tot. p.* 4. Quod autem modo dictum, neminem expectare teneri donec feriatur, aut vulneretur, *d. l. 1.* illud adeo verum eſt, vt nulla conſuetudo, neq; lex vlla municipalis in contrarium veniens obſtare debeat, poſitive, *hoc artic. 140. in fin.* Nulla enim conſuetudo tollere poteſt ea, quæ iuris naturalis ſunt, cuiusmodi eſt defenſio, *§. vlt. Inſtit. de iure nat. gent. & ciu.* Remus *ad h. artic.* Cæterum, qui ita neceſſariam ſui defenſionem ſuſcipiendo vulnerat, vel etiam occidit, nullis pœnis ſubiacet, *h. artic.* 140. *verſ.* So er den Benöhtiger entleibet/ iſt er darumb nichts ſchuldig.

ARTIC. CXLI.

Inculpatæ defenſionis probatio.

Daß die Nohtwehr bewieſen werden ſol.

Welcher ſich aber nach Erfindung der That/ einer gethaner Nohtwehr berühmet/ oder gebrauchen wil/ vnd der Ankläger der nicht geſtändig iſt/ ſo legt das Recht dem Thäter auff/ ſolche berühmbte Nohtwehr obgemelter maſſen/ zu Recht gnug zubeweiſen/ beweiſt er die nicht/ er wird ſchuldig gehalten.

Non ſufficit allegare defenſionem, ſed ea etiam debet probari, & quidem à reo, qui eam allegat *hoc artic.* 141. Iul. Clar. *d. §. homicidium. verſ. ſed quomodo.* Niſi accuſator dicat in libello accuſatorio, quod reus doloſe & violenter, vel perfide defunctum occiderit, Er habe den Entleibten mördlicher/ vorſetzlicher vnd gewaltſamer Weiß vmbgebracht: tunc enim reus narrata ſimpliciter negare, & litem negatiue conteſtari poteſt; & conſequenter incumbit accuſatori non ſolum homicidium, ſed etiam omnes

qualitates annexas probare, vsque adeo, vt reus, etiamsi accusator homicidium sufficientissime probarit, non puniatur, sed absoluatur, nisi etiam qualitates illæ propositæ ab accusatore fuerint verificatæ. Laurent. Kirchof. *inter consil. var. consil. 27. incip. iure autem receptum est, num. 2. 3. & 4. volum. 3.* Quam cautelam late confirmat Berlichius *conclus. 14. num. 3. & seqq.* repudiata contraria sententia Obrechti *in tract. de defensione cap. 14. nu. 4. & seqq.* Sic quoque reum exceptionem inculpatæ tutelæ probare oportere, tum demum procedere, si accusator inculpatam tutelam negauerit; alioquin si accusator eam fateatur, replicatione aliqua aduersus eam opposita, probationem non esse necessariam, patet *ex hoc artic. 141. verbis.* **Vnd der Ankläger/ der nicht geständig ist.** Vigel. *cap. 7. reg. 1. except. 1. replic. 3.* Quod si vero Reus defensionem necessariam **eine rechte Nohtwehr** legitime nō probauerit, reus pœnæ subiiciendus est. *hoc artic. 141. in fin.* Quomodo autem sit probanda defensio necessaria, colligitur ex iis, quæ de requisitis inculpatæ defensionis diximus *artic. præced. 140.* Cæterum ad probandam defensionem pro regula constituendum est, quod vbi agitur pro sanguine ad liberarionem, quod tunc pro eius innocentia probanda sufficiant probationes imperfectæ & dubiæ, coniecturæ & quæuis aliæ circumstantiæ. Farinac. *in pract. crimin. p. 4. tit. de homicidio & 14. quæst. 125. p. 7. §. 1. num. 422. & 427.* Gail. *lib. 1. de P. P. cap. 16. num. 21. & seq.* Secus est, vbi agitur contra sanguinem ad condemnationem, quia tunc obtinet, quod dicitur, in causis criminalibus requiri probationes exactissimas, & luce meridiana clariores. *l. vlt. C. de probat.* Late de hac materia tractat Berlichius *d. concl. 14. per tot.*

ARTIC. CXLII.

Quando, & quomodo accusatori inculpatam tutelam neganti, probatio cædis iniustæ incumbat.

Wann/vnd wie in Sachen der Nohtwehr/die Weisung auff den Ankläger kompt.

SO der Ankläger der ersten tödtlichen Anfechtung / oder Benöhtigung darauff / als obstehet / die Notwehr gegründet / bekänntlich ist / oder beständig nicht verleugnen kan / vnnd dagegen sagt / Daß der Todschläger darumb kein rechte entschuldigte Nohtwehr gethan haben sol / dann der Entleibt hätt fürgewändter bekentlicher Anfechtung / oder Benötigung / rechtmessige Vrsach gehabt / als geschehen möchte / so einer einen vnkeuscher Werck halben / bey seinem Ehelichen Weib / Tochter / oder an andern bösen sträfflichen Vbelthaten fünde / vnd darumb gegen demselben Vbelthäter tödlich Handlung / Zwang / oder Gefängnuß / wie die Recht zulassen / fürnehme / oder dem Entleibten hätte gebühret / den verklagten Todschläger / von Amptswegen / zufangen / vnnd die Notturfft erfordert / jhn mit Waffen solcher Gefängnuß halben / zubetrohen / zwingen vnnd nöhtigen / daß er also in Recht zulässiger Weiß gethan hatte: Oder / so der Kläger in diesem Fall / ein solche Meynung fürgebe / daß der angezogene Todschläger / darumb kein rechte Nohtwehr gethan hätte / wann er deß Entleibten / als er jhn erschlagen hätte / gantz mächtig / vnnd von der Benöhtigung erlediget gewest / Oder meldet / daß der Entleibte / nach gethaner ersten Benöhtigung gewichen / dem der Todschläger auß freyen / vnnd vngenöter Ding nachgefolgt / vnnd jhn allererst in der nachfolge erschlagen hätte. Mehr so fürgewend wird / der Todschläger were dem Benöhtigten wol füglicher Weiß / vnnd ohne Fährlichkeit seines Leibs / Lebens / Ehren vnnd guten Leumuhts halben entwichen / Darumb

umb die Entleibung durch den verklagten Todschläger nicht auß einer rechten entschuldigten Nohtwehr / sondern bößlich geschehen were / vnd darumb peinlich gestrafft werden solte / ꝛc. Solch obgemelte vnd andere dergleichen Fürgeben / sol der Ankläger / wo er deß geniessen wil / gegen Erfindung / daß der Todschläger durch den Entleibten / erstlich / als vorstehet / genöhtigt worden ist / beweisen / Vnd so er eine derselben obgemelten / oder andern dergleichen rechtmässige Verursachung / gegen der ersten vnlaugbar Anfechtung / oder Benöhtigung gnugsam beweist / so kan sich solcher Todschläger keiner rechten / oder gäntzlichen entschuldigten Nohtwehr behelffen / vnangesehen / ob außgeführet / oder bestanden wird / daß jhn der Entleibt (als vor von der Nohtwehr geschrieben stehet) erstlich mit einer tödlichen Wehr angefochten vnd benötiget hat. So aber der Kläger der ersten erfundenen Benötigung halb / kein solch rechtmässige Verursachung bewiese / sondern der verklagte Todschläger seiner berühmbten Nohtwehr halb außfündig machet / daß er von dem Entleibten mit einer tödlichen Wehr / als vor von rechter Nohtwehr gesetzt ist / erstlich angefochten worden wer: So ist die Nohtwehr durch den verklagten Todschläger außgeführt / vnnd sol doch gemelte Kundschafft beydertheil mit einander zugelassen / vnd bestellet werden / Nemlich / ist hierinn zumercken / so einer der ersten Benöhtigung halb / redliche Vrsach zur Nohtwehr gehabt / vnd doch in der That nicht alle Vmbstände, die zu einer gantzen entschuldigten Nohtwehr gehören / gehalten hätte / ist noht gar eben zuermessen / wie viel / oder wenig der Thäter zur That Vrsach gehabt habe / vnd daß fürter die Straff an Leib / Leben / oder aber zur Buß vnd Besserung erkant werde / alles nach sonderlicher Rahtgebung der Rechtsverständigen / als hernach gemeldet wird / Dann diese Fäll gar subtile Vnterscheyd haben / darnach hierinn anderst vnd anderst / schwerlicher / oder linder geurtheilet werden sol / welche Vnterscheyd dem gemeinen Mann verständiglich nicht zuerklären sind.

Si quis excipiendo dicat, quod sui defendendi causa homicidium fecerit, ratione inculpatæ tutelæ ab homicidij pœna excusatur *sup. artic.* 139. Illa autem exceptio non releuat eum, si occisus aggressor insultandi & vim inferendi, mortemq; intentandi, cau-

di, causam legibus probatam pro se habuerit V. G. Quod aggressor occisus, reũ siue accusatũ, cum vxore, aut filia sua, aliove graui delicto, veluti furem nocte deprehensum interficere, aut legum permissione detinere potuisset, *l. nihil interest. in princ. ff. ad L. Iul. de adult. l. furem 9. ad L. Iul. de Sicar. l. 4. §. 1. ad L. Aquil.* Aut Reum ideo legitimam defensionem non fecisse, quod reus offenso fuit robustior, adeoq; pugna superior, & ab impetu insultuq; liber *vers.* **Oder / so der Kläger.** Non enim ad vltionem seu vindictam progredi debet defensio. *l. scientiam, ff. ad L. Aquil.* Aut, quia constet, occisum post insultationẽ à se factam retrocessisse, aut fugisse, vt exinde nõ facile præsumatur inculpata tutela *vers.* **Oder meldet/daß der Entleibt / nach gethaner ersten Benöhtigung / gewichen.** Aut, quod reus, cum fuga sibi consulere potuisset, homicidium potius committere, quam fugere maluit. *vers.* **Mehr/ so fürgeben wird.** Has & alias eius generis replicationes, si Accusator contra accusatum defensionis exceptione vtentem in mediũ adferat, ante omnia probare meminerit. Qui si hoc debito suo se exsoluerit, probationemq; legitime deduxerit; reo sua defensio denegabitur: & frustra sibi vim primo illatam esse iactabit. Zas. *ad l. vt vim nu. 14. 15. 16. ff. de iust. & iure.* Quod verum esse, addit Remus *ad hunc artic. 142. lit. C.* si simul dolus manifestus arguatur; secus, si de eo liquidissime non appareat: nam etsi non erit defensio inculpata, est tamen aliqua excusatione digna: tum quod L. Corneliæ ordinaria pœna locum non habet, nisi in homicidio doloso, *l. 1. l. 4. §. 1. l. 7. l. 14. l. pen. ad L. Cornel. de Sicar. Exod. 21. v. 12. 13. 14. Numer. 35. v. 15. 20. & seqq. Deuter. 19. v. 5. & seqq.* tum quod in autographo Caroli V. hic ita legitur. **So kan sich solcher Todtschläger keiner rechten / oder gäntzlichen entschuldigten Nohtwehr behelffen.** Ergo aliqua & imperfecta vti poterit. Clar. *lib. 5. q. 29. nu. 2.* Remus *d. loc.*

Contra, si actor impetum siue vim primum ex causa legitima factam fuisse probare non possit: Reus vero de inculpatæ tutelæ defensionis moderamine liquido iudices doceat; hoc casu exceptio eius à iudice admittenda est, ita tamen, vt ab vtra-

que parte producti testes, si qui haberi possunt, oculati, audiantur, & vtriusq; partis testimonia pariter admittantur, adeoq; in factum ipsum diligens habeatur inquisitio.

Hoc porro loci animaduertendum est præcipue, si quis vim primum illatam, sui defendendi, & vim vi propulsandi iustam causam habuerit, nec tamen in ipsa propulsatione omnia, quæ in moderata tutela seu defensione requirantur, stricte & ad amussim obseruauerit, (quis enim stateram in manu habet, vt ad mensuram omnia agat? Gail. 2. *obs.* 110. *num.* 17.) tunc diligenter expendendum est iudici, qua in re limites, modumq; iure præscriptum excesserit: quibus ad æquitatis examen reuocatis & iuste adpẽsis, pœna corporis, vitæ amissionis, aut mulctæ, adeoq; modo grauior, modo mitior pœna mulctave, pro re nata erit irroganda, quid ex consilio prudentum iudices statuendum existimarint, *h. artic.* 113. & ibi Remus *in paraph.* Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. casu* 277. vbi relinquit arbitrio iudicis, an homicidium sit ad defensionem legitimam, siue cum moderamine inculpatæ tutelæ commissum, vt ille qualitates rixantium, armorum, causæ, & reliquas circumstantias probe inspiciat & animaduertat.

ARTIC. CXLIII.

De homicidio nullis præsentibus testibus commisso, cui inculpatæ tutelæ moderamen prætexitur.

Von Entleibung / das niemands anders gesehen hat / vnd eine Nohtwehr fürgewendet würde.

SO einer jemand entleibt / das niemand gesehen hat / vnd wil sich seiner Nohtwehr gebrauchen / der jhm die Kläger nicht gestehen / in sol-

in solchen Fällen ist anzusehen / der gut vñ böse Stand jeder Person / die statt / da der Todschlag geschehen ist / was auch jeder für Wunden vnd Wehr gehabt / vnd wie sich jeder Theil in dergleichen Fällen / vor / vnd nach der That / gehalten habe / welcher Theil auch auß vorgehenden Geschichten mehr Glaubens / Vrsach / Bewegung / Vortheils / oder Nutz haben möge / den andern an dem Ort / als die That geschehen ist / zuerschlagen / oder zubenöhtigen. Darauß kan ein guter verständiger Richter ermessen / ob der fürgewendten Nohtwehr zu glauben sey / Vnd wo die Vermuhtung der Nohtwehr / wider die bekenntlichen That statt haben sol / so muß dieselbige Vermuhtung gar gut starck beständige Vrsach haben / Aber der Thäter möchte wider den Entleibten / so viel böser / vnd sein selb halb / so viel guter starcker Vermuhtung darbringen / jhm wer der Nohtwehr zuglauben. Solche Vrsach alle zuerklären / kan durch diese Ordnung nicht wol gründlich / vnd jederman verständlich / beschehen. Aber nemlich ist zumercken / daß in diesem Fall / aller obgemelten Vermuhtung halb die Beweisung dem Thäter auffgelegt werden sol / Doch vnabgeschnitten dem Kläger die Weisung / die er darwider fürbringen wolte / Vnd wo dieser Fall vorgemelter Massen / redlich Zweiffel hat / so ist noht / in der Vrtheil der Verständigen Raht / mit Fürlegung aller Vmbständen / stattlich zugebrauchen. Wenn sich dieser Fall / mit gar viel Zweiffels vnd Vnterscheyd / für / vnd wider die berühmbten Nohtwehr / begeben mag / die vor der Geschicht nicht alle zubedencken / oder zu setzen.

Imperator Carolus V. in hoc articulo proponit illam quæstionem; Quomodo puniatur, qui fatetur se hominem occidisse, addit tamen, se defendendi sui causa fecisse, defensionem autem probare nequit, quia homicidium nullis testibus præsentibus commissum est. Sed tamen eam non decidit, sed consideratis variis temporum, locorum, rerum & personarum circumstãtiis arbitrio iudicis relinquit, vt ille vtriusq; personæ, tam occisi, quam Rei conditionem atq; vitæ statum, locum, vbi cædes facta dicatur, *l. aut facta*, §. *locus*, *ff. de pœnis*. quo quisque armorum genere vsus sit; quæ & quot quisque vulnera acceperit; quo se modo ante & post factum homicidium gesserint, & affecti

inuicem fuerint: quis eorum ex vita anteacta maiorem fidem & innocentiæ opinionem mereatur: quid causæ fuerit, quid spei reum commouere potuerit, *hoc artic.* 143 *in pr.* Quas circumstantias omnes & singulas in sibi proposita facti specie examinat Fichard. *cons.* 119. *nu.* 5. *vers.* Zum andern/ *& seqq. tom.* 2. *& cons.* 122. *n.* 2. *& seqq.* Has circumstantias solerti indagationi prudentis iudicis Imp. Carolus V. cõmittit, vt ille animaduertat Reone inculpatæ defensionis clypeo se munienti credendum sit, necne. Namque, vt eiusmodi tutelæ præsumptio, cum cædes manifesta est, neque negatur, locum habeat, causas esse magnas & graues, quæ contra occisum faciant necessum est, quas si liquido probatas reus contra occisum suæ causæ patrocinandi gratia, adferat, quin absoluatur, nullum est dubium. Eæ causæ quales sint, hac constitutione comprehendi & ob oculos poni nequeunt: plura enim sunt facta, quam vt legibus comprehendi queant, *l. non possunt, ff. de legib.* Omnino autem Reo homicidium fatenti, si modo præsumptiones tales sint, quas attendere operæ pretium sit, onus probandi defensionem imponi debet; contra quam probationem, si actor vicissim aliquid opponere, aut contrarium probare velit, apud acta audiendus erit. Quod si in vtramq; partem, verisimilibus argumentis & actore & reo instructis, res intricata propendeat, vt ea recte diiudicetur, prudentibus omnia, quæ incidisse memorantur, explicanda esse monet Imperator *hoc artic. in fin.* quo rectius respondere possint *l. capitalium, & l. aut facta, ff. de pœn.* Remus *in paraph. h.* Denique qua pœna reus ex tali confessione qualificata puniri debeat; examinat & tractat Berlichius *concl.* 15. *nu.* 6. *& seqq. p.* 4. vbi concludit, reum non pœna legis Corneliæ ordinaria, sed alia mitiori, arbitrio iudicis puniendum esse, per *ibidem* allegatas rationes & fundamenta.

ARTIC.

ARTIC. CXLIV.

Si aduersus fœminam inculpata tutela prætendatur.

Von berühmbter Nohtwehr / gegen einem Weibsbild.

Ob einer ein Weib erschlüge / vnnd sich einer Nohtwehr berühmet / in einem solchen Fall ist außzuführen / vnnd anzusehen / die Gelegenheit deß Weibs vnd Manns / auch jhrer beyder gehabter Wehr vnd That / vnnd darinnen nach Raht der Rechtsverständigen / wie hernach stehet / zu vrtheilen. Denn wiewol nicht leichtlich ein Weib einen Mann zu einer entschuldigten Nohtwehr vrsachen mag / so were doch müglich / daß ein grausam Weib einen weychen Mann zu einer Nohtwehr tringen möchte / vnd sonderlich / so sie sörgliche / vnd er schlechtere Wehr hätte.

Vti exceptio inculpatæ tutelæ non facile defenditur, si reus occiso fuit robustior, quippe, quod non sit verisimile, periculum ei ab occiso impendisse *sup. artic. 142. vers.* **Oder / so der Kläger / rc.** Ita quoq; si mulier à viro sit occisa, non præsumitur inculpata tutela, nisi à viro, legitimæ defensionis causa se id fecisse, probetur: quæ probatio ex qualitate viri & mulieris desumi potest, vt nimirum inspiciatur & attendatur, quibus armis vsa sit illa, quibus hic, qui pugnæ modus fuerit, & quæ vulnera inflicta: vt his in considerationem adductis, apertius consilio prudentes adesse possint. Licet enim improbabilius, virum ad sui defensionem à muliere cogi posse dicatur, & credatur; quippe, quod pro viro præsumptiue militet fortitudo, & pro fœmina imbecillitas, *l. si quis duos, §. maritus, ff. de reb. dub. l. cum hic status, §. ambo, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Tiraq. *in 1. leg. connub. gl. 1. p. 1. num. 55. & seqq.* fieri tamen posse non negatur, vt virago quæpiam natura

ferox, & arma manibus gerens, mollem meticulosum & effæminatum virum verbis prouocet, & ita virum sine viribus, siue armis ad defensionem suscipiendam cogere possit. Fidem autem suæ exceptioni conciliabit reus, si fœminam arma strinxisse, iisque necem intentasse: se, minus noxium telum habuisse ostenderit. Tiraq. *de mitigandis pœnis caus.* 9. Remus *in paraph. h. art.* 144. Vigel. *c.* 7. *reg.* 1. *except* 1. *repl.* 5.

ARTIC. CXLV.

Si non percussor, sed alius, præter voluntatem vim vi repellentis, occidatur.

So einer in rechter Nohtwehr einen Vnschuldigen wider seinen deß Thäters Willen entleibt.

SO einer in einer rechten bewiesen Nohtwehr / wider seinen Willen / einen Vnschuldigen mit Stichen / Streychen / Würffen / oder Schiessen / so er den Nöhtiger meynet / treffe / vnd entleibet hätte / der ist von peinlicher Straff entschuldiget.

Quæstio est: quomodo occidens præter voluntatem suam, vnum, puniatur? Respondet Carolus V. *h. artic.* 145. Si quis Tertium, illac forte iter facientem, aut forte fortuna superuenientem, dum se iusto moderamine defendit, cominus contra aggressorem pugnans, casu non data opera occiderit, à pœna excusari; Quod intellige de pœna legis Corneliæ de Sicariis: Tenetur namq; adhuc pœna legis Aquiliæ, per text. *in l. scientiam* 45. §. *qui cum aliter* 4. *ff. ad L. Aquil.* Quod adeo obtinet, vt insultatus, si mediatorem, qui pacis conseruandæ causa in rixa interuenit, occidit, etiam à pœna gladij ordinaria excusetur, maxime, si aliter se defendere, & mortis periculum euadere non potuit. Clar. §. *homicidium nu.* 31. Farinac. *in praxi crimin. p.* 4. *tit. de homicidis* 14. *quæst.*

quæst.125.nu.142.& seq. Menoch. *de arbit.iud.quæst. casu 277. nu.3. & & casu 324.nu.9.& seq.* Mandell. *concl.56.nu.53.* Econtra autem, si quis Martinum percutere vellet, vel occidere, lapsus in persona, Antonium percussit, vel occidit, tenetur pœna legis Corneliæ de Sicariis. *d.l.scientiam,§. qui cum aliter vers. sed si defendi. ad L. Aquil. l. eum, qui nocentem,§. si iniuria. de iniur. l. quoniam multa, C. ad L. Iul. de vi publ.* Thoming. *decis.38. num.6.& seqq.* Berlich. *concl.10. nu.4.& 10. cum seqq.*

ARTIC. CXLVI.

De homicidiis casu, nec occidendi animo factis; extra moderatam tutelam.

Von vngefährlicher Entleibung / die wider eines Thäters Willen geschicht / ausserhalb einer Nohtwehr.

SO einer ein ziemlich vnverbotten Werck an einem Ende / oder Ort / da solche Werck zuvben ziemlich ist / thut / vnd dardurch von vngeschichten gantz vngefährlicher Weiß / wider deß Thäters Willen / jemand entleibet / derselbige wird in viel weg / die nicht müglich zu benennen seyn / entschüldigt. Vnnd damit dieser Fall dester leichter verstanden / setzen wir diese Gleichnuß: Ein Balbierer schieret einem den Bart in seiner Stuben / als gewöhnlich zu scheren ist / vnnd wird durch einen also gestossen oder geworffen / daß er dem / so er schieret / die Gurgel wider seinen Willen abschneidet. Ein ander Gleichnuß: So ein Schütz in einer gewöhnlichen Zielstatt stehet / oder sitzet / vnd zu dem gewöhnlichen Platz scheust / vnd es laufft jhm einer vnter den Schuß / oder jhm läst vngefährlicher weiß vnd wider seinen Willen sein Büchß / oder Armbrost / ehe vnd er recht anschlegt / vnnd abkompt / vnnd scheust also jemand zu todt / diese beyde seyn entschüldiget. Vnterstünde sich

aber

aber der Balbierer an der Gassen / oder sonst an einer vngewöhnlichen statt jemand zu scheren / oder der Schütz an einer dergleichẽ vngewönlichen statt / da man sich versehen möchte / daß Leut wanderten / zu schiessen / oder hielte sich der Schütz in der Zielstatt vnfürsichtiger Weiß / vnd würde also von dem Balbierer / oder dem Schützen / als obstehet / jemand entleibt / der Thäter keiner wird gnug entschuldiget: Aber dennoch ist mehr Barmhertzigkeit bey solchen Entleibungen / die vngefährlich auß Geylheit / oder Vnfürsichtigkeit / doch wider deß Thäters Willen geschehen / zuhaben / dann was arglistig / vnd mit Willen geschicht. Vnd wo solche Entleibung geschehen / sollen die Vrtheiler bey den Verständigen / so es vor jhn zu Schulden kompt / der Straff halb / Rahts pflegen.

Auß diesen obangezeigten Gleichnussen / mag in andern vnbenanten Fällen ein Verständiger mercken vnd erkennen / was ein vngefährliche Entleibung ist / vnd wie die Entschuldigung auff jhr trägt. Vnd nach dem diese Fäll offt zu Schulden kommen / vnd durch die Vnverständigen / darinnen etwa gar vngleich gericht wird / ist die angezeigte kurtze Erklärung vnd Warnung derhalben auß guten Vrsachen geschehen / damit der gemeine Mann etwas Verstand der Rechten darauß nehme. Jedoch / haben die Fäll zu Zeiten gar subtile Vnterscheyd / die dem gemeinen Mann / so an den peinlichen Gerichten sitzen / verständig / oder begreifflich nicht zumachen seyn. Hierumb sollen die Vrtheiler in diesen obgemelten Fällen / allen (wenn es zu Schulden kompt) angezeigter Erklärung halb / der vorgemelten verständiger Leut Raht nit verachten / sondern gebrauchen.

Homicidium casu committitur, ab aliquo præter scopum, consilium & culpam suam, ex negotio & actu licito, natura sua ad delinquendum non comparato, *l.1. ff. si quadr. paup. fec. dic. l.1. §. eum, qui C. de Sicar. l.11. §. delinquunt. de pœn.* De eiusmodi casu disponit Carolus V. *hoc artic.* 146. quod excusetur ab homicidij pœna, qui non dolo, neq; data opera, sed casu homicidium fecit: vbi simul hoc declarat exemplis; quæ alias rem valde illustrant: Veluti, si Titius in tonstrina sua (qui locus ei commodus est) Sempronio barbam raderet, inopinato casu in manus tonsoris

iacta-

iactatum quid est, aut tonsor percussus, vnde gula eius, quem radebat, cultello præciditur. Vel si balearis quis funditor, aut miles in campo Martio iaculationibus atque militaribus exercitationibus destinato, iaculis ludens, palum iaciens, dum telum emittit, bombardam ad metam exonerat, transeuntem transcurrentemve læserit, traiecerit: vel si cum nondum collimasset, telum inuita manu fugerit, atq; hominem occiderit, quia improuiso casu factum est, nulla horum culpa intelligitur. *h. artic. 146.* vbi Remus *in paraph.*

Sane si culpa casum præcesserit, & homicidium committatur, non debet illud esse impunitum. *l. eiusdem 3. §. sed hoc solum, cum seq. & l. lege Cornelia 4. §. 1. ad L. Cornel. de Sicar. l. si quis 38. §. qui abortionis, ff. de pœn. l. illicitas 6. §. sicuti medico, ff. de offic. præs. c. consuluisti, §. hi autem, qui probantur 2. quæst. 5. hoc artic. 146. vers.* Vnterstünd sich aber der Balbierer an der Gassen/ Vbi idem exemplis declaratur: Veluti si tonsor in via publica (hic culpa ad casum ordinata est, Gail. *2. obs.* 110. *num. 25.*) aut vbi homines ex consuetudine tonderi non solent, quem radat: aut miles sagittarius, sclopetarius siue bombardarius in alio loco, quam qui ad exercitandum datus est, vt qua vulgo iter fit, eiaculatus fuerit: aut si imprudentius arcum, tormentumve in loco ipso destinato tractarit & versarit: si quis ab eo tonsore, vel milite occidatur, quod in culpa sint, puniri possunt. *hoc artic. 146. d. vers.* Vnterstünd sich/ rc. Quo tamen casu non ordinaria, sed extraordinaria pœna legis Aquiliæ, aut alia mitiori, pro arbitrio iudicantis reus est puniendus *dd. legib. & hoc artic. vers.* Aber dennoch ist mehr Barmhertzigkeit/ rc. vbi indicat Imperator: iudices in tali casu plus debere misericordiæ, quam seueritatis adhibere. Wesenb. *in paratt. ad L. Cornel. de Sicar. nu. 23.* Vt tamen, si quæ cædes eiusmodi facta deferetur, prudentes consulant. Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. casu* 324. Quod autem dictum est, homicidium culpa commissum extraordinaria pœna puniendum; hoc de leui & leuissima culpa non intelligitur: nam hæc etiam quoad extraordinariam pœnam, præsertim criminalem, tanquam casus, veniam meretur, teste

Clar. §. *homicidium verſ. culpa dicitur 3. ibi, hac tamen concluſio.* Cæterum vtrum dolo, an culpa homicidium ſit commiſſum, etiam ex genere armorũ conſtituitur. Nam ſi baculo quis percuſſerit, & ſecuta mors eſt, percutiens non præſumitur animum occidendi habuiſſe, ideoque culpa, non dolo homicidium factum eſſe cenſetur. *l. 1. §. diuus Hadrianus, ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Clar. *d. §. homicidium verſ. dicitur etiam 3.* Vigel. *c. 7. reg. 1. except. 2. replicat. & duplicat.*

ARTIC. CXLVII.

Vulneratus ſi moriatur: & vtrum vulnus morti cauſam dederit, necne, quæſtio exſurgat.

So einer geſchlagen wird / vnd ſtirbt / vnd man zweiffelt / ob er an der Wunden geſtorben ſey.

SO einer geſchlagen wird / vnd vber etliche Zeit darnach ſtürbet / alſo / daß zweiffelich were / ob er der geklagten Streych halben geſtorben were / oder nicht / in ſolchen Fällen mögen beyde Theil (wie von Weiſung geſetzt iſt) Kundſchafft zur Sachen dienſtlich ſtellen / vñ ſollen doch / ſonderlich die Wundärtzt / der Sach verſtändig / vnd andere Perſonen / die da wiſſen / wie ſich der Geſtorbẽ nach dem Schlagen vnd Rumor gehalten habe / zu Zeugen gebraucht werden / mit Anzeigung / wie lang der Geſtorben nach den Streychen gelebt habe / vnd in ſolchen Vrtheilen / die Vrtheiler bey den Rechtsverſtändigen / vnd an Enden vnd Orten / wie zu End dieſer vnſer Ordnung angezeigt / Rahts pflegen.

Si quis vulneratus non è veſtigio, ſed poſt aliquot dierum interſtitium moriatur; quæſtio agitari ſolet; vtrum vulneratus ex vul-

ex vulnere, an vero ex negligentia, vel ſua, vel Medici deceſſerit? ad quam reſpondetur, reum homicidij pœna puniendum non eſſe, niſi de eo prius conſtare cæperit, quod ex vulnere deceſſerit. Poterunt itaque ab vtraque parte teſtes in iudicium produci; potiſſimum vero chirurgi, vel Medici, quibus, vtpote peritis in ſua arte credendum eſt, *l. ſeptimo menſe* 12. *ibi, propter authoritatem doctiſſimi viri Hippocratis: & ideo credendum eſt, ff. de ſtatu homin.* Clar. §. *homicidium num. 43.* Menoch. *de arbitr. iudic. quæſt. caſu 275. num. 11.* vbi Medicorum iudicium, non coniecturam, ſed veram probationē eſſe ait: Id quod inprimis verū eſt, ſi Medici illi ſint ab inſigni aliqua Republica, ob ſingularem ſuam peritiam recepti, & ex publico ſalarium habeant, Gail. 1. *obſeru. 111. num. 6.* vel ſint Doctores, aut Licentiati, Farinac. *in praxi crimin. p. 5. quæſt. 127 num.* 107. qui teſtentur de vulnere, lethale fuerit, num ſecus. Schultes *in addit. ad Modeſtin. Piſtor. quæſt. 143.* Poſſunt alias etiam teſtes domeſtici ac vicini adhiberi, qui deponant, quam bene ſe æger ad Medici pręſcriptum in cura geſſerit, num cibis potuque interdictis vſus ſit: num ob intemperantiam aliquo nouo ſymptomate correptus fuerit: itemque & hoc, an ſi ipſe ſibi deeſſe noluiſſet, conualeſcere potuerit, necne: denique quamdiu à vulnere ſuperuixerit, (Dies κρίσιμοι attendi ſolent, vel maxime. Vocantur autem dies decretorij, ſiue critici. Leonhard. Fuchſius *lib. 4. Inſtit. Medic. ſect. 2. c.* 10.) Si namque quadraginta dies ſuperuixerit, non præſumitur mortuus ex vulnere. Sec. Angel. *in l. 1. C. de emendat. propinq.* Gail. 2. *obſer.* 11. *nu. 23.*) iurati deponent. Remus *in paraph. hoc artic.* 147.

ARTIC. CXLVIII.

Pœna eorum, qui cum homicidium in rixa, vel digladiatione, fieret, sibi inuicem auxilium tulerunt.

Straff der jenigen / so einander in Morden / Schlagen / vnd Rumorn / fürsetzlich / oder vnfürsetzlich Beystand thun.

SO etliche Personen mit fürgesetztem vnnd vereinigtem Willen vnnd Muth / jemand bößlich zu ermorden / einander hülff vnnd beystand thun / dieselben Thäter alle haben das Leben verwirckt. So aber etliche Personen vngeschickts in einem Schlagen / oder Gefächt bey einander weren / einander helffen / vnnd jemand also ohn gnugsam Vrsach erschlagen wird: So man dann den rechten Thäter weiß / von deß Hand die Entleibung geschehen ist / der sol / als ein Todschläger mit dem Schwerdt zum Tod gestrafft werden. Were aber der Entleibt durch mehr / dann einen / die man wüst / gefährlicher Weiß tödlich geschlagen / geworffen vnnd gewundet worden / vnnd man künte nicht beweißlich machen / von welcher sonderlichen Hand vnnd That er gestorben wer; So seynd dieselben / so die Verletzung / wie obstehet / gethan haben / alle als Todschläger vergemelter massen / zu dem Todt zu straffen. Aber der ander Beyständer / Helffer vnd Vrsächer Straff halber / von welches Hand obbestimpter Massen / der Entleibt nicht tödlich verletzt worden ist / auch so einer in einer Auffruhr / oder Schlagen entleibt wird / vnd man möchte keinen wissen / darvon er (als vorstehet) verletzt worden wer / sollen die Vrtheyler bey den Rechtsverständigen / vnnd an Enden vnnd Orten / wie hernach gemelt wird / Rahtspflegen / mit Eröffnung aller Vmbstände vnnd Gelegenheit solcher Sachen / so viel sie erfahren köndten. Dann in solchen Fällen / nach Ermässigung mancherley Vmbstände / das nicht alles zu schreiben / vnterschiedlich zu vrtheylen ist.

Quæstio eſt, quæ pœna ſit, ſi plures in rixa, vel tumultu, ſiue digladiatione aliquem occidant? Si author homicidij ſciatur, quin is pœna ordinaria legis Corneliæ puniendus ſit, nullum dubium eſt. *l. item Mela 11. §. ſed ſi plures 2. verſ. & ſiquidem apparet, ff. ad L. Aquil. & hoc artic. 148. poſt princ. verſ.* **So aber etliche Perſonen.** Gail. 2. *obſ. 109. nu. 2. verſ. ſi vero certum ſit.* Si vero in rixa plurium quis eſt occiſus, & occiſor ignoratur, dubitationem habet, quomodo illi puniantur? ſed omnino dicendum eſt; quod omnes, non criminaliter, ſed ciuiliter de læſione tantum teneantur, adeoq; arbitrarie extra ordinem, vel pœna pecuniaria, vel relegatione, vel ſimili puniendi ſint. *l. item Mela* 11. §. *ſed plures 4. ff. ad L. Aquil. l.* 1. §. *vlt. & l. ſeq. ff. de his, qui deiec. vel effud.* Quam ſententiam confirmat Carolus V. hac Conſtitutione criminali *artic.* 148. *poſt med. verſ.* **Auch ſo einer in einem Auffruhr/oder Schlagen/ꝛc.** Gail. 2. *obſer.* 109. *nu* 1. *cum ſeqq.* Modeſtin. Piſtor. *conſil. 4. num. 1. & ſeqq. vol. 2.* Clar. §. *homicidium num. 37. & ſeq.* Baptiſta à Villalob. *in verbo homicidium.* cum aliis allegatis à Berlichio *concluſ.* 11. *num. 6. & ſeq.*

Quod ſi vero eiusmodi rixa tumultuaria & conflictus data opera, ſtudio & deliberato animo contigiſſet, adeoq; deſtinata voluntate, deliberatoq; animo hominis occidendi cauſa, ſibi mutuam opem & auxilium tuliſſent ſinguli, tunc omnes pœna ordinaria & capitali ſupplicio afficiendi ſunt, etiamſi vnum vulnus tantum fuerit inflictum, & de eius authore non conſtet. *l. in eadem cauſa 3. ff. ad L. Iul. de vi publ. Conſtit crim. hoc artic.* 148. *in pr. his verbis.* **So etliche Perſonen mit fürgeſetzten vnd vereinigten Willen vnd Muht/ jemand böߟlich zuermorden einander Hülff vnd Beyſtand thun/dieſelben Thäter alle haben das Leben verwirckt.** Clar *d. §. homicidium verſ. alia etiam 37. ibi, primus eſt.* Damhud. *in pract. crim. c. 76. nu. 27.* & alij allegati à Berlichio *d. loc. nu. 49.*

Si homicidium non fuerit deliberatum, ſed in rixa, vel tumultu fortuito, ſiue caſu exorto à pluribus factū: tunc ij ſolum, qui lethalia vulnera occiſo inflixerūt, ſiue vnus, ſiue plures ſint, ſiquidem deprehendi poſſint, vt homicidæ puniuntur, & ita vi-

 ciſſim

cissim expectent, quod alteri fecerunt. *l. nemo, C. de Episcop. aud.* Clar. *d. §. homicidium. vers. aut vero plura* 41. *in pr.* Cæteri autem, qui occisum vulnerauerunt, sed non lethaliter, extra ordinem puniuntur, *h. artic. 148. vers.* Der ander Beyständer/ Helffer vnd Vrsacher/ rc. Clar. *d. §. homicidium. & d. vers. aut vero plura, ibi, aut vero vnum, & ibi, aut vero sunt.* Quod si autor lethalis vulneris ignoretur, omnes vulneratores extra ordinem hoc casu puniuntur. *hoc artic. 148. verb.* Auch/ so einer in einer Auffruhr. Clar. *d. vers. alia etiam* 37. *ibi, tertium autem est.* Fichard. *in addit.* ad Baptist. à Villalob. *in verbo. homicidium.* Vigel. *cap. 7. reg. 2. except. 1.* Adde notata *sup. ad artic. 34.*

ARTIC. CXLIX.

De cadauere occisi ante sepulturam inspiciendo.

Von Besichtigung eines Entleibten / vor der Begräbnuß.

VNd damit denn in obgemelten Fällen gebührlich Ermässigung/ vnd Erkäntnuß solcher vnterschiedlichen Verwundung halb/ nach der Begräbnuß deß Entleibtẽ desto minder Mangel sey/ sol der Richter / sampt zweyen Schöpffen/ dem Gerichtschreiber / vnnd einem/ oder mehr Wundärtzten (so man die haben / vnd solches geschehen kan) die denn zuvor darzu beeydigt werden sollen / denselben todten Cörper vor der Begräbnuß/ mit Fleiß besichtigen / vnd all seine empfangene Wunden/ Schläg/ Auffwerff/ wie der jedes funden / vnnd ermessen würde/ mit fleiß mercken vnd verzeychnen lassen.

Reum, siue accusatum homicidij non posse pœna affici, nisi de eo prius constare cæperit, quod ex vulnere decesserit dictum est *artic.* 47. Vt itaque ostendi possit, vtrum vulneratus ex vulnere perierit, & ne postquam iustæ sepulturæ traditum, hoc est, terra

terra conditum corpus inquietari opus ſit, iudicis eſt, vt ille cum duobus Aſſeſſoribus, ſiue Scabinis, Actuario & Chirurgo vno, vel pluribus, ſi haberi poſſint, iuratis, ad domum defuncti eat, & cadauer antequam funus dicatur, diligenter inſpiciant, omniaq; vulnera, verbera, ictus & quæcunq; ſymptomata acceſſerint, accurate conſignari faciat. Gail. *d. obſeru.* 111. Remus *in paraph. huius artic.* 149. Cæterum non abs re eſt, ſi Judex etiam ante mortem hanc inſpectionem vulnerati inſtituat; quia nimirum, ſi per negligentiam vulnus forte lethale fiat, tunc vulnerans de vulnerato tantum tenetur. *l. qui occid.* 1. *§ fin. ff. ad L. Aquil.* Prodeſt aliquando etiam in caſibus dubiis, vbi verus author ignoretur, audire ſententiam vulnerati antequam morte extinguatur: quippe, quod innocentiæ fauore creditur vulnerato, excuſanti vulnerantem. Gail. *lib. 1. de P. P. obſ.* 16. *nu.* 23.

Artic. CL.

Alia homicidiorum genera, in quibus nulla culpa admiſſa & pœna ceſſare intelligitur, ſi modus quidem non excedatur.

Hernach werden etliche Entleibung in Gemein berührt/ die auch Entſchuldigung auff jhn tragen mögen/ ſo darinn ordentlicher Weiß gehandelt wird.

ES ſeyn ſonſt andere mehr Entleibung/ die etwan auß vnſträfflichen Vrſachen beſchehen/ ſo dieſelben Vrſachen recht vnnd ordentlich gebraucht werden/ als da einer jemand vmb vnkeuſcher Werck willen/ die er mit ſeinem Eheweib/ oder Tochter vbet/ erſchlägt/ wie vor in dem 121. Articul deß Ehebruchs/ anfahend: Item/ ſo ein Ehemann einem andern/ ꝛc. geſetzt iſt.

Item/

Item/so einer zu Rettung eines andern Leib/Leben/ oder Gut/ jemand erschlägt. Item/ so Leut tödten/ die jhre Sinn nicht haben. Mehr/ so einem jemand von Amptswegen zu fahen gebüret/ der vnzimlichen/ freventlichen vnd sorglichen Widerstand thut/ vnd derselbig Widersässig darob entleibt würde.

Item/ so jemand einen bey nächtlicher Weil/ gefährlicher Weiß in seinem Hauß findet/ vnd erschlägt/ oder/ so einer ein Thier hat/ das jemand tödtet/ vnd er dergleichen Boßheit darvor von dem Thier nicht gesehen/ oder gehöret hat/ wie hievor in dem 136. Articul/ anfahend: Item/ hat einer ein Thier/ ꝛc. darvon gesetzt ist. Die nächst obgemelte Fäll alle haben gar viel Vnterscheyd/ wann die Entschuldigung/ oder keine Entschuldigung auff jhnen tragen/ das alles zu lang zu beschreiben/ vnd zuerklären wer/ vnd dem gemeinen Mann auch jrzig vnd ärgerlich seyn möchte/ wo solches alles in dieser Ordnung solt begriffen werden. Hierumb/ so dieser Sach eine für den Richter vnd Vrtheiler kompt/ sollen sie bey den Rechtsverständigen/ vnd an Enden vnd Orten/ wie zu Ende dieser vnser Ordnung angezeigt/ Rahts gebrauchen/ vnd jhn nicht eygen vnvernünfftige Regel/ oder Gewonheit darinn zusprechen/ machen die dem Rechten widerwertig seyn/ als je zu Zeiten an den peinlichen Gerichten bißher beschehen/ daß die Vrtheiler/ die Vnterscheyd jeder Sach nicht hören/ vnd bewegen/ das ist ein grosse Thorheit/ vnd folget darauß/ daß sie sich zu vielen malen jrren/ thun den Leuten vnrecht/ vnd werden an jhrem Blut schuldig: So geschicht auch viel/ daß Richter vnd Vrtheiler die Mißthäter begünstigen/ vnd jhre Handlung darauff richten/ wie sie jhnen das Recht zu gut verlängern/ vnd wissentliche Vbelthäter darnach ledig machen wöllen/ vermeynen vielleicht etliche einfältige Leut/ sie thun wol daran/ daß sie denselben Leuten jhr Leben retten. Sie sollen wissen/ daß sie sich schwerlich damit verschulden/ vnd sind den Anklägern derhalben vor GOtt/ vnd Welt/ Widerkehrung schuldig/ Wenn ein jeder Richter vnd Vrtheiler ist bey seinem Eyd/ vnd seiner Seelen Seligkeit schuldig/ nach seinem besten verstehen/ gleich vnd recht zu richten/ Vnd wo ein Sach vber sein Verständnus ist bey den Rechtsverständigen/ vnd an Enden vnd Orten/ wie hernach zu Ende dieser Ordnung gemeldet wird/ Rahts pflegen/ Wenn

zu grossen

zu grossen Sachen / als zwischen dem gemeinen Nutz / vnd der Menschen Blut zu richten / grosser ernstlicher Fleiß gehöret / vnd angekehret werden sol.

Imperator Carolus enumerat alia homicidiorum genera, quæ iustis ex causis licita & cōcessa nō puniuntur: si modo modus adhibeatur. Sic namq; excusatur à pœna homicidij, qui adulterum cum vxore, vel filia sua deprehensum, vel vxorem filiamve suam in adulterio deprehensam occiderit. *l. patri 20. & l. seq. l. marito 24. in pr. & l. si adulterium 38. §. Impp. ff. ad L. Iul. de adult. l. Gracchus 4. in pr. C. d. tit l. 1. §. fin. ff. ad L. Cornel. de Sicar. hoc artic. 150. in princ. sup. artic. 142.* Clar. §. *homicidium vers. dixi etiam 48. in pr. & versic. sed quid dicendum 49. in princ.* Vigel. *c. 7. reg.* 1. *except. 5.*

Et non solum si quis pro sui, sed etiam si pro alterius defensione homicidium fecerit, excusationem meretur, *hoc artic.* 150. *vers.* Item / so einer zu Rettung eines andern Leib / Leben vnd Gut / jemand erschlägt. Clar. §. *homicidium. vers. item locum 27. cum 2. seqq.* Fr. Viuius *lib. 1. comm. opin. in verbo defendere nu. 4.* Adeo fauorabilis est à natura nobis insita defensio, *l. vt vim, ff. de iust. & iure.* & percussorum audacia legibus exosa, *l. vlt. C. quando liceat vnicuiq.* Gail. 2. *obseru.* 110, *nu. 19.* atque ipsi humanitati contraria. Remus *ad h. artic. 150.*

Furiosus quoque homicidium committens ab homicidij pœna excusatur, *l. infans 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar. hoc artic.* 150. *vers.* Item / So Leut tödten. Franc. Viuius *lib. 1. comm. opin. in verb. furiosus, in pr.* & Clar. *§. fin. quæst. 60. vers. item quæro 7. in princ.* Vigel. *cap. 7. reg.* 1. *except. 4.* Nam hunc fati infelicitas excusat, & pro absente, ignorante, & adeo pro mortuo in omnibus habetur. Huc etiam spectant infantes, si hominem occiderint, quia hos innocentia consilij tuetur. *l. infans, ff. ad L. Cornel. de Sicar.*

Impune insuper occiditur, qui cum capiendus esset, resistit ne capi posset, vel qui iure magistratus occiditur. *c. reos, §. prohibetur c. de occidendis in pr. c. officia c. cum homo in pr. c. non frustra, c. non est crudelis, c. qui malos, & c. si homicidium 23. quæst. hoc artic* 150. *vers.*

Mehr/so einem. Clar. §. *homicidium. vers. sunt etiam 73. & §. fin. q. 29. in princ.*

Sic si furem noctu deprehensum quis occiderit, ab homicidij pœna excusatur. *l. si seruum 4. ff. ad L. Aquil. c. si perfodiens 3. ext. de homicidio hoc artic.* 150. *vers.* Item/so jemand. Clar. §. *homicidium. vers. vltima est* 47.

Et quamuis eo casu, quo quadrupes hominem occiderit, dominus eius teneatur pœna extraordinaria *sup. artic.* 136. Excusatur tamen dominus, si ferocitatem quadrupedis ignorauit, *hoc artic.* 150. *vers.* Oder/so einer ein Thier hat.

Hi prædicti casus aliique similes Rem. *hoc artic.* 50. *num.* 6. multum inter se differunt; quippe, quod omnes actus ab agentis intentione iudicandus *l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar.* sed cum id prolixum foret nimis hoc loco sigillatim adnotare: idcirco consultissimum erit, in his aliisq; causis prudentes adire eorumque sententias exquirere: ne quisq; pro suo ingenio ac captu statim regulas, aut consuetudines iuri è diametro aduersantes, quas iudicando sequi velit, constituere & introducere audeat. *h. artic.* 150. *in fin.*

ARTIC. CLI.

Qui exceptionem suam reus probare teneatur.

Wie die Vrsachen/so zu Entschuldigung bekantlicher That fürgewendet/ außgeführt werden sollen.

SO jemand einer That bekäntlich ist/ vnd derhalben Vrsachen angezeigt/ die solche That von peinlicher Straff entschuldigen möchten/als vor bey jeder geordneter peinlichen Straff wie vnd wenn die entschuldigt wird/ gesetzt ist/ so sol der Richter den Thäter fragen/ ob er solche seine fürgebene Entschuldigung gnugsam beweisen könte? So er denn das durch sich förderlich zuthun vrbietig ist/ so sol er/ was sie für Entschuldigung solcher That halb weisen wolten durch Rechtsverständige Leut/oder durch den Gerichtschreiber/ in Gegenwertigkeit

tigkeit deß Richters/auffzeychnen lassen. So denn der Richter mit gehabtem Raht der Rechtsverständigen/dieselben Weisungs Articul darfür erkant/ wo die bewiesen würden/ daß dieselben angezeigten Vrsachen/ die beklagten vnd bekanten That von peinlicher Straff entschuldigen. So sol der Thäter auff jhr Ansuchen/ mit solcher erbottenen Weisung/auch weß der Ankläger dienstlichs darwider weisen wolte/zugelassen/auch durch dieselbe Oberkeit deßhalb Kundschafft verhörer vñ anders verordnet/ gehalten vnd gehandelt werden/ wie vor im 62. Articul/anfahend: Item/wo der Beklagt/ꝛc. vnd etlichen Articuln darnach/ von Form vnd Maß der Weisung/ gesetzt ist/ sampt etlichen hernachfolgenden Articuln/so es zu Schulden kompt/ angesehen/ vnd darnach gehandelt. Wo gezweiffelt würde/ sol Rahts/ wie hernach gemelt wird/ gepflegt werden.

Reus ad probationem suæ defensionis omnino est admittendus *sup. artic 74.* Imo quocunq; tempore Reo defensionẽ postulanti, negari non oportet. *l. vnus, §. vlt. vers. quamuis, ff. de quæst.* Judicis itaq; est, quærere ex Reo, possit ne exceptionem suam, (quæ nihil aliud est, quam à pœna excusatio) liquido probare. Quod si hoc se facturũ affirmet, tunc exceptionis capita Actuarius consignabit. Quæ si Judex, habito prudentum consilio, ita inueniat cõparata, vt legitime probata Reum à pœna criminali excusent, probatio omnino admittenda est: neq; tamen actorẽ, si quid replicare habeat, à iudicio repellet. Et vt processus sine mora expediatur & ad finem pertrahatur; recte facit Judex, vti quoq; moris & styli est, si certum terminum ad probandum præfigat. Quamuis enim Judex nequeat defensiones Reo auferre, potest tamen defendendi modum ac terminum ex iusta causa præscribere; cum limitare tempus, ad se defendendum, non sit tollere defensiones. Vasq. *illust. q. 36.* Farinac. *1. de indic. & torturis Tit. 3. q. 39. nu.* 112. *& seq.* Idq; vt meliore ordine fiat, à magistratu loci audiendis testimoniis, quæ partes producent, Commissarij constitui debent, eoq; modo procedi, vt præscriptum superius *artic. 62. cum seqq. & artic. 30. cum seqq.*

Artic. CLII.

Articuli defensionales, si non concludant.

So deß Thäters gegebene Weisungs Articul nicht beschliessen.

So aber die obgemelten Weisungs Articul / durch den Richter / mit gehabtem Raht der Verständigen / darfür erkannt würden / ob gleich solche erbottene Weisung geschehen / daß die dannoch nicht dienstlich zu deß Thäters Entschuldigung were / so sol die Weisung nicht zugelassen / sondern aberkant / vnd alsdenn durch den Richter vnd Gericht / da der Thäter innen läge / mit fürderlichem Rechten weiter gehandelt werden / wie sich gegen einem solchen bekantlichen offenbaren Thäter gebühret.

Si vero communicato cum prudentibus consilio, capita exceptionis siue defensionis, Judex ad tollendam maleficij pœnam, etiamsi satis & plene probarentur, non releuare viderit, ea probandi copia reo deneganda. Quid enim iuuaret & prodesset probare, quod probatum non releuat. *l. ad probationem, C. de probat.* Nec fauor reorum debet extendi ad defensionem irreleuantem & calumniosam. *l. cum seruum, §. si quis seruum & §. ex iusta causa, ff. de fideicomm. libert. l. recusare, ff. ad Trebell.* Farinac. 1. *de indic. & tort. tit. 5. quæst. 39. num.* 103. *& seq.* Quin potius ad sententiæ dictionem & publicationem contra Reum, vtpote confessum & conuictum, iudices mature festinabunt. *hoc artic.* 152.

ARTIC. CLIII.

Reo se ad probationem exceptionis offerente, de sumptibus in litem faciendis, quomodo caueatur.

Vber wen die Atzung in obgemelter Außführung gehen soll.

WO aber einer jemand entleibt hätte/ deßhalb in Gefängnuß käme/auch der Entleibung bekantlich were/ vnd doch der vorgemelten Vrsachen eine/ oder mehr/die jhn solcher Entleibung halb/gar/oder eines Theils entschuldigten/mit Kundschafft/ wie darvon gesetzt ist/ außführen wolte: So sollen deß Beklagten Freund dem Kläger zuforderst vor dem Richter vnd vier Schöpffen/ nach Ermässigung derselben/ nottürfftiglich Caution/ Sicherung vnd Bestand thun/ ob sich solche fürgebene Entschuldigung deß Beklagten/ in der Außführung mit Recht nicht erfünde/daß denn deß Beklagten Freund die Atzung deß Beklagten/ auch dem Kläger Kosten vnd Schaden/ nach Ermässung desselben Gerichts/ außrichten wöllen/ darinn derselbige Kläger / durch die vnterstanden vnerfindliche Außführung der berühmbten Entschuldigung bracht würde. Damit gedencken wir fürzukommen/ daß der Kläger durch berührte/ vnwarhafftige vnd betriegliche Außzüg nicht zu Schaden bracht werde. Vnd sollen in diesem Fall der berührten Mässigung/ dieselben Schöpffen vnd Vrtheilsprecher bey den Rechtsverständigen/vnd an Enden vnd Orten/ wie hernach gemelt wird/auch Rahts pflegen.

Si constet, defensionem Rei non esse releuantem, ad eius probationem Reum non esse admittendum, cauit Imper. *supr. artic.* 151. sed &, nisi reus accusatori caueat de expensis soluendis, si defensionem non probauerit, adhuc dicendum, eum ad probationem non esse admittendum. *hoc artic.* 103. Qui enim non

habet iustam causam litigandi, in expensas condemnandus est. *l. properandum, §. sin autem alterutra.* vbi Dd. *C. de iud.* Gail. 2. *obs.* 152. Vt hac ratione actor indemnis contra Reum seruetur: malitiis enim & protractionibus dolosis via non est aperienda. *l. in fundo, ff. de rei vendic. l. 1. §. illud, ff. de aqua quotid. & aest.*

ARTIC. CLIV.

De paupertate rei, qui exceptionem probare vult.

Von grosser Armuht / deß / der sich obgemelter Massen defendieren wolte.

WEre aber der Beklagt so gantz arm / auch keine Freund hätte / die jetztgemelte Caution / Sicherung vnnd Bestand zuthun / vermöchten / vnd doch zweiffelich were / ob er seiner beschuldigten Entleibung halben / redliche Entschuldigung hätte: Sol sich der Richter / nach gestalt der Sachen / mit allem Fleiß / so viel er kan / erkündigen / vnd der Oberkeit solches alles schreiben / vnd Bescheyds deßhalben erwarten / also daß solche Erkündigung in dem Fall / Amptshalben / auff deß Gerichts / oder desselben Oberkeit Darlegen vnd Kosten beschehe.

Cum Reus adeo pauper est, & cautionem quoque præstare non queat; idcirco ne innocens propter inopiam, siue paupertatem (quæ nemini fraudi damnove esse debet, & pauperes in iure fauorabiles sint, siue personarum miserabilium loco habeantur, Gail. 1. *obs.* 1. *nu.* 40. *& lib.* 1. *obs.* 99. *num.* 1. *&* 2.) capitis pœnas luat; idcirco Judex ex officio debet inquirere expensis magistratus loci *hoc artic.* 154.
Guido Papæ *decis.* 561.

ARTIC. CLV.

Absentem damnatum, si in carcerem ex post facto deueniat, audiendum esse.

So einer in der Mordacht were / in Gefängnuß käme / vnd seine Vnschuld außführen wolte.

SO einer in Gefängnuß käme / der darvor in die Mordacht erkant were / wie an etlichen Orten Gewonheit / vñ in der Gefängnuß seine Entschuldigung / wie in den vorgemelten Articuln von den Entschuldigungen gesetzt ist / außzuführen sich erböte / der sol / vnangesehen / daß er hievor in die Mordacht erkant were / mit bestimbter Außführung zugelassen werden.

Si is, qui ob homicidium proscriptus fuit, capiatur, & ex carcere causam dicere velit, hoc est, ad exceptionis suæ probationem se idoneè offerat, ei reo hoc ex iudicis arbitrio non denegandum, sed indulgendum est. *h. artic. 155.* quippe, quod nunquam excludatur exceptio innocentiæ, licet lex, vel statutum omnem excludat exceptionem. Bald. *in l. edita, C. de edendo.* Proute etiam videmus, post sententiam aliquando defensionem admitti. Farinac. *1. Tit. 5. quæst. 39. num. 83.* Fichard. *consil. 116. num. 6. tom. 2.*

ARTIC. CLVI.

Quomodo reus in iudicium exceptionem ante deducat, quam in carcerem coniiciatur.

Von Außführung beschuldigter peinlicher Vbelthat / ehe der Beklagt in Gefängnuß kompt.

SO sich einer / ehe er in Gefängnuß kompt / einer peinlichen Vbelthat / mit Recht außführen wil / das sol er thun / an ordentlichen

chen peinlichen Gerichten / wie in diesen Fällen jedes Orts Recht vnd Herkommen ist / vnd sol in diesen Außführungen beyden Theilen rechtmässige Verkündigung geschehen / auch beyder Theil nottürfftig Fürbringen Vrkund vñ Kundschafft / wie sich in Recht gebühret / zugelassen / vnd nicht / wie in etlichen Orten Mißbrauch / abgeschnitten werden / vnd sol derselbig zum Rechten / für vnrechter Gewalt / vnd nicht weiter vergleyt werden.

Si reus, antequam in vincula mittatur, delictum suum iure velit defendere, hoc ipsi non est denegandum, modo hoc faciat ad capitalis iudicij tribunal, prout vniuscuiusq; loci consuetudo fert. Hinc in vtramq; partem diligens inquisitio habenda iudici, & testimonia, quæ ab vtraq; parte proferentur, audienda: Neutri deniq; partium, id, quod per ciuilia iura, æquitatem, & consuetudinum receptarum obseruationem facere licet, sine causa adimendum. Reo etiam his casibus contra vim iniustam saluus detur conductus tum ad veniendum, tum etiam ad recedendum. Myns. *cent.* 1. *obs.* 82. Pet. Premus *in tract. de securitatis promissione quæst.* 6. *part.* 41. *& seqq.*

Artic. CLVII.

De furtis: quam varia eorum genera & pœnæ sint: & primo de furto leuißimo nec manifesto.

Von Diebstal / vnd zum Ersten / vom allerschlechtsten heimlichen Diebstal.

So einer erstlich gestolen hat vnter fünff Gülden werth / vnnd der Dieb mit solchem Diebstal / ehe er damit in seine Gewahrsam kompt / nicht beschryen / berüchtiget / oder betretten würde / auch zum Diebstal nicht gestiegen / oder gebrochen hat / vnd der Diebstal vnter fünff Gülden werth / ist ein heimlicher vnd geringer Diebstal / vnd

wenn

wenn solcher Diebstal nachmals erfahren wird/ vnd der Dieb mit/ oder ohne Diebstal eynkompt/ so sol jhn der Richter darzu halten/ so es anderst der Dieb vermag/ dem Beschädigten den Diebstal mit der Zweyfach zubezahlen. Wo aber der Dieb kein solche Geltbuß vermag/ sol er mit dem Kercker/ darinn er etliche Zeitlang ligen sol/ gestrafft werden: Vnd so der Dieb nicht mehr vermag/ oder zuwegen bringen kan/ so sol er doch zum wenigsten dem Beschädigten/ den Diebstal wider geben/ oder noch eynfach Werth bezahlen/ oder vergleichen/ vnd sol der Beschädigte mit derselben eynfachen Vergleichung deß Diebstals (aber mit der Vbermaß nicht) der Oberkeit Geltbuß vorgehen. Doch sol der Dieb im Außlassen seine Atzung/ so er in der Gefängnuß gemacht hat/ auch zubezahlen schuldig seyn/ vnnd den Bütteln/ ob er es hat/ jhren gewöhnlichen Gebühr für jhre Mühe vnd Fleiß entrichten/ vnd zu dem allen/ nach der besten Form/ vnd Enthaltung willen deß gemeinen Friedens/ ewige Vrphede thun.

Nec manifestum furtum & quidem leuissimum dicitur, quando fur primo infra quinq; aureos furatus est; & non deprehenditur cum furto antequam in ædes suas, vel alioquin destinatum in locum transtulerit, *§. furtorum autem Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. & l. nec manifestum 8. ff. de furt.* in quibus locis traditur diuisio furti, in manifestum & nec manifestum: quam etiam Constitutio Criminalis Carolina approbat *h. artic. 157. & seq.* Sane furtum hodie vltimo supplicio, aut alia pœna corporali puniri, nullum est dubium. Clar. *§. furtum vers. sed quæro 7. cum vers. seq. & vers. est igitur 15.* Si tamen minus, quam quinq; aurei furto sint ablati, cessat pœna capitis, & fit condemnatio in duplo, ita vt fur duplum restituat, si modo non effracturam, neq; ascensum fecerit: Quod si vero fur duplum illud ob inopiam soluere nequit, tunc in pœnam deficientis dupli, vel simpli, carceris coërcitionem sustinere iubetur: ita tamen, vt ad minimum læso simplum, vel ipsam rem furtiuam, vel quod ex ea supererit, restituat, & religose affirmet, nullo vnquam tempore se vlturum hanc coërcitionem: deniq; antequam è carcere dimittatur, alimentorum nomine, & si quid pro more recepto publicis mini-

ſtris debetur, ſatisfacere tenetur, quippe, quod eiusmodi fur de ſuo alendus & incarcerandus eſt, ſine magiſtratus & accuſatoris ſumptibus *h. artic.* 157.

ARTIC. CLVIII.

De furto manifeſto, prima vice commiſſo.

Vom erſten offentlichen Diebſtal/ damit der Dieb beſchryen wird/ iſt ſchwerer.

SO aber der Dieb mit gemeltem erſtem Diebſtal/ der vnter fünff Gülden werth iſt/ ehe/ vnd er an ſeine Gewarſam kompt/ betretten wird/ oder ein Geſchrey/ oder Nachtheil machte/ vnnd doch zum Diebſtal nicht gebrochen/ oder geſtiegen hat/ iſt ein offener Diebſtal/ vnd beſchwert jhn die gemelte Auffruhr vnnd Verächtigung der That alſo/ daß der Dieb in Pranger geſtellt/ mit Ruhten außgehawen/ vnd das Land verbotten/ vnd vor allen Dingen dem Beſchädigten der Diebſtal/ oder Werth darfür/ ſo es in deß Diebs Vermögen iſt/ widerumb werden. Vnd ſol zu dem allem/ in der beſten Form ewige Vrphede thun. Were aber der Dieb ein ſolche anſehenliche Perſon/ dabey ſich Beſſerung zuverhoffen/ mag jhn der Richter (jedoch ohn der Oberkeit Zulaſſen vnd Verwilligung nicht) Bürgerlich vnd alſo ſtraffen/ daß er dem Beſchädigten den Diebſtal vierfaltig bezahlen/ vnd ſonſt allenthalben gehalten werden ſol/ als oben im nechſten Articul/ vom heimlichen Diebſtal geſetzt iſt.

Furtum manifeſtum eſt, cum fur, vel ἐπ' αὐτοφώρῳ, id eſt, in ipſo facto, ſeu furto; vel in loco furti, etiam poſt factum, vel extra locum furti, ſed tamen cum re furtiua, à domino, vel quouis alio ante viſus, aut deprehenſus fuerit, quam eo loci rem pertulerit, quo perferre & eo die cum re furtiua manere deſtinarat. *d. § furtorum l. is, qui opem* 34, *& l. ſeq. ff. de furt.* Eiusmodi fur manifeſtus,

ſtus, qui prima vice furtum admiſit, quod quinque aureorum, ſiue ſolidorum valorem non attingit, nihil tamen fregit, neque etiam aſcendit, pro numellis publice exponitur, virgis cæditur, & poſtea relegatur. Inprimis autem læſo furtum, aut æſtimationem, ſi ſoluendo ſit, fur ante omnia reſtituere, necnon etiam cautionem de coërcitione non vindicanda, præſtabit. Si vero fur ſit honeſto loco natus, vel eiusmodi perſona, in qua ſpes melioris frugis & emendationis ſupereſt, tunc is, cum conſenſu tamen ſuperioris, ciuili aliqua pœna mulctabitur, vt tanquam fur manifeſtus quadruplum ei, cuius intereſt, qui actionem furti habet, reſtituat. Sin vero valorem quadrupli in bonis non habeat, tunc, ſecundum ea, quæ de furto, nec manifeſto dicta ſunt, vel duplum, vel ſimplum, vel rem furtiuam tantum reſtituere, & per aliquod tempus in carcere puniri debet. *h. artic. 158. per tot. & ſub fin. verſ.* vnd ſonſt allenthalben.

ARTIC. CLIX.

De furto violento, quod per effractionem, aut in locum ſuperiorem adſcenſu fit.

Von erſten gefährlichen Diebſtalen / durch Einſteigen / oder Brechen / iſt noch ſchwerer.

So aber ein Dieb in vorgemeltem Stälen / jemands bey Tag / oder Nacht / in ſeine Behauſung / oder Behaltung bricht / oder ſteiget / oder mit Waffen / damit er jemand / der jhm Widerſtand thun wolte / verletzen möchte / zuſtälen eyngehet / ſolches ſey der erſte / oder mehr Diebſtal / auch der Diebſtal groß / oder klein / darob / oder darnach berüchtiget / oder betretten / ſo iſt doch der Diebſtal / darzu / als obſtehet / gebrochen / oder geſtiegen wird / ein gefliſſener gefährlicher Diebſtal. So iſt in dem Diebſtal / der mit Waffen geſchicht / einer Vergewalti-

gung vnd Verletzung zubesorgen. Darumb in diesem Fall der Mann mit dem Strang/ vnd das Weib mit dem Wasser/ oder sonst nach Gelegenheit der Person/ vnd Ermässigung deß Richters/in andere Weg/ mit Außstechung der Augen/ oder Abhawung einer Hand/ oder einer andern dergleichen schweren Leibstraff gestrafft werden sol.

Si quis, vt furtum faciat, ædes, vel tabernas ruperit, effregerit; aut in ædes scalis admotis, vel alia quauis ratione per loca insolita ingressus, aut cum telo, eo scilicet animo, vt furetur, domum alterius ingressus sit, siue hoc primum, siue iteratum, siue magnum, siue exiguum furtum sit; siue etiam ἐπ' αὐτοφώρῳ, vel in comperto furto deprehensus fur fuerit, seu post de eo crimine diffamatus; hic furtum deliberatum & destinata voluntate, nec sine violentia fecisse dicitur. Ideo, quia vis à tali fure cum telo accedente metuenda est; si vir fuerit, suspendio, si fœmina, submersione puniendi sunt; aut alia quauis extra ordinem pœna, pro personarum qualitate, habita ratione natalium ac parentum, itemq; vitæ præteritæ, aliarumq; circumstantiarum, ex arbitrio iudicis, veluti manus amputatione, similive corporali pœna coërceri possunt, *hoc artic.* 159. vbi Remus *in paraph.* Neque tamen ex hoc articulo quis concludat, quasi fur pro vnico & simplici furto sit suspendendus. Quippe, quod Carolus V. istic non de simplici furto, sed de eo, quod cum effractione, ascensione, violentia aut armis factum est, diserte loquatur: quo casu cum duplex concurrat delictum, merito grauius vindicari debet. *h. artic.* 159. *arg. l. perspiciendum* 11. *l. aut facta* 16. §. *qualitate, ff. de pœn.* De quo etiam articulo *proxime seq.* 160. dicetur.

ARTIC.

ARTIC. CLX.

De furto quinque solidorum, vel maioris pretij.

Vom ersten Diebstal / fünff Gülden werth / oder darüber / vnd sonst ohn beschwerliche Vmbstände / sol man Rahts pflegen.

SO aber der erste Diebstal groß / vnd fünff Gülden / oder darüber werth were / vnd der Vmbstände / so den Diebstal / wie oben darvon gemelt ist / beschweren / keiner darbey erfunden wird / Aber dennoch angesehen / die Grösse deß Diebstals / so hat es mehrer Straff / dann ein Diebstal / der geringer ist. Vnd in solchen Fällen muß man ansehen / den Werth deß Diebstals / auch / ob der Dieb darob berüchtiget / oder betretten sey. Mehr sol ermessen werden / der Stand / vnd das Wesen der Person / so gestolen hat / vnd wie schädlich dem Beschädigten der Diebstal seyn mag / vnd die Straff darnach / an Leib / oder Leben vrtheilen. Vnd dieweil aber solche Ermässigung in Rechtsverständiger Leut Vernunfft stehet / So wollen wir / daß in solchem jetztgemeltem Fall / so offt sich der also begibt / die Richter vnd Vrtheiler bey den Rechtsverständigen / vnnd an Orten vnd Enden / wie hernach gemeldet wird / Rahts pflegen / mit Entdeckung der berührten Vmbstände / vnd nach solchem erfundenen Raht jhr Vrtheil geben. Wo aber der Dieb zu solchem Diebstal gestiegen / oder gebrochen / oder mit Waffen / als vorstehet / gestolen hätte / so hätte er damit / wie obgemelt / das Leben verwircket.

In casu furti, solidus accipitur pro Vngarico aureo, vor einen besten Vngarischen Gülden / teste Wurmsero *lib.* 1. *obseru. tit. de verbor. sign. obser.* 11. *incip. solidus.* & Daniele Mollero 1. *Semest.* 37. Alias quando hodie fit mentio aureorum seu solidorum, in veteribus diplomatibus & pœnis, regulariter Rhenanus intelligitur.

tur. Moller. *d. cap. 37.* Gail. *2. obser. 39.* Kopp. *decis. 5.* cum aliis relatis à Berlichio *concl. 43. nu. 10. & seqq.* In hoc autem articulo, constituit Imperator Carolus V. si reus semel tantum furtum fecerit, quamuis id quinq; aureorum summam excedat, non tamen eum vltimo supplici afficiendum, sed extra ordinem pro arbitrio iudicis puniendum. Prout Scabinos Lipsenses fustigationem & relegationẽ cuidam furi pro prima vice dictitasse, refert Colerus *decis.* 144. *num. 4. & nu. 20. p.* 1. Si tamen furtum factum sit cũ effractura, vel per loca insolita, vel ab armato, tunc fur quãuis semel tantũ furtum fecerit, vltimo supplicio affici iubetur. *h. art.* 160. *vers. vlt.* Idem est, si furtum sit magnæ qualitatis, vel summæ *h. artic.* 160. *vers.* **Vnd in solchen Fällen muß man ansehen/ den Werth deß Diebstals.** Furem itaque dictis circumstantiis deficientibus pro vnico & simplici furto, quantumuis magno, suspendendus non est. *vers.* **Wo aber der Dieb zu solchem Diebstal gestiegen/ oder gebrochen/ oder mit Waffen gestolen hätte/ rc.** Dicitur autem hoc in casu furtum magnum & enorme, non solum ratione quantitatis, sed etiam ratione qualitatis, loci, & alterius circumstantiæ, vt pœna laquei puniri possit, etiamsi per se, ratione quantitatis, omnino sit paruum & modicum, *h. artic.* 160. *vers.* **Vnd wie schädlich dem Beschädigten/ rc.** Quod confirmatum est in Constitutione Electoris Saxoniæ *p. 4. const. t.* 32. §. *2. vers.* **vnd deren einstheils in der peinlichen.** Berlich. *conclus. 43. nu. 16. & seqq. & nu. 43. & seqq.* Sic Remus *in paraph. huius artic.* 160. vbi *lit. a.* scribit, pro vno furto rei magnæ fur suspendi potest, Clar. §. *furtum. vers. sed an pro vno.* sed addit: hoc verum esse, si idem aliæ suadeant circumstantiæ, vis, effractio, insidiæ. Ita quoq; resoluit & explicat articulum hunc Vigelius *cap. 8. reg. 1. Except. 2. replic. 1. & seqq.*

ARTIC.

ARTIC. CLXI.

Si furtum iteretur.

Vom andern Diebstal.

SO jemand zum andernmal / doch ausserhalb Einsteigens / oder Brechens / als obstehet / gestolen hätte / vñ sich solche beyde Diebstal / auff gegründete Erfahrung der Warheit / als hievor von solcher Erfahrung klärlich gesetzt ist / erfunden. Auch dieselbigen zween Diebstäl nicht fünff Gülden / oder darüber werth seyn / so beschwert der erst Diebstal den andern: Darumb mag derselbig Dieb in Pranger gestellt / vnd das Land verbotten / oder in demselben Zirck / oder Ort / darinn er verwircket hat / ewiglich zubleiben / verstrickt werden / nach Gefallen deß Richters / auch nach der besten Form / ewige Vrphede thun / Vnd mag dem Dieb in diesem Fall nicht fürtragen / ob er mit dem Diebstal / als vor vom ersten Diebstal gemelt ist / nicht beschryen / oder betretten würde. Wo aber solche zween Diebstäl fünff Gülden / oder darüber treffen / so sol es mit Erfahrung aller Vmbstände / auch Gebrauchung der Rechtsverständigen / wie hernach geschrieben / auch / als im nächst obern Articul stehet / gehalten werden.

Si furtum iteretur, hoc est, si quis secundùm furatus sit, adeoq; bis furtum fecerit, sed tamen nihil effregerit, ruperit, neq; scalas admouerit; quamuis vtrumq; furtum quinq; aureos non excedat, nihilominus punitur, vt nimirum fur iste conuictus pro numellis exhibeatur, & deinde relegatus territorium, in quo deliquit, eiuret: vel etiam territorij fines egredi prohibeatur, ab eoq; cautio solita exigatur: quod obtinet, etiamsi fur super illis duobus furtis non fuerit acclamatus & deprehensus. *h. artic. 161. per tot.* Cæterum, vt quis duo furta dicatur commisisse, ea distincta debẽt esse re & tempore. Clar. § *furtum. vers. vnum.* Menoch. *de arbit. iud. quæst. lib. 2. casu 295. nu.* 18. *& seq.* Quod si vero vtrumq; furtum quinq; solidos excedat, prudentum consilio standum erit. *h. artic. 160. in fin.*

Artic. CLXII.

Si quis tertium furatus sit.

Vom Stelen zum drittenmal.

WUrd aber jemand betretten/der zum drittenmal gestolen hätte/ vnd solcher dreyfächtiger Diebstal/mit gutem Grund/als zuvor von Erfahrung der Warheit gesetzt ist/ erfunden wird/ das ist ein mehrer verleumbder Dieb/ vnd auch einem Vergewaltiger gleich geacht/ vnd sol darumb/ nemlich/ der Mann/ mit dem Strang/ vnd die Fraw/ mit dem Wasser/ oder sonst in andere Weg/ nach jedes Lands Gebrauch/vom Leben zum Tod gestrafft werden.

Ex prædictis constat, nec vnum furtum, nec duo, esse vltimo supplicio punienda in casibus ibi enumeratis. Qui autem ter furtum committit, is sine distinctione vltimo supplicio affici iubetur, *h. art.* 162. vbi cauetur, quod pro tribus furtis, vir suspendi, fœmina vero aqua suffocari debeat. Etsi autem fur pro vno, vel duobus furtis pœnam sustinuerit, nihilominus tamen pro tertio furto est suspendēdus. Clar. §. *furtum. vers. quaro etiam n.* 12. Et ista tria furta, quæ requiruntur ad vltimum supplicium, non re solum, sed etiam tempore debent esse distincta. Clar. *d.* §. *furtum. vers. sed quid si* 13. Neq; attenditur, quod in diuersis territoriis fuerint furta commissa, Clar. *d.* §. *furtum. vers. sed pone* 10. quippe, quod pœna in vno loco semel imposita, impunitatem nulla in afferat, *l. seruos, C. ad L. Iul. de vi publ. l. capitalium,* §. *grassatores, ff. de pœn.* Couarr. 2. *var. resol.* 10 Sic nec quicquam refert, sint ne tria illa furta magna, vel modica, & parua: sed indistincte pro tribus furtis paruis pœna furcæ dictari debet; quia, quod Imperator dicat, si quis tertio furtum cōmittat, eum esse furem famosum, illud etiam obtineat in paruis furtis: vtrobiq; igitur idem ius statui debet. *l. illud* 32 *ff. ad L. Aquil.* Berlich. *concl.* 43. *nu* 93. Coler. *decis.* 144. *nu.* 5. *ibi fallit in furtis & seq. p.* 1.

ARTIC. CLXIII.

Circumstantiæ quando furtum exaggerent.

Wo mehr/dann einerley Beschwerung/ bey dem Diebstal gefunden wird.

WO bey einem Diebstalmehr/dann einerley Beschwerung/so in den vorgesetzten Articuln vnterschiedlich gemelt seyn/ erfunden würden/ ist die Straff nach der meysten Beschwerung deß Diebstals zuerkennen.

Circumstantiæ aliquando furtum aggrauant, si cum furto alia etiam delicta concurrant, *l. aut facta, ff. de pœnis.* Ita furtum aggrauare potest, cum ex incendio, ruina & naufragio & balneo fit, *l. in eum, qui C. de furt. l. 1. §. vlt. l. 2. ff. de incend. ruin. naufr. l. falsas, § si iactum, ff. de furt.* Gail. 1. *obs.* 18. Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. quæst. casu 297.* Habendaq; tunc est ratio, vt pœna crimini respondeat: Et ideo in legib. 12. tabb. scriptum fuisse legimus: Noxiæ pœna par esto, vt in suo vitio quisq; plectatur. Clar. *§. fin. q. 84. vers. alius est casus 4. hoc artic. 143.* vbi Remus.

ARTIC. CLXIV.

De furibus impuberibus.

Von jungen Dieben.

SO der Dieb/oder Diebin/ jhres Alters vnter vierzehen Jahren weren/die sollen vmb Diebstal/ohne sondere Vrsach/auch nicht vom Leben zum Tod gericht/sondern der obgemelten Leibsstraff gemäß/mit sampt ewiger Vrphede gestrafft werden. Wo aber der Dieb nahe bey vierzehen Jahren alt were/ vnd der Diebstal groß/ oder obbestimpte beschwerliche Vmbstände/ so gefährlich darbey gefunden wür-

den/also daß die Boßheit das Alter erfüllen möchte: So sollen Richter vnd Vrtheiler deßhalben auch (wie hernach gemelt) Rahts pflegen/ wie ein solcher junger Dieb/ an Gut/ Leib/ oder Leben zustraffen sey.

Pubertas masculorum, quatuordecim, fœminarum, duodecim annis æstimatur. §. 1. *Instit. quib. mod. tut. fin. l. 2. C. quando tut. vel cur. esse l. à qua ætate in ciuilibus, ff. qui testam. fac.* Impuberum deinde alij proximiores pubertati, alij infantiæ. Illos capaces esse & furandi, & iniuriæ faciendæ, ait Caius *in l. pupillum. in pr. de reg. iur.* Hos capaces negat Vlpianus, auctoritate Juliani *in l. apud Celsum, §. quæ in tutore, ff. de doli except. l. impuberem, ff. de furt.* Remus *ad h. artic. 154.* Pubertati proximus autem dicitur quis quæve esse in criminalibus, quando per sex menses est prope pubertatem. Jason. *in Auth. Sacramenta puberum num. 15. C. si aduers. vendit. & in l. properandum, §. 1. nu. 2. C. de iudic.* Si autem minor 14. annis deliquerit, furtum committendo, puniri quidem debet, sed non pœna suspendij, verum extra ordinem, pro arbitrio iudicis. *l. fere in omnibus* 109. *de reg. iur. cap. 1. ext. de delict. puer.* Ætatis enim miseratio iudicem ad mitiorem pœnam merito mouere debet. *l. 1. & tot. tit. C. si aduers. delict.* vbi Bartol. & Dd. Quod si vero fur, qui iam decimum quartum ætatis annum completurus sit, furtum rei magnæ & quidem per ascensum, vel effracturam admiserit, & præter doli capacitatem etiam aliæ circumstantiæ accedant, ita vt manifesto ætatis defectum malitia suppleat *c. de illis. extr. de desponsat. impub.* capite puniri potest, *hoc artic. 164. vers.* **Wo aber der Dieb nahe bey vierzehen Jahren alt were/ vnd der Diebstal groß etc.** Fac. §. *in summa. Instit. de oblig. quæ ex del. l. impuberem 23. cum l. seq. de furt.* Coler. *decis. 162.* Quid vero statuendum sit, à prudentibus iudices edocebunt *h. artic. 164. in fin.* Hodie autem, vbi fures capitaliter puniuntur, impuberes doli capaces, vel verberibus, vel alia pœna arbitraria citra mortem, vel membri mutilationem puniuntur. Clar. *lib. 5. sent. §. fin. quæst.* 60. *nu.* 3. Gomez. *tom. 3. resolut. de delict. c. 1. nu. 62. & seq.* Berlich. *d. concl. 44. num* 37. vbi de minoribus.

ARTIC. CLXV.

Expilatæ hæreditatis, & rerum amotarum pœna.

So einer etwas heimlich nimpt / von Gütern / deren er ein nächster Erbe ist.

SO einer auß Leichtfertigkeit/ oder Vnverstand/ etwas heimlich nehme/von Gütern/der er sonst ein nächster Erb ist / oder so sich dergleichen zwischen Mann vnd Weib begebe/ vnnd ein Theil den andern derhalben anklagen würde / Sollen Richter vnd Vrtheiler mit Entdeckung aller Vmbstände/ bey den Rechtsverständigen/vnd an Orten vñ Enden/ wie zu Ende dieser vnser Ordnung angezeigt Rahts pflegen/ auch erfahren/was in solchen Fällen das gemein Recht sey/vnd sich darnach halten. Doch sol die Oberkeit/ oder Richter in diesen Fällen von Amptswegen/ nicht klagen/noch straffen.

Expilari dicitur hæreditas, si qui animi leuitate, incogitantia, consiliive inopia, clam quid subtraxerit ex hæreditate, ad quam vocatur, vsque dum hæreditas est iacens. Furtum enim commissum dici non potest; quia hæreditatis iacentis furtum non fit; quia à nemine possidetur. *l. hæreditariæ, ff. de furt. l.* 1. *§. Scæuola, ff. si is, qui testam. lib. l. vlt. ff. expil. hæred.* Cuiac. *ad l. si homo, ff. de vsurpat. & vsucap.* Expilatæ itaque hæreditatis crimen, non nisi loco deficientis actionis furti intendi consueuisse, certi iuris est. *l. vlt. C. h. tit. l.* 2. *§.* 1. *ff. eod.* Welenb. *in paratt. d. tit.* Amotæ res, dicuntur absconditæ, dolo malo interuersæ; velut si vxor maritusve res dotales, aut ex donatione propter nuptias amouit: Eiusmodi rerum nomine, rerum amotarum, honestiore & mitiore actione propter matrimonij memoriam agitur *l.* 1. *& seq. ff. rerum amot. l. penult. ff. expil. hæred. l. vlt. §. vltim. C. de furt.* quia vxor socia rei humanæ atque humanæ domus, sacrorum larium

ſuſcepta fuerat. *l. aduerſus, C. de crimine expil. hæred.* Remus *h. artic.* *165. lit. C.* De hoc Imperator iudices ad prudentes remittit, vt habeant exinde, quod in iudicando ſequantur. Non tamen Magiſtratus & iudices, ex officio hoc nomine accuſare & condemnare poſſunt. *h. artic. 165.* Faber *lib. 9. tit. 19. defin. 1. & 2. ſeqq.*

ARTIC. CLXVI.

Qui fame, vel frigore coactus, cibum, veſtes, & ſimilia furto abſtulerit.

Stälen in rechter Hungersnoht.

SO jemand durch rechte Hungersnoht / die er / ſein Weib / oder Kinder leyden / etwas von eſſenden Dingen zu ſtälen / gevrſacht würde / wo dann derſelbe Diebſtal dapffer / groß vnd kündlich were / ſollen abermals die Richter vnnd Vrtheiler / als obſtehet / Rahts pflegen. Ob aber derſelbigen Dieb einer vnſträfflich erlaſſen würde / ſol jhm doch der Kläger vmb die Klag deßhalb gethan / nichts ſchuldig ſeyn.

Si quis ob diræ famis neceſſitatem ad ſuſtinendum ſe cum vxore ac liberis, cibaria, ſiue edulia ſurripiat, ille à furti pœna excuſatur. *hac Conſtit. Carol. artic. 166. c. ſi quis propter 3. Extr. de furtis. c. diſcipulos. de conſecrat. diſt. 5.* Clar. *§. furtum. verſ. quandoque etiam n. 24.* Neceſſitas autem hoc loco dicitur, quando periculum vitæ imminet, cui aliter, quam per furtum eduliorum ſubueniri non poteſt. Franc. Viuius *lib. 2. comm. opin. in verb. furans nu. 2. ibi, & aduerte quod.* Hoc autem ſciendum, furem, ſi ad pinguiorem fortunam redierit, ablata reſtituere, aut æſtimationem eorum præſtare teneri. Franc. Viuius *d. verb. furans.* Vigel. *c. 8. reg. 1. Except. 6.* Remus *ad hunc artic. 166.* Quamuis non ignorem quoſdam hoc negare. Clarus *§. furtum. verſ. quandoque.* Lancellottus *tit. de furtis,*

§. pen.

§.*pen*.Menochius *lib.2.de arbit.iud.quæst.casu*182. Idem est, si quis per frigus diuturnum & insolens cum vxore & sobole viuere aliter non possit, vestes surripiat. *d.c.si quis. Ext.de furt.* Remus *h. artic.*166.Pfeil.*resp.*139.*nu.*1.*& seqq.* Sane si furtum tempore famis & frigoris sit insigne & magnum, tunc pœna ordinaria sibi videtur locum vendicare *hoc artic.* 66. *vers.* **Wo dann derselbe Diebstal dapffer/ groß vnd kündlich were.** Damhud. *in praxi crim. cap.* 110. *nu.* 37.*vers.si non sit insigne.& seq.*Berlich.*concl.*44.*num.*44.*& seqq.* De eo constat, quantumuis furtum tale non puniatur, non tamen dominum propterea furi escario vestiariove ad præstandum teneri. *h.artic.*166.*in fin.*

ARTIC. CLXVII.

De glande, frugibus, fructibus, & quicquid ex agris percipitur, furto ablatis.

Von Früchten vnd Nutzen auff dem Felde/ wie/ vnd wenn damit Diebstal gebraucht werde.

WEr bey nächtlicher Weil jemand seine Frücht / oder auff dem Felde seine Nutzung / wie das alles Namen hat / heimlicher vnd gefährlicher Weiß nimpt/ vnd die hinweg trägt/ oder führet/ das ist auch ein Diebstal/ vñ wie andere Diebstäl vorgemelter Maß zustraffen. Deßgleichen/ wo einer bey Tag jemands an berührten seinen Früchten / die er heimlich nehme / vnd hinweg trüge/ grossen mercklichen vnd gefährlichen Schaden thäte / ist auch/ wie obstehet / für einen Diebstal zustraffen. Wo aber jemand bey Tag essende Frücht nehme/ vñ damit durch wegtragen derselben/ nicht grossen gefährlichen Schaden thäte/ der ist nach Gelegenheit der Person/ vnd der Sach Bürgerlich zustraffen/ wie an demselbigen End/ da der Schade geschicht/ durch Gewonheit/ oder Gesetz herkommen.

In hoc articulo, de arborum, vel agrorum fructibus esculentis

lentis furto ablatis traditur. Vbi casus distinguendi sunt. Primo namq; si eiusmodi fructus sunt crudi & immaturi, & arboribus seu fundis adhuc cohærentes, actio L. Aquiliæ saltem locum habet, per text. *in l. si seruus 27. §. si oliuam 25. in pr. & §. seq. ff. ad L. Aquil.* Quod si vero secundo casu, fructus sint maturi & edibiles, quales sunt vuæ, poma, pira, cerasa; & similia, & tunc, qui eos decerpit, vt statim in vinea, vel agro, vel in ipsa via vescatur, actio furti eum nõ tenet, nec alia pœna punitur. *Deuter. 23. v. 24. & seq. c. 1. §. quicunq; tit. de pace ten. & eius violat. c. 1. §. transire per agrũ. dist. 1.* Couarr. *in relect. c. peccatum. de reg. iur. in 6 part. 2. §. 1. n. 3. in med. vers. vnde apparent extra casum.* Quod si vero eiusmodi fructus decerpat & colligat, non eos statim comedat, sed vt lucri causa contrectet & transportet, tunc is quidem furti tenetur, *l. si seruus 27. §. si oliuam 25. vers. sed si collecta & §. seq. ff. ad L. Aquil.* nõ tamen punitur pœna ordinaria laquei, sed extra ordinem arbitrio iudicis. Couarr. *lib. 1. var. resol. c. 3. nu. 12. ibi, cæterum magis obstat. & seq.* Et huc pertinet Constitutio Carolina criminalis *hoc artic. 167. vers.* **Wo aber jemand bey Tage essende Speise.** Vbi constitutum est, vt quis pro eiusmodi furto pro personæ cõditione & rei qualitate ciuiliter tantũ secũdum loci consuetudinẽ, vel statutum, puniatur. Idem etiam obtinet in fructibus in agris, syluis & nemoribus positis & natis. Coler. *decis. 144. nu. 26. ibi, licet autem part. 1.* Tertio, si quis non edibiles, sed alios fructus, puta, segetes à solo separatas, ligna à stipite resecta, gramina falcata, & similia furatur, tũc vt alius fur ordinaria pœna puniatur, non tantum iure communi ciuili, *l. verum 25. §. eorum, quæ. 2. ff. de furt.* sed etiam Constitutione Carolina *h. artic. 167. in princ.* & quidem indistincte, etiamsi quis diurno tempore eiusmodi fructus ex alienis agris & campis clam furatus fuerit. *d. artic. 167. vers.* **deßgleichen/ wo einer bey Tage.** *& seq.* vbi Remus *in paraph.* Berlich. *concl. 53. nu. 9. & seqq.* Vigel. *cap. 8. reg. 1. Except. 7.*

ARTIC. CLXVIII.

Furum lignariorum; & arborum furtim cæsarum pœna.

Von Holtz stälen/ oder verbottener Weiß abzuhawen.

SO jemand sein gehawen Holtz / dem andern heimlich hinweg führet/ das ist einem Diebstal gleich / nach Gestalt der Sachen zustraffen. Welcher aber in eines andern Holtz / heliger vnd verbottener Weiß hawet / der sol gestrafft werden / nach Gewonheit jedes Lands/ oder Orts. Doch/ wo einer zu vngewöhnlicher/ oder verbottener Zeit / als bey der Nacht / oder Feyertagen/ einem andern sein Holtz/ gefährlicher vnd diebischer Weise abhawet/ der ist nach Raht/ härter zustraffen.

Qui ligna iam cæsa, secta, clàm aufert, furtum procul dubio committit, & pœna dignus est. Qui vero in alterius siluam ingressus, lucrandi animo arbores clam succiderit, ex moribus cuiusq; regionis & loci puniri potest, *l. facienda* 8. §. *igitur* 2. *ff. arb. furt. cæs.* Baiard. *ad Clar.* §. *furtum nu.* 91. Wesenb. *in paratt. ff. de furtis nu.* 5. Et sic quoq; constitutum est à Carolo V. *h. artic.* 168. Grauius autem ille coërcendus, qui cum cædendæ materiæ tempus annuum menstruumve non esset, ex obseruatione lunæ, vel edicto prohibitum, vt noctu, diebus feriatis, vel alias, alterius arbores furtum succiderit, *h. artic.* 168. Arborum appellatione venit etiam vitis *l. vitem. in pr. ff. arbor. furt. cæsar.* Et qui vites cædit, non tantum vt fur, sed vt latro punitur. *l.* 2. *ff. d. tit.* Clar. §. *fin. quæst.* 68. *vers. vastatores.* In Saxonia fur eiusmodi, si valor rei, vel arboris furtiuæ sit infra tres solidos seu aureos Vngaricos, pœna arbitraria, si super tres solidos, fustigatione, si quinq; solidos excedat, suspendio punitur. Coler. *decis.* 144. *nu.* 24. & *decis.* 145. *num.* 10. & *seq. p.* 1.

ARTIC. CLXIX.

Fures piscarij, vt puniantur.

Straff der jenigen/die Fisch stålen.

WElcher auß Weyhern / oder Behaltnuß/ Fisch stilt/ist auch einem Diebstal gleich zustraffen. So aber einer auß einem fliessenden / vngefangenen Wasser Fisch finge / das einem andern zustůnde der ist an seinem Leib / oder Gut nach Gelegenheit / oder Gestalt deß Fischens / der Person vnd Sachen/ nach Raht der Rechtsverständigen zustraffen.

Si quis ex alienis riuis, aquis & fluminibus non inclusis piscatur, ille pro conditione personæ, qualitate facti, & piscationis, arbitrarie, vel in ære, vel in corpore punitur, *hoc artic. 69. vers.* So aber einer auß einem fliessenden vngefangenen Wasser Fisch finge/ der ist an seinem Leib/ oder Gut. Schneidw. *ad §. flumina 2. Instit. de rer. diuis.* ad pœnam tamen ordinariam laquei, hoc in casu, peruenire non licet. Wesenb. *in addit.* ad Schneidw. *in d. § flumina 2. num.* 11. *sub fin. lit. A. vers. pro vero tamen.* Ratio est: quia illi pisces, qui in stagno, aqua fluente, vel flumine inconcluso sunt, à nobis non possidentur, sed sunt relicti in naturali libertate. *l. possideri 3. §. item feras 14. vers. sed eos pisces, ff. de acq. poss.* Per rerum naturam autem rei non possessæ furtum proprie committi non potest. *l. 1. §. Scæuola ait 15. ff. si quis testam. lib. esse.* At si quis ex alienis stagnis, piscinis, lacubus seu viuariis, auß Teychen / Weyhern / Heltern/ vnd andern beschlossenen Wassern / pisces capit, tunc is perinde, vt alius fur, vel relegatione, vel fustigatione, vel etiam laqueo, secundum qualitatem & grauitatem delicti puniri debet. *h. artic. 169. vers.* Diebstal gleich zustraffen. Schneidwin. *ad d. §. flumina 2. nu. 11. in medio, vers. & vide* Berlich. *concl. 51. num. 9. & seqq. & num.* 16. vbi rationem diuersitatis affert: Quia in priori casu pisces

ſces ſunt in naturali libertate, & à nobis poſſidentur, *d.l.poſſideri.* at ſecus eſt in hoc caſu, vbi piſces in ſtagnum, vel piſcinam coniecti à nobis poſſidentur. *d.l.poſſideri 3. §. item foras 14. in princ.* Mirum igitur non eſſe, ſi in hoc poſteriori caſu pœna furti ordinaria locum habeat; quoniam in omni eo, quod poſſidemus, & in patrimonio noſtro computatur, furtum fieri poteſt. *l. Pomponius 8 §. Pomponius 1. ſub fin ff. famil. erciſc.* Weſenb. *in paratt. ff. de acq. rer. dom. nu. 7. ante medium. verſ. cuius differentiæ ratio eſt & ſeq.* Pet. Gregor. *lib. 37. Syntagm. cap. 5. nu. 14.* Cæpoll. *tit. de piſcatione nu. 3.* Denique quidquid de furibus piſcariis dictum eſt, idem etiam obtinet in furibus cancrorum. Remus *ad h. artic. 169.*

ARTIC. CLXX.

Si quis depoſiti, vel commodati furtum committat.

Straff der jenigen/ ſo mit vertraweter/ oder hinterlegter Haabe vngetrewlich handeln.

WElcher mit eines andern Gütern / die jhm in gutem Glauben zubehalten vnd zuverwahren gegeben ſeyn / williger vnd gefährlicher Weiß dem Gläubiger zu Schaden handelt / ſolche Miſſethat iſt einem Diebſtal gleich zuſtraffen.

Commodatarius, qui re ad vſum non deſtinata abutitur potius, quam vtitur: Item, qui res penes ſe depoſitas & cuſtodiendas datas, ſciens dolo malo, contrectat: vterq; pœnali furti actione tenentur & puniuntur. *l. ſi is cui in pr. ff. de furt. l. ſi ſacculum 29. in pr. ff. depoſiti l. ſi depoſiti, C. eod. tit. l. inficiando. in pr. ff. de furt.* ſic & pignoris furtum fit. *l. ſi pignore d. tit. l. qui furtum, ff. de condict. furt.* Couarr. 3. *var. reſolut. cap. 15. num. vltimo.* Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. quæſt. caſu 298.* Quod autem dictum, depoſitarium ſubuer-

tentem, siue contrectantem rem apud se depositam, in furti vitium incidere, illud tunc, vt maxime obtinet, si depositarius cōtra veritatem proterue neget, se depositam pecuniam, interuertisse, inque vsum suum collocasse, adeoq; manifestus eius dolus conspiciatur; tunc enim is merito pœna furti ordinaria punitur: secus, si fateatur se pecuniam recepisse, & in proprium vsum non dolose, sed bona fide vertisse. Crauett. *consil.* 287. *Incip. Nobilis Nicolaus nu.* 2. *vers. negandi enim depositum. & seq. tom.* 1. Boss. *in tract. de furt. nu* 45. *vers. sed tamen dic. & n. seq.* Et ita constitutionem Carolinam *h. artic.* 170. accipit Berlich. *concl.* 57. *nu.* 21.

ARTIC. CLXXI.

Sacrilegium, quod dicatur.

Diebstal/ heiliger vnd gewevheter Ding/ an vngeweyheten stätten.

STälen von geweyheten Dingen/ oder stätten / ist schwerer / dann andere Diebstäl/ vnd geschicht in dreyerley Weiß. Zum ersten/ wann einer etwas heiliges / oder geweyhetes stilt / an geweyheten stätten. Zum andern/ wann einer etwas geweyhets / an vngeweyheten stätten stilt. Zum dritten / wann einer vngeweyhet Ding/ an geweyheten stätten stilt.

Furti species est sacrilegium, & quidem atrocius furtum. Sacrilegium autem aliter iure ciuili, aliter iure pontificio definitur. Nam iure ciuili sacrilegium est furtum rei sacræ ex loco sacro factum. *l. sacrilegi* 9. *in pr. ff. ad L. Iul. pecul.* Itaq; siue res sacra è loco prophano ablata, siue res prophana ex loco sacro, iure ciuili est sacrilegium. *l. diui* 5. *d. tit.* De iure autem canonico sacrilegium est furtum, vel rei sacræ, vel ex loco sacro factum. Alterutrum itaq; ex iis sufficit; vel rem sacram esse ablatam, quamuis è loco prophano; vel ex loco sacro, quamuis rem prophanam.

c. si

c. si quis contumax §. sacrilegium ergo. vers. non sacrum item c. quisquis, §. similiter sacrilegium, & §. fin. 17. q. 4. Clar. §. *sacrilegium in pr.* Jus canonicum sequitur Constitutio Carolina *h. artic.* 171. in quo sacrilegium trifariam fieri traditur: Primum, si quis rem sacram, aut Deo, hoc est, diuino cultui dicatam, in loco sacro: deinde, si rem sacram in prophano: tertium, si rem prophanam siue nō sacram in loco sacro, furtim auferat, vel intercipiat.

ARTIC. CLXXII.

Pœna sacrilegij.

Straff obgemeltes Diebstals.

So einer ein Monstrantz stilt/ da das heilige Sacrament deß Altars innen ist/ sol mit dem Fewer vom Leben zum Tod gestrafft werden. Stäle aber einer sonst gülden / oder silbern geweyhete Gefäß/ mit/ oder ohne Heiligthumb / oder aber Kelch / oder Pathenen/ vmb solche Diebstal alle/ sie seyen geschehen/ an geweyheten / oder vngeweyheten Orten / auch so einer vmb Stälens willen in ein geweyhete Kirchen/ Sacramenthauß/ oder Sacristey bricht / oder mit gefährlichen Zeugen auffsperret / diese Dieb seyn zum Tod / nach Gelegenheit der Sach vnd Raht der Rechtsverständigen/ zustraffen.

Pœna sacrilegij regulariter est capitalis. Sacrilegi quippe pro qualitate rei, vel ad bestias damnantur; vel viui exuruntur; vel furcis suspenduntur; vel perpetuo exilio mulctantur; vel alia capitali pœna, ex consilio prudentum, afficiuntur. *d. l. sacrilegi 9. in pr. & l. 4. §. 2. l. hac lege* 10. *in fin. ff. ad L. Iul. pecul. hoc artic.* 172. Refert Harprecht. *ad §. item lex Iulia peculatus. Instit. de publ. iudic. num. 11.* ciuem quendam Tübingensem anno 1602. propter tres calices, aliaq; nonnulla ornamenta ex templo surrepta, ex facultatis iuridicæ Tübingæ consilio, suspendio fuisse necatum, & postmodum igne consumptum.

ARTIC. CLXXIII.

Eleemoſynarum ſacrilegium.

Straff derer / ſo Allmuſen ſtälen.

Item / ſo einer ein Stock / darinn man das heilig Allmuſen ſamlet / auffbricht / ſperret / oder / wie er argliſtiglich darauß ſtilt / oder ſolches mit etlichen Wercken zuthun vnterſtehet / der iſt auch an Leib / oder Leben zuſtraffen / nach Raht der Rechtsverſtändigen.

Qui ſacrarum Eleemoſynarum arcam, ſiue capſam, gazophylacium (in quod vidua vnum obulum coniecit, iudicio Saluatoris inæſtimabiles Eleemoſynas *Marci* 12. *verſ.* 42. *Luc.* 21. *verſ.* 1.) effregerit, ruperit, reſerarit, aut aliis artibus inde pecunias pauperibus alendis piorum liberalitate elargitas, extraxerit, ſeu in ipſo actu dum ſuffurari conatus ſit, deprehenſus fuerit, is capitis ſupplicio, vel quicquid prudentes ſtatuerint, afficietur, *hoc artic.* 173. vbi Remus *in paraph.* vbi addit: Eleemoſynarum appellatione, pecunias in pias cauſas collatas, procul dubio venire: vt ſacrilegus ſit, qui Xenodochij, Noſodochij, Leproſarij, Lazareti pecu[illegible] aut rebus aliquid ſubtraxerit. Et ita pro ſacrilego ad reſtem ſenem quendam ſe vidiſſe Patauij damnari, Anno 1585. qui pecunias monti pietatis donatas ſuffuratus erat.

ARTIC. CLXXIV.

Sacrilegium circa res minores commiſſum.

Geringer gewenheter Dinge Diebſtal.

So jemand bey Tag von geringen gewenheten Dingen / auſſerhalb der vorgemelten dapffern Stück / auß einer Kirchen ſtäle / als Wachs / Leuchter / Altartücher / darzu doch der Dieb nicht

ſtiege /

stiege/breche/oder mit gefährlichen Zeugen auffsperret/ oder/ so jemand weltliche Güter/ die in eine Kirch geflöhet weren stäle/ doch so der Dieb in die Kirchen/ oder Sacristey nicht bricht/ oder die gefährlich auffsperret: Umb diese Diebstäl alle/ davon in diesem Articul gemelt/ ist die Straff gegen dem Dieb/ mit allen Umbständen und Unterschieden/ fürzunehmen unnd zuhalten/ wie hiebevor von weltlichen Diebstälen klärlich gesetzt ist/ Doch sol in solchen Kirchenräuben und Diebstälen weniger Barmhertzigkeit bewiesen werden/ dann in weltlichen Diebstälen.

Si quis interdiu res ſacras minoris pretij, vtpote, ceram, candelabra, linteamina, & alia eiusdem generis, ſine aſcenſione & effractione, aut res priuatorum depoſitas, ex æde ſacra abſtulerit: hæc ſacrilegia, ex circumſtantiis differentibus recte diſtinctis, & expenſis, eadem pœna plecti debent, quæ in furtis rerum pure prophanarum ſuperius eſt oſtenſa: ſeuerius tamen ſacrilegia, quæ contemptum religionis habent, quæq; admiſſa, ad ſacrilegiorum naturam accedunt: minus atq; moderatius furta alia punienda eſſe. *hoc artic. 174.* vbi Remus *in paraph.* Damhuder. *in praxi crim. cap. 111.* Clar. *lib. 5. §. ſacrilegium.* Menoch. *lib. 2. de arbit. iud. quæſt. caſu 389.* Anton. Gueuar, *horologio Principum lib. 1. pag. 104. & ſeq.*

Artic. CLXXV.

Perſonarum conditionis rationem in furtis habendam.

In Diebstälen alle Umbstände wol zubetrachten.

Es sollen auch die Diebstäl/ so an geweyheten Dingen und stätten begangen/ die Hungersnoht/ auch Jugend/ un̄ Thorheit der Personen/ wo der eines mit Grund angezeigt wird/ auch angesehen/

hen/vnd wie von weltlichen Dieb stälen deßhalb gesetzt ist/darinn gehandelt werden.

Tam in furtis, quam sacrilegiis, circumstantiæ diligenter perpendi debent, vt famis necessitas, consilij inopia, ætatis imbecillitas, & alia, quæ his similia sunt. Vti namq; in ciuilibus causis, ad liberandum, *l. Arrianus. ff. de oblig. & act.* ita in criminalibus ad absoluendum, magis, quam condemnandum, proniores esse debemus, si habeamus occasionem. Dynus *in c. odia. extr. de reg. iur. in 6.* Remus *ad h. artic.* 175.

ARTIC. CLXXVI.

Pœnæ & cautiones eorum, à quibus vis damnumve metuitur, & de eorum custodia.

Von Straff/ oder Versorgung der Personen/ von den man auß erzeigten Vrsachen/ Vbel vnd Missethat warten muß.

SO einer ein Vrphede freventlich/ oder fürsetzlich verbrochen/ Sachen halben/ darumb/ daß er das Leben nicht verwirckt hat: Item/ ob einer vber vorgeübte/ nachgelassene/ vnd gerichte Missethat/ mit Worten/ oder Schrifften/ ander dergleichen Vbels zuthun/ doch sonst ohn weiter beschwerlich Vmbstände drohet/ vnd aber darmit nicht so viel gethan hätte/ daß jhm darumb das Leben/ wie hernach im 178. Articul/ anfahend: Item/ so sich jemand einer Missethat/ ꝛc. von vnterstanden Missethaten geschrieben stehet/ genommen werden möchte/ vnd auß jetztgemelten/ oder andern gnugsam Vrsachen/ einer Personen nicht zuvertrawen/ oder zuglauben were/ daß sie die Leut gewaltsamer thätlicher Beschädigung vnd Vbels vertrüg/ vnd bey Recht vnd Billigkeit bleiben ließ/ vnd sich solches zu recht gnug erfünde/ vnd dann dieselbige Person deßhalben kein Notturfft Caution/ Gewißheit/ oder Sicher-

Sicherheit machen könte / solchen künfftigen / vnrechtlichen Schaden vnd Vbel fürzukommen / Sol dieselbig vnglaubhafftige boßhafftige Person im Gefängnuß / als lang / biß die nach Erkänntnuß desselben Gerichts / gnugsame Caution / Sicherung vnd Bestand / für solche vnrechtliche thätliche Handlung thut / durch die Schöpffen rechtlich erkant werden: Jedoch sol solche Straff nicht leichtfertiglich / oder ohn mercklich Verdächtigkeit künfftiges Vbels / als obstehet / sondern mit Raht der Rechtsverständigen / beschehen. Vnd sol solcher Gefangen in dem Gericht / darinn er also beklagt / vnnd vberwunden wird / enthalten werden. Vnd wo er sich von seinen selbst Gütern / in solcher Gefängniß zuenthalten nicht vermöchte / so sol alsdann durch den Ankläger / zu seiner Enthaltnuß / dem Büttel sein gebührlich Wartgelt / nach Ermessung deß Richters gegeben werden / vnd er der Ankläger derhalb zimlich Bestand thun. Wo nun der Ankläger solchen Kosten auch nicht vermöchte / sol die Obrigkeit denselben Kosten tragen. So aber der gemelte Gefangene in demselben / oder andern Gerichten / an sein Gütern / als viel hätte / darvon obgemelte sein Enthaltung vnd Verwahrung / gar / oder zum Theil beschehen könte / die sollen zu derselben Vnterhaltung / ohn der Obrigkeit Verhinderung / gebraucht werden.

Si quis propter minas alicuius (præsertim eius, qui minas suas executioni mandare consueuit, *l. famosi, §. 1. ff. ad L. Iul. maiest.* vbi Bart.) sibi ab eo metuit, agere potest, vt sibi de non offendendo caueatur, *l. illicitas 6. §. ne potentiores, ff. de offic. præs. moderatores* 11. *C. de offic. Rectoris Prouinciæ.* Clar. *§. fin. quæst. 47.* vbi de hoc genere cautionis scribit, quando ea interponi possit, & quandiu duret. Herculan. *in tract. de caut. de non offendendo cap. 1. num. 13.* qui scribit; hanc cautionem non tantum de die, verum etiam de nocte, & tempore feriarum præstari posse. Cautio autem dicta præstanda est fideiussoribus, Clar. *d. quæst. 47. vers. sed quæro.* Soarez *lit. C. nu. 36.* aut pignoribus, vti cõsuetudine seruatur, Alberic. *in l. non est verisimile, ff. quod metus causa.* non obstante eo, quod reus sit locuples. Clar. *d. vers. sed quæro.* Quin & iuratoria cautio sufficit, si Reus pauper sit, vt fideiussores, vel pignora habere non possit, dummodo Reus sit bonæ famæ. Clar. *d. vers. sed*

quæro.

quæro. Quod si reus non caueat, vrgeat tamen necessitas, & periculum quasi ob oculos versetur, ob id carcere tandiu detinendus est, quousq; de stylo & consuetudine iudicij satis sufficienter fuerit cautum. *hoc artic.* 176. *vers.* Sol dieselbig vnglaubhafftt boßhafftige Person in Gefängnus/als lang/etc. Quin amplius autem non solum petente parte, sed etiam Judex mero suo officio aliquem ad dictam cautionem præstandam cogere potest, Clar. *d. quæst.* 47. *vers. sed nunquid.* vbi tamen hæc cautio vertitur. Quod si dicta cautio præstita sit, & actor contra eam lædatur; habet eo nomine ex stipulatu actionem. Vigel. *c.* 11. *reg.* 6. *& seqq.* Deniq; ad hanc materiam addatur *artic.* 108. *&* 195. Item Gail. 1. *obs.* 4. Premus *de securitate promissionis pag.* 16.

ARTIC. CLXXVII.

Pœna eorum, qui ope, consilio maleficos iuuere.

Von Straff der Förderung/Hülff vnd Beystand der Mißthäter.

SO jemand einem Mißthäter/ zu Vbung einer Mißthat/ wissentlich vnd gefährlicher Weiß/ einigerley Hülff/ Beystand/ oder Förderung/ wie das alles Namen hat/ thut/ ist peinlich zu straffen/ als vorstehet/ aber in einem Fall anderst/ dann in dem andern. Darumb sollen in diesen Fällen/ die Vrtheiler mit Berichtung der Verhandlung/auch wie solches an Leib/oder Leben sol gestrafft werden/ als obstehet/Rahts pflegen.

1 Eum, qui maleficum ope, consilio auxiliove iuuerit, suppetias tulerit, id quod ex variis causarum figuris contingere potest, criminaliter & capitaliter puniendum esse, vna cum authore criminis, statuit Imper. Carolus V. *hac constitut.* 177. vbi tamen monet iudices, vt propter factorum varietatem, aliarumq; circum-

cumſtantiarum occurrentiam ſecundum reſponſa prudentum ſententias ferant. Sane quando quis ad perpetrandum delictum fert opem, tunc non punitur, §. *interdum verſ. ſciens cuius rei. Inſtit. de oblig. quæ ex delict.* At quando quis ſcienter præſtat auxilium, tum diſtinguitur hac in parte communiter à pragmaticis; An ante perpetratum delictum, vel in ipſo actu delicti; vel poſt delictum commiſſum, aliquid auxilij ſit præſtitum. Hæc tria tempora ita ab omnibus diſtingui, tenent allegati à Blanco *in pract. crim. in verbo, poſtquam vidimus nu.* 1. qui exempla auxilij cuiusq; temporis recenſuit; quem ſequitur Menochius *lib. 2. de arbit. iud. quæſt. caſu 349. per tot.* vbi tradit, *Primo caſu* ac tempore, vt ſi 2
quis, ante delictum, homicidij cauſa faciendi domum conceſſit, vel arma commodauit, aut equum, aut famulum; hunc auxilium & opem ferentem, eadem pœna eſſe puniendum, qua & is, qui re ipſa delictum commiſit, per text. *in l. nihil, ff. ad L. Cornel. de Sicar.* dum clare ait, nihil intereſſe, vtrum occidat quis, an cauſam mortis præbeat. Declarat tamen hoc Menochius *num. 5.* vt non procedat hæc pœna, quando auxilium non fuit proximum, ſed potius remotum; tunc namq; ſolum pœna extraordinaria iudicis arbitrio puniri. *Secundo caſu*, cum in ipſo actu de- 3
linquendi auxilium præſtatur, veluti ſi capiat aliquem, & eum teneat, & alter percutiat vſque ad mortem, aut occiſi defenſionem in ipſa lucta reipſa armis prohibeat, aut elidat, eſſe magis receptam opinionem, hunc eadem pœna ordinaria teneri, qua & ipſe principalis, per *l. vtrum, ff. de parricid. l. 1. ff. de crim. pecul l. vnic. C. de raptu virg. Clement. 1. de pœn.* ſed tamen hoc caſu etiam nonnunquam inter auxilium propinquum & remotum diſtinguendum eſſe; vt ſi auxilium ſit remotum, tunc mitiori pœna, hoc eſt iudicis arbitrio, puniri Menoch. *d. loc. nu. 9.* vbi hanc concluſionem etiam aliis modis limitat. *Tertio caſu*, cum poſt deli- 4
ctum auxilium præſtatur, vt quia delinquentem tuetur, cuſtodit, vel prohibet, ne reus capiatur; hoc in caſu regulariter iudici pœnam extraordinariam iudicis arbitrio relinqui, Dd. *in*

l. 1. *Cod. de iis, qui latron. occult.* Adeoque omnino, vt in cæteris, ita in huiusmodi causis ex personarum conditione, & rerum qualitate diligenter Judex pœnas æstimabit, & quid facto opus sit, vel non, probe examinabit. *l. Pædius, Digest. de incend. ruin. naufr.* Menochius *dict. casu* 349. *per tot.* Late de hac materia tractat Julius Clarus *dict.* §. *fin. quæst.* 90. Decius *in l. consilij non fraudulenti num.* 4. & Cagnolus *num.* 3. *de regul. iur.* vbi taliter opem ferentes, qui delicto causam non dederint, mitiori quoque pœna plectendos censet; quam opinionem communiter receptam dicit Nicolaus Ruckerus ad Fichardum *consil.* 101. *nu.* 6. *tom.* 2.

5 Cæterum de consulente crimen alicui, alias facturo, etiam sine eius consilio, hoc casu consulentem non teneri, dummodo fuerit simplex consilium, tradit Clarus §. *fin. q.* 88. Quod si vero non tam consuluerit, quam mandauerit crimen, secus est, & tenetur ille mandans. Clar. *d.* §. *fin. q.* 89. *vers.* 1.

Sane si quis crimen fieri mandauerit, & mandatarius fines mandati excesserit; puta, si aliquem verberare iussus, eum occiderit, mandator de eo, quod fines mandati excedit, non tenetur. Sec. Clar. *dict. quæst.* 89. *vers. pone aliquis.* vbi de eo controuertitur. Vigelius *cap.* 2. *quæst.* 2. *except.* 1. *& sequentib.* Denique hoc loco notandum, proprie esse causas capitales ex quibus pœna corpori extrinsecus infligitur, welche an Leib vnd Leben gehen / vt loquitur hic articulus, vbi & sequens 178. *ibi*, peinlich zu straffen.

ARTIC. CLXXVIII.

Pœna conatus ad delictum.

Straff vnterstandener Missethat.

SO sich jemand einer Missethat mit ehrlichen/scheinlichen Wercken/die zu Vollnbringung derselben Missethat dienstlich seyn mögen/ vnterstehet/ vn̄ doch an Vollnbringung derselben Missethat/durch andere Mittel wider seinen Willen verhindert wird/ solcher böser Will/ darauß etliche Werck / als obstehet/ folgen / ist peinlich zu straffen/Aber in einem Fall härter/dann in dem andern/ angesehen/ Gelegenheit vnd Gestalt der Sachen. Darumb sollen solcher Straff halben die Vrtheiler/wie hernach stehet / Rahts pflegen / wie die an Leib/ oder Leben zuthun gebühret.

Imperator Carolus V. *hac constit. 178.* cauet de pœna delicti 1
attentati, ſi nimirum quis maleficium non extrinſecis tantum & remotis factis, vt apparatu telorum, veneni mali præparatione, &c. Sed proximis, quæ ad perfectionem criminis pertingunt, maleficium deſignare conetur; quo minus autem tale facinus perficiat, diuinitus, quaſi immiſſis obſtaculis contra voluntatem deliberatam impeditus fuerit; hunc animum malum, hanc mentem malam & ad malum proiectam, hanc malefaciendi libidinem, è qua, quid intus fuerit, promanarit, ſi manifeſta facta deprehendatur, criminaliter & capitaliter corripiendam & puniendam eſſe: Licet aliquando grauius, interdum, obſeruato delicti genere, ex reſpectu & qualitate cauſarum, leuius puniatur conatus; quo in negotio Imperator vult, vt iudices togatorum clariſſimorum conſilio vtantur, *hac conſtitutione 178.* vbi Remus. Copioſe de hac materia diſſerit Menochius *lib. 2. d. arbitr. iudic. quæſt. caſu 360.* itemque

Thomas Grammaticus *decis. 2. num. 2. 6. 7. 20. & seq.* Jacob. Cuiacius *lib. 15. obser. cap. 25.* & Joannes Georgius Godelmannus *lib. 3. de magis & maleficis cap. 11. num. 34. & seqq.* vbi duas ponit cogitationis formas.

2 *Primo* dicit esse nudam, simplicem, latentem in animo, ac nemini detectam cogitationem, quæ vt ab hominibus ignorata, ita ab iisdem puniri nō possit. *l. 18 ff. de pœnis*, vbi Vlpian. *cogitationis pœnam nemo patitur.* Et Pontifex *in c. sicut. de simonia.* de occultis non iudicat lex. Solus enim Jehoua Dux exercituū cogitationes hominum punit, cum hæ ipsius omnipotentiæ, & omniscientiæ nequeant occultari. Et probatur quoq; illud *h. artic. 178. vers.* **Mit etlichen scheinlichen Wercken.** *Item vers.* **darauß etliche Werck.**

Secundo cogitare & agere quem, sed non perficere delictum. Et hic subdistinguendum. Aut enim quis ad actum remotum accessit, aut ad proximum. Si ad actum remotum, vt si cum telo hominis occidendi causa incessit, sed nondum vulnerauit, vel impeditus, vel pœnitentia ductus, tunc enim puniri extra ordinem, iudicis arbitrio, quoniam is ad actum tantum remotum accessit, quod innuere videtur *hic artic. 178. vers.* **Aber in einem Fall.** Clar. *§. fin. quæst. 92. vers.* vnde patet, conatum, si ad actum nō peruenerit, puniendum non esse. At si ad actum proximum accessit, vt qui animo occidendi hominem vulnerauit, tunc delictum haberi pro expleto, & eum perinde puniri, ac si delictum perfecisset, *l. si is, qui cum telo 7. C. ad L. Cornel. de Sicar. l. si quis non dicam rapere 5. C. de Episc. & Cler. l. 1. § fin. ff. de extraord. criminib.* vbi qui pueri pudicitiam attentat, punitur. Sed hæ & similes leges, pœnam capitalē in conatum statuentes, vniuersali consuetudine sunt abrogatæ, & iuri communi derogatum. Jul. Clar. *d. §. fin. q. 92. vers. 1. cum vers. sequente in fine. & in §. homicidium vers. vlt.* Franc. Viuius *lib. 1. comm. opin. in verbo. statutum puniens delicta.* Gabriel. *lib. 7. concl. 12. nu. 19.* Id quod probant etiam Consti-
3 tutiones criminales Imperij *h. artic. 178.* Quæ tamen consuetudo iuxta communem Dd. sententiam locum non habet in crimini-

minibus: nam in illis punitur conatus etiamsi effectus secutus non fuerit, puta læsæ maiestatis, proditæ & expugnatæ patriæ, Assassinij, veneficij, Sodomiæ, cum similibus aliis. Franc. Viuius *d. verb. statutum puniens. vers. hoc autem declaratur*. Idem *lib. 2. comm. opin. in verbo, conatus puniendus nu. 1.* Clar. §. *læsæ maiestatis. vers. scias autem 15. & d. quæst. 92. vers. scias. 2.* Gail. *lib. 1. de pace publ. cap. 14. nu. 7.* Vigel. *d. cap. 2. quæst. 1.* sed quid dicendum, si crimen pœnitentia ductus non perfecerit? sane pœnitentia post delictum commissum non excusat Clar. *§. fin. q. 16. nu. 6.*

Quin & pœnitentia ante delictum patratum non excusat, 4
siquidem pœnituit, quia facere non potuit; sed punitur, ac si perfecisset: si vero pœnituit, quia non voluit, non est puniendus. *h. artic. 178. vers.* **wider seinen Willen.** Clar. §. *fin. q. 60. vers. fui quandoq. 21.* Soarez. *verb. voluntatem nu. 70.*

Est itaq; pro conclusione huius articuli notanda certa & 5
generalis iuris regula; quod in atrocioribus criminibus, quæ & naturali & ciuili iure damnantur, conatus & voluntas pro delicto punitur, licet delictum non sit ad exitum, vel effectum productum; prout notat glossa communiter approbata *in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisq. iur.* Eius rei memorabile exemplum refert Bodinus *lib. 4. de Republ. cap. vlt.* in hæc verba scribens. Cum nobilis quidam Normannus apud nos fraterculo sodali confiteretur se Franciscum Regem Galliæ occidere voluisse, nihil tamen ausum esse, flagitiosæ voluntatis sponte pœnitere, sodalis reo confitenti ac scelus deprecanti, quantum quidem poterat, ignouit: eundem tamen paulo post ad Regem detulit, qui reum comprehensum ad curiam Parisiorum mitti iussit; curia capitali supplicio, quasi perduellionis conuictum, damnauit: vbi subiungit Bodinus; prudētius tamen, opinor, Rex ignouisset: quia cogitationis illius ac voluntatis, quam propter scelerum atrocitatem leges coërcent, hominem pœnituisset, ac sui ipsius proditor & accusator prius extitisset, quam accusaretur, per *l. cogitationis 18. de pœnis.*

ARTIC. CLXXIX.

De iis, qui per ætatem, furorem, aut aliis ex causis delinquunt.

Von Vbelthätern/die Jugend/oder anderer Sachen halben/jhre Sinn nicht haben.

WUrd von jemand/der Jugend/oder ander gebrechligkeit halbē/ wissentlich seine Sinn nicht hätte/ein Vbelthat begangen/das sol mit allen Vmbständen/ an den Orten vnd Enden/ wie zu Ende dieser vnser Ordnung angezeigt/gelangen/vnd nach Raht derselben/vnd ander Verständigen/darinn gehandelt/ oder gestrafft werden.

1 Si quis per ætatem, doli fraudisque incapacem, furorem, non simulatum, aut aliud mentis non sanę vitium deliquerit; de eo facto cum omnibus & singulis circumstantiis ad prudentes referre iudices ibiq; iuris instructionem petere debere, constituit Carolus V. Imperator. *h. artic.* 179. Pertinet huc, quod Paulus docet *in l. fere in omnibus* 108. *de reg. iur.* vbi scribit: Fere in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati & imprudentiæ succurritur: ita scilicet, vt ætatis & imprudentiæ ratione interdum pœna propter ætatem & imprudentiam prorsus tollatur, aut saltem mitigetur. Fere enim cum dicit, significat interdum hoc ita fieri, plerumq; vero etiam non. Per ætatem absolute dictam proprie intelligitur ætas impuberis, vel pupilli, vel minoris 25. annis: quod & superius attigimus *artic.* 164.

2 Adeoque distinguitur inter infantem & infantiæ proximum, pubertati proximum, & puberem, siue adultum ac minorem. Quod ad infantem, & infantiæ proximum attinet, eos innocentia consilij tuetur: vnde si infans, vel infantiæ proximus hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur. *l. infans* 12. *C. ad L. Cornel. de Sicar.* Item, si dederint alicui damnum, actione legis

gis Aquiliæ non tenebuntur. *l. sed etsi, §. & ideo ff. ad L. Aquil.* Quomodo enim reus constituetur, qui nescit quid faciat. *c. aliquos 15. quæst. 1.* Quod si pupillus proximus est pubertati, & doli capax, ex delicto tenetur: quia intelligit se delinquere. *§. in summa. Instit. de obligat. quæ ex del.* Ideoque eiusmodi pupillus & pubertati proximus, nonnunquam etiam, vbi malitia ætatem supplet, ob delictum capite potest plecti, vti dictum est supra *artic. 164.* Regulariter tamen pupillis etiam proximis pubertati propter ætatem succurritur, *d. l. fere.* hoc est, pœna mitigatur, & ordinaria in arbitrariam conuertitur. *cap. 1. Extr. de delict.* Atque ita pupillus committens homicidium licet sit doli capax, non tamen decapitatur. Decius *ad d. l. ferenum. 2.* Et in omnem casum, nunquam debere pupillum pœna capitali affici, etiam pro quocunque graui delicto, sed eius pœnam debere esse citra mortem, vel membri mutilationem, tradit Julius Clarus *§. fin. quæst. 60. num. 3.*

Sed vtrum etiam puberibus maioribus 14. annis, & minoribus 25. annis delinquentibus propter ætatē succurratur? quæritur. Et constat, in criminibus & publicis iudiciis, ætatis suffragio minores non iuuari. Etenim malorum mores, infirmitas animi non excusat, vt Impp. Seuerus & Antoninus loquuntur *in l. 1. C. si aduers. delict.* Et, vt Vlpianus ait: Placet in delictis, non subueniri minoribus. *l. si ex causa 9. §. nunc videndum, ff. de minoribus.* Cum quo conuenit, quod Triphonius dixit; In delictis minor 25. annis, non meretur in integrum restitutionem, vtiq; atrocioribus *l. auxilium 37. de minorib.* Sed tamen & hic pœnam solere mitigari, qualitate personæ, & reliquis circumstantiis ad id iudicem inducētibus, communiter traditur. Jul. Clar. *d. §. fin. q. 60. nu. 3* Et propterea etiam Tryphonius, verbis illis, in delictis scilicet minorem 25. annis non mereri in integrum restitutionem, vtiq; atrocioribus, addit: Nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit. *d. l. auxilium 37. § 1. de minorib.* Ex quibus verbis patet in arbitrio iudicis esse positum, vtrum minori delictum committenti pœna mitiganda

ganda ſit, vel non. Et verbum *interdum* innuit, non ſemper minori ordinariam pœnam eſſe remittendam, quod apparet etiam ex iis, quæ ibidem de adulterio & ſimilibus criminibus ſubiiciuntur. Nicol. Vigel. *c.2.q.1.except.2.*

4 Sane nonnunquam etiam propter ingraueſcentem ætatem pœna mitigatur. Ignoſcitur enim etiam his, qui ætate defecti ſunt. *l.ſi quis in graui valetudine 3. §. ignoſcitur 7. ad SC. Syllan.* Et exemplum recitat Calliſtratus *in l.2.ff.de termino moto.* Ratio eſt: Quia ſenectus, veluti altera adoleſcentia & pueritia eſt; & ſenectus habet puerilem ſenſum, gl. *in l.ſenectus 16.de donat.* Quin etiam imprudentiæ ſuccurritur, *d.l.fere.* hoc eſt, imprudentiæ ratio habetur, ſeu pœna propter imprudentiam mitigatur, cum quis maior etiam 25. annis, non ex propoſito, vel data opera, ſed caſu, ſiue per imperitiam lapſus eſt. Et notandum, voluntatem & propoſitum delinquentis diſtinguere maleficia. *l. qui iniuriæ 53. de furt.* Itemq; in maleficiis voluntatem ſpectari, non exitum. *l. Diuus Adrianus 14. ad L. Cornel. de Sicar.* Atque huc ſpectat, quod Hermogenianus dixit: Interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius, quam exaſperandæ. *l. interpretatione 42. de pœnis.* Plane in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debent; in grauioribus pœnis, ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. *l. perſpiciendum 11. de pœnis.* Tiraq. *in tract. de pœnis legum temperandis, aut etiam minuendis.* Menoch. *de arbit. iud. quæſt. caſu 329.* Teſſaur. *deciſ. 161.*

5 Præterea vti infantem & infantiæ proximum innocentia cōſilij tuetur, ita furioſum fati infelicitas excuſat, *l. infans, ff. ad L. Cornel de Sicar.* hoc eſt, vti infanti & infantiæ proximo, ita & furioſo delinquenti in totum parcitur, quia illi intellectu carent, & ignorant quid agant. *§. pupillus cum §. præcedenti. Inſtit. de inutilib. ſtipulat.* Adeoq; vti infans, vel infantiæ proximus, ita etiam furioſus, ſi hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur. *d.l. infans 12.* Quin etiam in parricidij perpetrati crimine, furioſum fati infelicitatem excuſare, patet ex nobili reſcripto Diui Marci *in l. Diuus Marcus, ff. de offic. præſid.* Et furioſum propter morbum

mentis

mentis excuſari ſi delinquat, etiam obtinet, quamuis intermittente furore crimen commiſerit. Clar. *d. quæſt. 60. verſ. item quæro, ibi, aut vero tempore.* Franc. Viuius *lib. 1. comm. opin. in verbo, furioſus, ibi, ampliatur hoc.* Baptiſt. à Villalob. *in lit. F. nu.* 181. Et hinc furioſus homicidium committens, ab homicidij pœna excuſatur *ſup. artic. 150. verſ.* **Item/ ſo die Leut tödten.** Quinimo & ſi quis poſt factum homicidium primum in furorem inciderit, pœnam ei remittendam, cenſent Doctores. Clar. *d. verſ. aut vero tempore.* De iis, qui per ebrietatem, iram, ſomnium, amorem, aut mandatum ſuperioris, deliquerint, agit Clarus *d. q.* 60. Menoch. *de arbit. iud. quæſt. caſu 326. & caſu 327. & caſu 328.* Decius *in l. quicquid calore, ff. de reg. iur.*

Artic. CLXXX.

Pœna Commentarienſis, qui reos clam dimittit.

So ein Hůter der peinlichen Gefängnuß / einem Gefangenen außhilfft.

So ein Hůter der peinlichen Gefängnuß / einem / der peinliche Straff verwircket / außhilfft / der hat dieſelb peinliche Straff / anſtatt deß Vbelthäters / den er alſo außgelaſſen / verwircket. Käme aber der Gefangene / durch bemeltes Hůters Vnfleiß / auß dem Gefängnuß / ſolcher Vnfleiß iſt nach Geſtalt der Sachen vnd Raht / ſo an den Orten / als hernach folget / gepflogen wird / zuſtraffen.

Commentarienſis, ſiue carcerum cuſtos, ſiue carcerarius, qui capitalis criminis reum ſciens effugere ſinit, aut quouis modo dimittit, eum vult Imperator Carolus V. illud pœnæ genus ſuſtinere, quod Reus, ſi non effugiſſet, ſuſtinuiſſet, *hoc artic.* 180. qui deſumptus eſt, ex *l. ad Commentarienſem, C. de cuſtod. reor.* Joan. Fichard. *conſil. 110. nu. 1. & ſeqq. tom. 2.* Porrigitur autem lex, in adiuto-

iutorem eius seu vicarium. Remus *ad hunc artic.* 180. Menoch. *lib.* 2. *de arbit. iud. quæst. casu* 302. *& seq.* Ita punitur quoq; is, qui furiosum custodiæ suæ commissum euadere sinit. *l. Diuus, ff. de offic. præs.* Clar. *§. fin. quæst.* 68. *vers. custos carcerum* 8. Eman. Soarez. *in lit. C. nu.* 24. Ab hac pœna carceris excusatur custos, qui nobilem carceratum non recte detinuit, vnde nobilis ille euaserit. Gabriel. *lib.* 7. *concl.* 8. *num.* 55. Vigel. *cap.* 3. *quæst.* 2. *reg.* 7. Quod si vero per negligentiam, vel incuriam custodis, carceratorum aliquis effugerit; ea negligentia pro ratione delicti & prudentum consilio in Commentariensi cohercebitur. Menoch. *d. casu* 302. Farinac. *de carcerib. & carceratis quæst.* 31. Quomodo puniendus, qui è carceribus aufugit, tractat Faber *in Codice lib.* 9. *tit.* 4. *defin.* 6.

Artic. CLXXXI.

De officio Actuarij seu scribæ, aut Notarij publici.

Vom Ampt deß Gerichtschreibers in peinlichem Proceß.

EIn jeder Gerichtschreiber sol in peinlichen Sachen / bey seiner Pflicht / alle Handlung / so peinlicher Klag vnd Antwort halben geschicht / gar eygentlich / vnterschiedlich / vnnd ordentlich auffschreiben. Vnd nemlich sol die Klag deß Anklägers / vor dem Verbürgen / das vber den Beklagten geschicht oder aber / wo der Ankläger nicht Bürgen / vnd derhalben gefänglich bey dem Beklagten verhefft were / in allweg zu vor auffgeschrieben werden / ehe denn peinlich Frag / oder peinlich Handlung gegen dem Beklagten geübt wird: Vnd sol solches alles zum wenigsten vor dem Richter / oder seinem Verweser / vnnd Zweyen deß Gerichts beschehen / vnd bemelte Beschreibung durch den Gerichtschreiber desselben Gerichts / ordentlich vnnd vnderschiedlich

lich gethan werden / Darnach sol beschrieben werden / ob / vnnd wie der Ankläger seiner Klag halb / laut dieser vnser Ordnung zum Rechten verbürget / oder wo er nicht Bürgen gehaben mag / ob vnnd wie er sich vmb Vollführung willen deß Rechtens / gefänglich hat legen lassen.

Actuarij partes sunt, vt ea fide atq; diligentia, qua se iudici iureiurando adstrinxit *sup. artic. 5*, eoq; ordine, quo singula fiunt, accusationum & defensionum capita, recessus, omnia denique acta, distincte & singillatim consignet. Ac præcipue quidem, vt ipsam actionem seu accusationem ante cautionem ab accusatore præstandam, aut detentionem eius, si fideiussores habere nequeat, adnotet: & quidem antequam quæstiones exerceantur. Nam absq; accusatione & accusatore nemo producitur condemnandus. *l. qui crimen 3. C. de his, qui accus. non poss. l. rescriptio, §. si quis accusatorem, ff. de munerib. & hon.* Præterea etiam notabit, quomodo accusator satisdederit ac cautionem præstiterit. *sup. artic. 12. & 13. cum seq. 14.*

ARTIC. CLXXXII.

Vt nomen suum, & qui præsentes cuiq; actui adfuerint, diem, annumq; actis adscribat actuarius.

Wie der Gerichtschreiber alles vnd jedes beschreiben / vnd vnterschreiben sol.

WEiter / was der Beklagt zu solcher Klag zu Antwort gibt / so er erstlich ohne Marter derhalben besprachet würde / das sol auch nach derselben Klag beschrieben werden / vnnd sol allwegen durch den Schreiber / Jahr / Tag vñ Stund / darauff ein jede / vor / oder nachberührte Handlung beschicht / auch wer jedes mal dabey gewest

 sey /

sey/gemelt werden/ Und er der Schreiber sol sich/ daß er solches gehört/ vnnd beschrieben / mit seinem Tauff- vnd Zunamen selbst auch vnterschreiben.

Carolus V. Imperator hoc articulo & aliquot sequentibus cauet de actis scribendis ab Actuario; vt scilicet quidquid accusatus facta iam accusatione responderit, cum primum extra tormenta de facto suo interrogatur, diligenter conscribat; & hoc amplius, annum, diem, horam, quo quisque actus susceptus & peractus fuerit; itemque, qui interfuerint adnotet: Insuper etiam nomen & cognomen suum subiiciat, cum expressa testificatione, quod omnia & singula, prout adnotata & conscripta sunt, eodem modo ita fieri & peragi ipse viderit; & in testimonium veritatis se propria manu subscripserit, *inf. artic. 189. c. quoniam contra, ibi, loca designando, tempora & personas. Ext. de probat.* vbi Dd. Cothm. *resp. 30. nu. 89. & seqq. vol. 3.*

Artic. CLXXXIII.

Vt quæ indicia & probationes accusator habet, & deducit, Actuarius conscribat.

Wie der Gerichtschreiber der Ankläger Anzeigung / oder Argwohnung / neben derselben Beweiß verzeichnen sol.

So aber der Beklagt / der Klag in seiner Antwort läugnet / vnd dem Ankläger / der bekanten Missethat halben / redliche Anzeigung (wie vor von solcher redlichen Anzeigung gesetzt ist) fürzubringen gebühret / was dann der Ankläger derselben Anzeigung / oder Argwohnung halben / vor dem Gericht / oder verordneten Schöpffen fürbringen: Auch was solcher fürbrachten Anzeigung halb / nach laut dieser Ordnung / bewiesen wird / sol alles eygentlich / wie vor gemelt ist / beschrieben werden.

Rei

Rei plerumq; accusationes nude negando repellunt: Cum vero non satis sit, vel accusasse solum, vel negasse; Idcirco accusatori probationis onus, quod indubitatis indiciis perficitur, incumbit; & ea indicia, præsumptiones, suspiciones, quæcunq; in iudicium accusator proferet, Actuarius diligenter adnotabit. *h. artic.* 183. vbi Remus *in paraph.*

ARTIC. CLXXXIV.

Vt Actuarius quoq; Rei allegationes chartis mandet.

Wie der Gerichtschreiber auch deß Angeklagten Noturfft vnd Antwort sol verzeichnen.

WO dann/nach laut dieser vnser/ vnd deß heiligen Reichs Ordnung/ redliche Anzeigung vnd Verdacht der Missethat/ bewiesen/ erkant/ vnd darzu kompt/ daß man alsdann/ laut dieser vnser Ordnung/ den Gefangenen erstlich ohne Marter/ vnd mit Bedräwung derselben/ besprechen/ auch zu Außführung seiner Vnschuld/ ermahnen sol/ was dann daselbst gefragt/ ermahnet/ vnd endlich geantwortet/ auch was darauff/ alles nach laut dieser vnser/ vnd deß Reichs Ordnung/ erfahren/ vnd erkündiget wird/ sol alles/ wie obstehet/ auch beschrieben werden.

Vti accusatori permittitur, indicia & probationes contra Reum adducere; sic etiam Rei allegationes Actuarius diligenter adnotare debet, quippe eæ tendunt ad Rei defensionem, & innocentiam probandam, quæ Reo ante torturam nequaquam est deneganda. *supr. artic.* 47. Necesse itaque habet Reus, vt non solum alleget defensionem, sed etiam causam exprimat, ex qua indicia elidere, aut contrarium probare velit, quippe, quod ad probationem irrelevantem, aut calumniosam admittendus

non. Farinac. *q.39. num.71. & seq. in tract. de indiciis & torturis*. Petr. Heg. *q.35. nu.6. p.2. sup. artic.74.*

ARTIC. CLXXXV.

Vt idem Actuarius confeßiones rei quoque adnotet.

Wie der Gerichtschreiber deß Angeklagten Bekantnuß auffzeichnen soll.

VNd so es zu der peinlichen Frag kompt / was denn der Beklagt dadurch bekennt / auch was er bekannter That halben vnderschiedlich saget/ die zu Erfahrung der Warheit/ wie in dieser vnser Ordnung dauon gesetzt / dienstlich vnd fürträglich seyn / vnnd was fürter/ auch nach laut dieser vnser Ordnung/ von Erfahrung der Warheit darauff gehandelt/ vnd erfunden wird/ das alles vnd jedes insonderheit/ sol der Gerichtschreiber ordentlich vnd vnderschiedlich nach einander beschreiben.

Si ad tormenta deuentum fuerit, quæcunq; Reus proprio motu, sine vlla suggestione fatetur, quæq; de crimine confesso nominatim, vt vnumquodque ad inuestigandam facti veritatem faciet, & quæ de hinc vera confessioniq; congruentia deprehendentur, Actuarius, siue scriba suo officio functurus diligenter consignare iubetur. *h. artic. 185.*

ARTIC.

ARTIC. CLXXXVI.

Vt, quæ in conuincendo reo geruntur, Actuarius perscribat.

Wie der Gerichtschreiber den Beweiß verzeichnen soll.

WUrde aber der Beklagt auff seinem verneinen der Klag bestehen/vnd der Ankläger die Hauptsach der Missethat/nach laut dieser Ordnung weisen wolt/ so viel sich denn derhalb in demselben Gericht zu handlen gebürt/das sol der Gerichtschreiber auch/wie obstehet/ fleissig beschreiben. So aber deßhalb vorgemelte Oberkeit Commissarien geben/die sollen das/so vor jhnen gehandelt wird/ auch alles vnd wie gebürt beschreiben lassen.

Sunt etiam ea ab actuario conscribenda, quæ ad confundendum seu conuincēdum Reum fiunt. Cauet itaq; Carolus V. vt si accusatus crimen nominatim ei certo titulo, siue nomine obiectum, nude inficiatus fuerit; accusator autem ad probandum sese offert, quantum quidem propterea in eo ipso iudicio agi conuenit, id omne quoq; ac totum actuarius diligenter consignet. *h. artic. 186.*

ARTIC. CLXXXVII.

Vt idem rei defensiones adnotet.

Daß der Gerichtschreiber deß Angeklagten Entschuldigung verzeichnen soll.

WO aber der Beklagt der That bekennet/vnd doch solche Vrsachen/ die jhn von der That entschuldigen möchten/ anzeiget/ dassel-

dasselbig/ auch alle Vrkund/ Kundschafft/ Weisung/ Erfahrung/ vnd Erfindung derhalb/ sol auch/ so viel sich in demselben peinlichen Gericht zuhandeln gebühret/ vnnd sonst alles/ wie obstehet/ beschrieben werden.

Fatente vero delictum Reo, qui defensionis suæ causa ea excipiat, quibus reatus eximitur, ea nempe, & quas probationes, instrumenta, testimonia adducet, & quæ ex inquisitione cognoscentur, deniq; omnia, quæ ad commodiorem iudicum informationem seruient, Imperator Carolus V. ab Actuario diligenter consignari mandat, *hoc artic.* 187. vbi Remus *in paraph. sup. artic.* 74.

ARTIC. CLXXXVIII.

Vt adnotet, quomodo ad officium delata sit accusatio.

Daß der Gerichtschreiber/ wie die Klag an den Richter kommen/ verzeichnen sol.

OB aber die Klag von Amptswegen herkäme/ vnd nicht von sonderlichen Anklägern geschehe/ wie dann die Klag an den Richter kommen/ auch was der Beklagte darzu antwortet/ vnd was fürter in allen Stücken/ nach laut dieser vnser Ordnung/ deßhalb gehandelt wird/ sol/ wie oben im andern Fall deß Anklägers halben gemeldet ist/ beschrieben werden.

Si ex officio instituatur accusatio, neq; priuatus existat accusator, tunc quomodo ad iudicem deuenerit diffamatio, quæque accusatus responderit, & cætera, quæ peragentur, singula consignare iubetur Actuarius.

hoc artic. 188.

ARTIC. CLXXXIX.

Vt ſcripta aſſeruet, in libellos redigat, & ſecreta ne pandat Actuarius.

Daß der Gerichtſchreiber alles fleiſſig in Ordnung bringe/vnd darneben verſchwiegen ſey.

VNd ſol die Beſchreibung aller obberührten Handlung/ ſie geſchehe von Amptswegen/ oder auff Ankläger/ durch einen jeden Gerichtſchreiber der peinlichen Gericht/ vorgemelter maſſen/ gar fleiſſig vnd vnterſchiedlich nach einander/ vnd Libellsweiß geſchrieben werden/ vnd allweg bey jeder Handlung/ wann die geſchehen iſt/ Jahr/Tag vnd Stunde/auch wer darbey geweſen ſey/melden. Darzu ſol ſich der Schreiber ſelbſt auch/ wie obſtehet/ dermaſſen vnterſchreiben/ daß er ſolches alles gehört vnd geſchrieben habe/ damit auff ſolche förmliche/ gründliche Beſchreibung/ ſtattlich vnd ſicherlich gevrtheilet/ oder/ wo es noht thun würde/ darauß nach aller Notturfft geraht-ſchlagt werden möge. In ſolchem allem ſol ein jeder Gerichtſchreiber bey ſeiner Pflicht/ als vorſtehet/ allen möglichen Fleiß thun/ auch was gehandelt iſt/ in geheym halten/ vnd deß alles/ nach laut ſeiner Pflicht/ verbunden ſeyn. Vnnd ſol ſolch Gerichtsbuch/ oder Libell/ allwege nach Endung deß Gerichtstags/ beſchloſſen vnd verwahret gehalten werden.

Actuarij in cauſis capitalibus officium magni eſt momenti, vnde etiam hac in parte tanta eſt Imperatoris Caroli V. ſolicitudo, vt ſcilicet in omnibus & ſingulis iudicij capitalis partibus, ſiue delicti probationem & rei condemnationem, ſiue eiusdem innocentiam & abſolutionem quis reſpiciat, omnia recte & rite fiant & conſignentur à ſcriba publico, eo quod acta confecta nihil probent, niſi quantum coram Actuario publico geſtum appareat. *h. artic.* 189. *& ſup. artic.* 182. Guido Papæ *conſil.* 121.

ARTIC. CXC.

Actuarius vti sententias concipiat.

Wie der Gerichtschreiber die endlichen Vrtheil / der Todstraff halben / formieren sol.

SO nach laut dieser vnser / vnnd deß heiligen Reichs Ordnung / ein Vbelthat warhafftiglich erfunden / oder vberwunden / vnnd deßhalben so weit kommen ist / daß die endlichen Vrtheil derhalben zum Tod / wie die vorgemelter massen / nach laut dieser vnser Ordnung / geschehen sollen / beschlossen ist: So sol alsdann der Gerichtschreiber / die Vrtheil beschreiben / vñ vngefährlich nachfolgender Meynung / im Außschreiben formieren / damit er die also auff den endlichen Rechtstag / wie in dem 94. Articul / anfahend: Item / auff obgemelte / ꝛc. von öffnung solcher endlichen Vrtheilen geschrieben stehet / auß Befehl deß Richters / offentlich verlesen.

Hic articulus coniungi debet cum articulo *sup.* 94. vbi etiam Imperator hoc caput, cum capite *infr.* 104. allegauit: Ex quibus coniunctis capitibus Imperator voluit Actuarium informare. Et quidem ad Actuarij officium pertinet, postquam reus de crimine commisso conuictus, sententiam concipere, in qua non sufficit dicere Reum mortis pœna afficiendum esse; sed genus pœnæ quoque specifice exprimendum & determinandum; vt ita die executionis ad mandatum iudicis publice recitari possit ex periculo. *l.* 2. *& vlt. C. de sent. ex peric. recit.* vbi Gothofr. *supr. artic.* 94.

ARTIC. CXCXI.

Admonitio singularis.

Ein sonderliche Erinnerung.

Wo in dem nechst nachgesetzten Articul ein B stehet / da sol der Gerichtschreiber / in Formierung vnd Beschreibung der Vrtheil / den Namen deß Vbelthäters / benennen. Aber bey dem C / sol er die Vbelthat kürtzlich melden.

In sequentibus capitibus, quando litera B. posita reperitur, Actuarius iubetur in sententiæ criminalis conceptione addere nomen facinorosi, siue illud verum sit, siue ascititium & variatum. Per literam vero C, ipsum facinus & delictum quale quale illud sit, ob quod, vel plura, condemnatio facta est, explanare *h. artic*, 191.

ARTIC. CXCII.

Forma cuiuslibet sententiæ, quæ morti, vel perpetuis vinculis mancipat.

Einführung einer jeden Vrtheil zum Tod / oder ewigen Gefängnuß.

Vff Klag / Antwort / vnd alles gerichtlich Fürbringen / auch notdürfftige / warhafftige Erfahrung / vnd Erfindung / so deßhalben alles / nach laut Keyser Carls deß Fünfften / vñ deß heiligen Reichs Ordnung / geschehen: Ist durch die Vrtheiler vnd Schöpffen dieses Gerichts / endlich zu Recht erkannt / daß B / so gegenwertig vor diesem Gericht stehet / der Vbelthat halben / so er mit C geübt hat / 2c.

Executio nulla facienda est, iuris ordine prætermisso. *l. si cum nulla, ff. de re iudic. l. 1. de execut. rei iudic.* Vant. *de nullitatib. tit. de nullit. ex defectu processus. nu. 49.* Et Judex ante omnia veritatem inquirere debet. *l. singuli, ff. de accusat.* Vt itaq; de eo constare possit, ita concipienda est sententia: Ad accusationem, exceptionem, & alia in iudicio acta, perlecta & discussa, ad informationem & diligentem de crimine habitam inquisitionem, quæ omnia secundũ tenorem Constitutionum capitalium Caroli V. Imperatoris facta & peracta sunt, isthæc nominatim sententia à iudice & Assessoribus, pro tribunali iusto numero præsentibus & legitime procedentibus, contra Caium lata est ob delictum, quod occidendo, incendendo, &c. commisit.

Sententiarum clausulæ.

Merck die nachfolgende Beschlüß / einer jeden Vrtheil.

Zum Fewer.

Mit dem Fewer vom Leben zum Tod gestrafft werden sol.

Vt (qui exurendus damnatur) viuus flammis vltricibus exuratur, & in cineres redigatur.

Zum Schwerdt.

Mit dem Schwerdt vom Leben zum Tod gestrafft werden sol.

Vt (qui ferro, securi, &c. percutiendus est) gladio ad mortem feriatur.

Zur Viertheilung.

Durch seinen gantzen Leib in vier Stücken zerschnitten / vnd zerhawen / vnnd also zum Tod gestrafft werden sol / vnd sollen solche vier Theil / auff gemeine vier Wegstrassen offentlich gehangen / vnd gesteckt werden.

Vt (qui in partes quatuor secandus est) quatuor in partes

tes dissecetur, atque ad mortem mulctetur: partes cadaueris singulæ singulis in viis publicis suspendantur & defigantur.

Zum Rade.

Mit dem Rad durch Zerstossung seiner Glieder/vom Leben zum Tod gericht/vnd fürter offentlich darauff gelegt werden sol.

Vt (qui ad rotam damnatur) suffractis cruribus & brachiis viuus letho demittatur: & sumpto supplicio eidem rotæ imponatur.

Zum Galgen.

An dem Galgen mit dem Strang/oder Ketten/vom Leben zum Tod gericht werden sol.

Vt (qui furcæ adiudicatur) è furca publica laqueo, aut catena suspendatur, & morte plectatur.

Zum Ertrencken.

Mit dem Wasser vom Leben zum Tod gestrafft werden sol.

Vt (quæ aquis suffocanda est) aqua submersa vitam in profluente finiat.

Vom lebendigen Vergraben.

Lebendig vergraben/vnd gepfält werden sol.

Vt (quæ defodietur) viua in terram defodiatur, & stipite per mediam adacta transfigatur.

ARTIC. CXCIII.

Qui trahæ imponendus est.

Vom Schleyffen.

WO durch diese vorgemelte endliche Vrtheil einer zum Tod erkent/beschlossen würde/daß der Vbelthäter an die Richtstatt geschleyfft werden sol/so sollen die nachfolgenden Wörtlein/

 an der

an der andern Vrtheil/ wie obstehet/ auch hangen/ also lautend: Vnd sol darzu auff die Richtstatt/ durch die vnvernünfftigen Thier geschleyfft werden.

Siquidem reus ob plura maleficia, vel insignem vnius atrocitatem puniendus venit, accumulantur etiam supplicia. Fit enim, vt quis & vltimo supplicio afficiatur, & alio velut præparatorio affici possit, vt condemnatus ad ignominiam trahæ illigatus ad locum supplicij pertrahatur: quod si eiusmodi sententia capitalis contra reum ita lata fuerit, sententiæ publicandæ sequentia verba Actuarius adiicere debet: Et ad supplicij locum vsq; Caius trahæ impositus à quadrupedibus trahatur. *h. artic. 193.* vbi Remus *in paraph.*

ARTIC. CXCIV.

Qui candentibus adurendus est forcipibus, vel vncis trahendus.

Von Reissen mit glüenden Zangen.

WVrde aber beschlossen / daß die verurtheilte Person vor der Tödtung/mit glüenden Zangen gerissen werden solte/so sollen die nachfolgenden Wörter weiter in der Vrtheil stehen / also lautend: Vnd sol darzu vor der endlichen Tödtung / offentlich auff einem Wagen/biß zu der Richtstatt/vmbgeführt/vnd der Leib mit glüenden Zangen gerissen werden/nemlich/mit N. griffen.

Si sententia hoc in se habeat, vt condemnatus ante mortem forcipibus candentibus vstulandus sit, hanc clausulam adnectere Actuarius iubetur: Et ante vltimum supplicium vehiculo impositus, trahæve illigatus, vsque ad destinatum executioni peragendæ locum, ducatur trahatur, Caiiq; corpus forcipibus

cipibus candentibus aduratur, ternis quaternis vicibus. *h. artic.* 194. vbi Remus *in paraph.*

ARTIC. CXCV.

Sententia vt concipiatur, cum is vinculis addicitur, à quo vis metuitur.

Formierung der Vrtheil / eines sorglichen Manns / im Gefängnuß zuverwahren.

AVff warhafftige Erfahrung / vnd Befindung gnugsamer Anzeigung zum bösen Glauben / künfftiger vbelthätiger Beschädigung halben / ist zu Recht erkant / daß B / so gegenwertig vor Gericht stehet / im Gefängnuß enthalten werden sol / biß er gnugsame vnd gebührliche Caution vnd Bestand thut / damit Land vnd Leut vor jhm versichert werden.

Cum legitime habita inquisitio, & indicia super vi inferenda approbata sint, quæ docent, Caium hunc talem esse, à cuius nefariis machinationibus periculum sit metuendum vrbibus ac populis, iure decisum est, Caium in carcere detineri tam diu debere, quousque deferuescentibus animis, idoneè prædiis & prædibus (iuratoria namque cautio in criminalibus nusquam sortitur locum) cauerit, neminem hominum à se offensum, neque res, pecunias, bona, prædia vllius turbatum iri, *hoc artic.* 195. vbi Remus *in paraphr. supr. artic.* 108. *& artic.* 176.

ARTIC.

ARTIC. CXCVI.

De pœnis, quæ citra mortem, & perpetuos carceres infliguntur.

Von Leibstraff/ die nicht zum Tod/ oder gefänglicher Verwahrung/ wie obstehet/ gevrtheilet werden sol.

SO ein Person durch vnzweiffeliche/ endliche Vberwindung/ die auch/ nach laut dieser vnser Ordnung/ geschehen/ an jhrem Leib/ oder Gliedern/ peinlich gestrafft werden sol/ daß sie dennoch bey dem Leben bleiben möge/ solch Vrtheil sol der Richter/ doch nicht anderst/ dann mit wissentlichem Raht/ oder Befelch seiner Oberkeit/ vnd der Rechtsverständigen/ zum wenigsten/ mit Vier auß den Vrtheilern/ oder Schöpffen/ die er für die Tüglichsten darzu erfordert/ die jhm auch derhalben gehorsam seyn sollen/ beschliessen/ vnd von seines Richterlichen Amptswegen/ an dem Gericht eröffnen/ vnd durch den Gerichtschreiber offentlich verlesen lassen. Es sol auch der Richter in obgemelten Fällen daran seyn/ daß der Nachrichter sein Vrtheil vollnziehe/ dieselben Vrtheil sollen/ wie hernach folgt/ im Auffschreiben/ durch den Schreiber formieret werden.

In Formierung der nechst nachgemelten Vrtheil/ sol der Gerichtschreiber/ wo in demselben Articul ein B. stehet/ deß Beklagten Namen benennen/ aber da das C. gesetzt ist/ sol er die Sach/ oder Vbelthat/ auffs kürtzest melden.

Si quis ob delictum rite probatum, de quo conuictus fuerit, in corpore puniendus sit, citra mortem: eo casu Judex prius ad superiorem suum, aut prudentes re delata, sententiam ferre, adhibito tamen & quæsito quatuor ad minimum Assessorum, quos circa hoc negotium bene versatos viderit, consilio & sententia, demum publicationem eius fieri curare, iubetur: quam senten-

ſententiam deinde Judex executioni mandari omnimodo efficere debet. *h. artic. 196.*

Artic. CXCVII.

Sententiæ corporibus citra mortem infligendæ quemadmodum concipiantur.

Einführung der Vrtheil / vorgemelter peinlichen Leibsstraff halben / die nicht zum Tod geſprochen werden.

NAch fleiſſiger warhafftiger Erfindung / ſo nach laut Keyſer Carls deß Fünfften / vnd deß heiligen Reichs Ordnung beſchehen / iſt zu Recht erkannt / daß B / ſo gegenwertig vor dem Richter ſtehet / der mißthätigen / vnehrlichen Handlung halben / mit C geübet.

In cauſa vertente inter N. & N. iudiciario ordine, qui à Carolo V. Imperatore introductus & confirmatus eſt, recte riteq; obſeruato iudices decreuere, Caium ob delictum admiſſum puniendum eſſe.

Artic. CXCVIII.

Merck die nachfolgende Beſchlüß / einer jeden Vrtheil.

Amputatione linguæ.

Abſchneidung der Zungen.

OEffentlich in Pranger / oder Halßeiſen geſtellt / die Zungen abgeſchnitten / vnd darzu biß auff kündliche Erlaubung der Oberkeit / auß dem Land verwieſen werden ſol.

Vt in numellis publice exhibeatur, eiq; lingua exerta amputetur, & relegetur, donec concessa à magistratu licentia reuocetur.

Mutilatione digitorum.

Abhawung der Finger.

Offentlich in Pranger gestellt / vnd darnach die zween rechte Finger / damit er mißhandelt / vnnd gesündiget hat / abgehawen / auch fürter deß Lands / biß auff kündliche Erlaubung der Oberkeit / verweist werden sol.

Vt in numellis proponatur, eidemque digiti duo, quibus periurium Deo inuocato commisit, resecentur, ac præterea in exilium abeat, donec ei gratia à magistratu fiat. Huc etiam pertinet manus amputatio, Couarr. *lib. 2. resolut. c. 9. nu. 25.* vbi tractat de eo, qui tantum vnicam manum habet. Rittershus. 2. *feud. 5. num.* 88.

Aurium resectione.

Ohren abschneiden.

Offentlich in Pranger gestellt / beyde Ohren abgeschnitten / vnd deß Lands / biß auff kündliche Erlaubung der Oberkeit / verweist werden soll.

Vt in numellis publice exhibeatur, aures Caio amputentur, & solum vertere iubeatur, donec magistratus permissu ciuitati restituatur. Ita fit, vt ex cauteriis alij insigniantur. Hæc pœna exerceri solet contra infamia scorta, item crumenisecas, vt innotescant aliis & sibi ab iis caueant. Sic interdum nasus quoq; abscissus legitur in adulterio deprehensis. Pœnam stygmatis in facie hominis esse illicitam, etiamsi per statutum imponatur, notat Mynsingerus *cent. 2. obser. 46.* per text. *in l. si quis in metallum, C. de pœnis.*

Fusti-

Fustigatione, seu virgarum castigatione.

Mit Ruhten außhawen.

Offentlich in Pranger gestellt / vnd fürter mit Ruhten außgehawen / auch deß Lands / biß auff kündliche Erlaubung der Oberkeit / verweist werden sol.

Vt pro numellis sistatur, & virgis cædatur, è territorio exulet, donec ei gratia redeundi fiat. *l. generalis 7. & l. vlt. § vlt. C. de sentent. pass. & rest. l. quod si 24. § restitutio, ff. de minorib.* Dicitur fustigatio; quia olim liberi homines fustibus corrigebantur ex eodem crimine, quo serui flagris, loris, flagellis, quæ verbera dicebantur seruilia. *l. 12. de iure fisci l. 7. §. 2. ff. de iniur. l. 28. §. 2. de pœnis.*

Admonitio.

MErck / so ein Vbelthäter zu sampt einer auffgelegten Rechtlichen Leibsstraff / jemands sein Gut wider zukehren / oder aber etwas von seinen eygnen Gütern zugeben verwirckt / wie deßhalben hievor in etlichen Straffen / nemlich von fälschlichem Abschweren / im 107. Articul / anfahend: Item welcher vor Richter / oder Gericht. Auch der Vnkeuschheit halben / so ein Ehemann mit einer ledigen Dirn vbet / im 120. Articul / anfahend: Item / so ein Ehemann einem andern / Vnd dann / die böser Bestelltnuß zwyfacher Ehe betreffend / am 121. Articul / anfahend / Item / so ein Ehemann ein ander Weib / 2c. gesetzt ist / dergleichen in etlichen Diebstälen wie obenangezeigt / 2c. Oder so sonst in vnbenanten Fällen / dergleichen zuthun / Rechtlich erfunden würde / So sol solch Widerkehrung / oder Dargebung diß Guts / mit lautern Worten an die Vrtheil / wie das geschehen solt / gehangen / beschrieben / vnd geöffnet werden.

Meminisse & hoc actuarios vult Imperator Carolus V. vt si quis ob delictum corporis pœna afficiatur, simul autem læso ex ea causa quid debere sententia declaretur, vt raptam furtove subtractam rem reddat, vel etiam ex suo mulctam dare, aut damnum alteri facere certa quantitate compensare iudicetur,

quod articulis aliquot, præſertim 107. necnon articulo 152. quo de leuiſſimi furti pœna agebatur, oſtenſum eſt: tunc eius pecuniæ reſtituendæ in ſententia verbis inſeratur neceſſitas. *h. artic. 198. verſ.* Merck/ ſo ein Vbelthäter/ ꝛc. vbi Remus *in paraph.*

ARTIC. CXCIX.

Sententiæ abſolutoriæ forma.

Form der Vrtheil/ zu Erledigung einer beklagten Perſonen.

WO aber/ nach laut dieſer vnſer/ vnd deß heiligen Reichs Ordnung/ eine Perſon/ ſo vmb peinlicher Straff willen angenommen/ vnd beklagt were/ mit Vrtheil vnd Recht/ ledig zuerkennen/ beſchloſſen würde/ dieſelbige Vrtheil ſollen vngefährlich nachfolgender Maſſen beſchrieben/ vnnd nach Befelch deß Richters/ auff dem endlichen Rechtstage/ als vor in dem 99. Articul/ alſo anfahend: Item/ würde aber der Beklagte/ ꝛc. gemeldet wird/ offentlich geleſen werden.

Æque iuſti iudicis eſt innocentem abſoluere, quam nocentem condemnare. Si itaque inquiſitus vel accuſatus, ordine iudiciario ſecundum haſce leges Carolinas, de crimine, iudicum ſententia abſoluatur, ea ſententia eum in modum concipi debet, qui iam exponetur, itidemque ab actuario recitari publice debet. *hoc artic. 199. ſupr. artic. 99. artic. 12. & infr. artic. 201.*

ARTIC.

ARTIC. CC.

Cautio, siue admonitio.

Noch eine Erinnerung,

In nechst nachgesetzten Articuln / zu Einführung einer Vrtheil / sol der Gerichtschreiber in Beschreibung solcher Vrtheil / an deß A. statt / den Namen deß Anklägers / für das B / den Namen deß Beklagten / vnd da das C stehet / deß Beklagten Vbelthat melden.

In sequenti capite, ad recte formandam sententiam & intelligendam facit, vt sub nomine Titij actorem; Caij reum: delicti appellatione, quidquid puniendum erit, accipiatur. *hoc artic.* 200. Idem satis antea quoq; *sup. artic. 191*, est inculcatum.

ARTIC. CCI.

Verba sententiæ absolutoriæ.

Wort der Vrtheil / zu Erledigung einer beklagten Personen.

Auff die Klag / so C halben / von wegen A / wider B / so zugegen vor diesem Gericht stehet / geschehen ist / auff deß Beklagten Antwort / vnd alles nottürfftig Einbringen / gründliche / fleissige Erfahrung / vnd Erfindung so alles / nach laut Keyser Carls deß Fünfften / vnd deß Reichs Ordnung deßhalben geschehen / ist derselbig gemelt Beklagte / mit endlicher Vrtheil vñ Recht / von aller peinlichen Straff ledig erkant / es were dann Sach / daß der Ankläger seiner Klag rechtmässige Vrsach gehabt / dardurch der Richter beweget werden möchte / die Kosten vnd Schaden / auß redlichen / gegründten / rechtlichen Vrsachen zu compensieren / vnd zuvergleichen. Vnd was fürter die Par-

theyen / Schaden / oder Abtrags halben / gegen einander zuklagen vermeinen / das sollen sie / nach Außweisung obgemelter Ordnung / mit endlichen Bürgerlichen Rechten vor demselben Gericht / oder so von Amptswegen geklagt wird / vor derselben / so von Amptswegen klagten / nechsten ordentlichen Oberkeit außtragen.

In causa criminali, vertente inter Titium & Caium: visis & ponderatis actis actitatisque: ad accusationem delicti, cuius Caius, qui in iudicio præsto est, à Titio insimulatus fuit; & accusati exceptiones: & quæ alia in iudicum notionem deducta fuere, tum etiam diligentem habitam inquisitionem; prout ad præscriptum Constitutionum Carolinarum cuncta acta & peracta sunt. Caius iudicum sententia & suffragiis ab omni corporis sanguinisq; pœna absoluitur, & pro absoluto pronunciatur, declaratur atq; habetur. In quo si accusator legitimam probabilemve accusandi causam habuisse certis documentis ostenderit, Judex litis impensas compensatione mutua tolli iubebit. Si quid vero litigantes damni passi, & litis sumptuum resarciendorum nomine mutuis petitionibus se consequi posse existimant, id apud eosdem iudices ciuili instituta persecutione obtinebant. At si ex officio facta accusatio est: de ea re apud magistratum principemve superiorem experiantur, *h. artic.* 201. vbi Remus *in paraph.* Pertinet huc regula communis: Victum victori in expensas & damna condemnari debere, *l. properandum*, *§. sin autem alterutra. C. de iudic.* quod non tantum in ciuilibus, verum etiam in criminalibus, siue procedatur per modũ accusationis, siue denunciationis & inquisitionis, obtinet. *d. §. sin autem alterutra.* Hippol. de Marsil. *in §. superest nu.* 1. *& seq.* Si tamen victus probabilem litigandi causam habuerit, victori in expensas litis condemnandus non est. *h. artic. 201. vers.* Es were dann. *l. qui solidum, §. etiam, ff. de legat.* 1. *§. oportet Auth. de iudicib.* Vigel. *cap. 5. reg.* 10. *& reg.* 11. *except.* 1.

ARTIC.

Artic. CCII.

Vt acta iudiciaria diligenter asseruentur.

Daß die Gerichtshändel vnd Vrtheil/ in dem Gericht sollen behalten werden.

EIn jeder Gerichtshandel vnd Vrtheil/ wie vor von Beschreibung der aller/ gemelt wird/ sol fürter/ nach Endung deß Rechten/ gäntzlich in dem Gericht behalten/ vnnd von Gerichtswegen in einer sondern Behaltnuß verwahret werden/ damit/ wo es künfftiglich noth thun würde/ solcher Gerichtshandel daselbst zu finden wer.

Hoc articulo mandat Imperator Carolus V. singula acta iudiciaria vna cum sententiis, penes iudicium & in Archiuo eiusq; potestate asseruari, atq; tuto loco custodiri; vt aliquando, si ea edendi, aut secundum res olim iudicatas simili in casu pronunciandi necessitas inciderit, inde depromi, & vsui esse possint. *h. artic. 202. sup. artic. 189. vers. vlt.*

Artic. CCIII.

Ne quis error ab actuario committatur.

Damit der Gerichtschreiber alles recht vernehmen möge/ sol er sich dessen erkunden.

WElcher Gerichtschreiber auß dieser voriger Anzeigung nicht genugsam Verstand vernehmen möchte/ wie er darauß einen jeden gantzen Gerichtshandel/ oder Vrtheil formen solte/ der sol erstlich/ wie vor gemelt/ seine Obrigkeit vmb Erklärung ansuchen/ vnd wo aber vorgemelte Obrigkeit/ deß auch nicht gnugsam Verstand hätte/ so sollen sie bey andern Verständigen Raht suchen.

Si actua-

Si actuarius hæc, quæ distincte fuerunt tradita, satis assequi nequit; & præsertim, si de concipienda sententia dubitarit, seque non satis instructum agnouerit: iudices suos, vt errorem omnem euitet, consulere iubetur: quod si nec à iudicibus satis plane res explicari possit, prudentes consulere debet. *hoc articul.* 203.

ARTIC. CCIV.

Sportularum, siue expensarum in causis criminalibus, custodibus debitarum modus, qui esse debeat.

Von den Gerichtskosten / an den peinlichen Gerichten.

EIn jede Oberkeit der peinlichen Gericht/ sol solcher Gerichtskostung vnd Atzung halben/ zimliche vnd gleichmässige Ordnung machen/ daß dadurch niemand vberflüssig beschwerth/ vnnd die verschuldeten Vbelthäter/ desto leichtlicher zu gebührlicher Straff bracht/ vnd auß Forcht vnbilliches Vnkostens/ Recht vnd Gerechtigkeit nicht verhindert werden. Vnd sol sonderlich ein Ankläger/ für eines Beklagten Atzung vnd Wartgelt dem Büttel/ Tag vnd Nacht/ vber sieben Creutzer zugeben/ nicht schuldig seyn. Wo aber herkommen were/ in solchen Fällen minder zunehmen/ darbey sol es bleiben/ Vnnd was aber sonst Gerichts vnd andere Kosten/ auff Besetzung deß Gerichts/ der Schöpffen/ oder Vrtheiler Kostgelt/ auch Gerichtschreibern Bütteln/ Thürhüter/ Nachrichter vnd seinem Knecht/ aufflauffen würde/ sol durch das Gericht/ oder desselben Gerichts Oberkeit/ ohn deß Klägers Nachtheil bezahlt werden.

Ne sumptus & sportulæ in iudicio criminali in immensum excrescant, ad officium vniuscuiusq; magistratus, qui præest iudicio,

dicio, pertinet, iis modum, qui ſingulis locis conueniat, dare. Cæteras, quod attinet ſportulas ac mercedes, nec non alimenta iudicum, aſſeſſorum, notariorum, apparitorum, cuſtodum, executoris, eiusque miniſtrorum, à magiſtratu ſine accuſatoris incommodo ſolui debent. *hoc artic. 204.* Et quia iis, qui vtilem Reipubl. operam nauant, officium ſuum damnoſum eſſe non debet, illud quidquid eſt, ex ærario publico exſoluetur. *l. ſi ſeruus. §. quod vero, ff. de furt. l. vlt. C. vt nemini liceat in coempt. lib.* 10. Remus *ad hunc artic.* Sic quoq; regulariter executionis iuſtitiæ expenſas ad fiſcum pertinere ait Clarus *§. fin. q. 99. nu.* 5. poſt Capellam Tholoſ. *deciſ.* 41. Boërium *deciſ.* 303. *num. 10.* Et quidem cum officium ſit magiſtratus, malis hominibus prouinciam purgare *l. congruit, ff. de offic. præſ.* exinde ſequitur, magiſtratum teneri ſumptu publico iudicium exercere, & gratis ea, quæ iuſtitiæ conueniunt, ſubditis exhibere, præſertim cum ad eam congruos reditus accepit. Petr. Heg. *quæſt. 23. num. 2. part. 2.* Et facit huc regula generalis ab Interpretibus tradita; nempe: Quandocunq; quis munere ſuo fungitur, vel aliquid facere tenetur, ob compenſationem factæ ſibi conceſſionis, tunc idipſum proprio ſumptu & expenſis illum facere teneri, nec habere impenſarum repetitionem, arg. *l. ſuo victu, ff. de oper. libert.* Sichard. *ad l. 1. nu. 3. & ſeqq. C. de negot. geſt. & in l. quoniam nu 7. & ſeqq. C. de teſtib.* Et tunc etiam munera accipere magiſtratus prohibentur. *ſeq. artic. 205. l. ſolent. 6. de offic. proconſ.* Sane conſuetudine obtentum eſt, vt ſubditi has iuſtitiæ publicæ expēſas ferant; vbi tamen in caſibus ex facto occurrentibus diligenter inueſtigandum, quid quoq; loco per vſum longæuum inualuerit, ne vlterius extendatur, quod in certis cauſis tantum eſt receptum, de quo plura tractat Petr. Hegius *d. quæſt. 23. num. 9. & ſeqq.*

Artic. CCV.

Ne Judex quidquam accipiat, vt iudicet.

Wie die Richter von Straffung der Vbelthäter / keine sonderliche Belohnung nehmen sollen.

WJr sind berichtet / wie an etlichen Enden mißbraucht werde / daß die Richter von eines jeden Vbelthäters wegen / so peinlich gestrafft wird / sonder Belohnung von dem Ankläger begehren / vnd nehmen / das gantz wider das Ampt vnd Würde eines Richters / auch das Recht vnd alle Billigkeit ist / wann ein solcher Richter / wo er von jedem Stück seine Belohnung hätte / möchte dem Nachrichter derhalben wol zuvergleichen seyn. Darumb wöllen wir / daß hinfüro solche Richter / keine Belohnung von den Klägern fordern / oder nemen sollen.

Imperator Carolus hac constitutione expresse cauet, ne iudex mercedem accipiat ab accusatore, vt iudicet; quia iudex non accusatoris sed magistratus sumptibus de causis criminalibus iudicare debet. Nihilq; magis contrarium iuriiurando iudicis, quod in auspiciis officii sui præstat, *supr. artic. 3.* expressum: neque repugnans magis quidquam boni & incorrupti iudicis muneri, quam non solum munera accipere, sed etiam nil erubescentes petere audere. Quin & venales sententię, nulla etiam interposita appellatione, nullæ sunt *l. venales C. Quand. prouoc non est necess.* Ideoque lata est lex Iulia repetundarum, cuius verba referũtur in *l. lex Iulia ff. ad L. Iul. repet.* Habeant itaq; iudices puras manus, & sint contenti salariis & annonis *Nou. 9.* nihil tam ob damnandum quam absoluendum paciscentes, ne quidquam accipiant; vt de se Moses *Num. 16. vers. 15.* & Samuel *lib. 1. Samuelis 12.* attestantur. Remus *ad hunc artic. 205.*

ARTIC. CCVI.

De bonis Reorum, qui in fuga degunt.

Wie es mit der flüchtigen Vbelthäter Gütern gehalten werden soll.

SO ein Vbelthäter außweicht / so sol der Richter zween oder drey desselben flüchtigen Freunde erfordern / vnnd in gegenwertigkeit derselben vnd zweyer Schöpffen deß Gerichts / der Sachen vnverdacht / alle seine Haab vnnd Güter / so in seinem Gericht gelegen / durch den geschwornen Gerichtschreiber eygentlich beschreiben vnnd auffzeichnen / vnnd dem Vbelthäter nichts davon folgen lassen. Aber welche Güter verderblich weren / vnd nit ligen möchten / die sol der Richter / mit zweyen deß Gerichts / vnnd obgemelten von der Freundschafft / verkauffen / vnd was also darauß gelöst wird / auch beschreiben / vnd das Kauffgelt / sampt der Verzeichnuß / hinder das Gericht legen / allda es Weib vnd Kindern / oder andern seinen nechsten Erben / zum besten / vnverrückt sol erhalten werden. Wolten aber deß flüchtigen Freund solch beschrieben Gut / zuvor vnd ehe es hinder das Gericht gelegt / oder aber auch darnach zu jhren Händen nemmen / vnnd ein notdürfftigen Bestand vnd Pflicht thun / berührt Gut also in Hafftung zu behalten / vnd dem Flüchtigen / dieweil er vnvertragen / oder die Sach vnauß geführt ist / nichts davon folgen zulassen / das solt jhnen gestatt werden. Doch sollen die gedachten Annemmer der berührten Güter / deß Thäters Eheweib vnd Kinder / ob er die hett / notdürfftige Leibsnahrung von solchen Gütern reichen / vnd das alles mit Raht vnd Wissen deß Richters vnnd vorgemelter Oberkeit thun / vnnd sollen auch die Richter vnnd Oberkeit zu jhrem Nutz / den Flüchtigen von jhren Gütern gar nichts nemmen.

Cũ de crimine capitali quodã cõstat, tunc latitantis & fugitiui delinquentis bona, q̃eo in territorio possederit, Judex cõuocatis duobus, vel tribus eius consanguineis, & adhibitis duo-

bus Scabinis per publicum Notarium, siue actuarium iuratum iudicij diligenter adnotare, describere, & obsignare, nihilq; inde facinoroso concedere debet. Quæ vero bona mora deteriora fiunt, & seruando seruari nequeunt; itemq; quæ facile subripi, vel auferri possunt, illa cum consensu Scabinorum & propinquorum absentis, vendenda, pretiumq; inde redactum apud magistratum loci deponendum, ibique adseruandum, ne bona dissipentur in detrimentum vxoris & liberorum. Si vero cognati absentis bona eiusmodi descripta & adnotata sibi tradi & restitui postulauerint, tum eis Judex gratificari debet, modo sufficientem cautionem præstiterint de bonis non dilapidandis, aut alienandis, multoque minus facinoroso ante transactionem, vel veniæ impetrationem tradendis. Sed interim vxori & liberis, aut propinquis necessaria alimenta inde suppeditari oportet, neq; iudici fas est, quicquam de istis sibi arrogare. *h. art.* 206. Plana sunt, quæ hoc loco de adnotãdis bonis rei latitantis constituit Imperator Carolus V. quæ etiam cum iure cõmuni conueniunt, vbi disponitur; Quod reo commisso crimine profugiente, omnia eius bona adnotãda, & apud iudicium in deposito, ibiq; vxoris, liberorum, hæredumq; commodo reseruanda. *Constit. Frider. de pace ten. §. si vero violator pacis, l.* 1. *l. vlt. ff. de requir. reis l.* 1. *C. eod. l. absentem in pr. C. de accusat. Nou.* 134. *§. cæterum si quis eorum.* Jul. Clar. *§. fin. q.* 44. *in pr. ibi, in illis igitur casibus.* Vigel. *c.* 3. *q.* 2. *reg.* 3. vbi tamen addit; hæc magna ex parte videri correcta. *h. artic.* 206. in eo, quod ex bonis rei nihil fisco addicatur, sed ea hæredibus eius reseruentur, quamuis reus contumaciter in fuga perseuerauerit. Jul. Clar. *d. q.* 44. *vers. sed hodie*, vbi testatur istam bonorum annotationem hodie in vsu esse desiisse, & in eius locum pœnam banni subrogatam. Vigel. *d. loc.* Huiusmodi vero annotationes non in quibusvis leuioribus, sed in grauioribus saltem delictis locum habent, in quibus etiam contra absentem ad mulctam agi potest. Gail. *de arrest. Imperij cap.* 1. *nu.* 5. Alia ab hac quæstio est, de fuga suspecti debitoris, de qua glossa *in l. vlt. C. de feriis*, Gail. 2. *obs.* 44.

ARTIC. CCVII.

Si res furtivæ, aut vi raptæ possessæ, in iudicium veniant.

Von gestolener/oder geraubter Haabe/so in die Gericht kompt.

SO gestolen / oder geraubt Gut / in ein Gericht bracht / vnd der Vbelthäter nicht darbey betretten / vnd verhafft wird/sol dasselbig der peinliche Richter/zu seinen Händen nehmen/vnd getrewlich verwahren / vnd so jemand derselben Haabe begehrt / vnd so viel anzeigt / daß jhm die vnzweiffelich geraubt/ oder gestolen sey / so sol jhm die wider verschafft werden / vngeachtet/ ob es gleich an etlichen Orten anderst gehalten / das nicht eine Gewonheit / sondern ein Mißbrauch ist. So sich aber derhalben Irrung hielte/ sol der Richter solchem Kläger gebührliches schleuniges Rechtens verhelffen. Vnd so an einem solchen Ort / ein Oberkeit peinliche vnd Bürgerliche Gerichtbarkeit hätte/vnd die Schöpffen deß peinlichen Gerichts/ weitläufftig zusammen zubringen weren/ sol der selbig peinliche Richter / vmb weniger Vnkostens willen/dieselben Sachen an seiner Oberkeit Bürgerliche Gericht daselbst weisen / vnd sol zu fürderst / der also Rechtlich dar zu klagen wil/ vor solchem Gericht ein Bestand mit Bürgen / oder zum wenigsten/ mit seinem Eyd thun/ wo er solcher Sachen halben verlüstig würde/ dem andern Theil / seinen gefügten Schaden / nach Mässigung deß Gerichts abzulegen / deßgleichen sol der Antworter / so solche Haab im Rechten vertretten wil/auch thun.

So dann der Kläger beweist/ daß dieselbige Haab sein / vnd jhm raublich/oder diebisch genommen sey/sol jhm die durch Recht zuerkant/ vnd wider werden. Vnd so sich ein Antworter die beklagten Haabe/im Rechten zuvertretten vnterstünde/vnd sich deßhalben Kosten vñ Schaden betreffend/wie obstehet/verpflicht/ vnd dann nach Verlust der selben

Haabe / mit seinem Eyd nicht bethewren möcht / daß er vnwissend deß vnrechten Herkommens die gemelten verlustigten Haabe an sich bracht hat / oder aber solchs wissens vberwiesen würde / so soll demselben Antworter (ob nottürfftig Atzung auff die arrestirten oder gekümmerten Haab gangen wer) zu sampt zimlichen Gerichtsschaden / alles nach Mässigung deß Gerichts zubezahlen / im Rechten auffgelegt werden. Hett aber der Antworter / in dem an sich bringen der verlustigten Haabe / deß vnrechten Herkommen nicht gewust / so sol jeder Theyl sein Gerichtsschaden selbst bezahlen / vnnd der Kläger / dem die beklagt Haab als folget / ob es Vieh were / vnd zimlich Atzung gemacht hett / wie das Gericht erkent vnnd mässigt / außrichten. Wer aber obgemelter massen kein verpflichter Antworter vorhanden / so gebühret dermassen dem Kläger / der die Haab endlich nimbt / abermals zimliche Atzung / wo die als vorstehet / darauff gangen wer / zu bezahlen.

1 Quæstio solet moueri; An res furto, aut vi ablatæ, quæ sine fure vel raptore in iudicium venerũt; à magistratu vel iudice loci sibi attribui & applicari possint, an vero ipsi domino sint restituendæ? Ad quam Imperator Carolus V. hoc articulo expresse respondet, & ita constituit; res illas furto aut vi raptas, si eæ apud furẽ vel aliũ inueniãtur, nõ magistratui vel iudici loci, sed vero domino esse restituendas. Et sic in *l. si captiuus* 20 *ff. de capt. & postlim. reu.* dicitur: expulsis hostibus, ex agris quos cæperant, dominia agrorum ad priores dominos redire, & non publicari. Quin & ipse dominus nihil deliquit; quo circa etiam re sua propter dilictum furis priuari non debet *leg. Sancimus Cod. de pœn.* Et quod ipsius rei dominus persecutionem extrinsecus habeat, quam aut vendicando aut condicendo potest auferre, est textus in *§. fi. Inst. de obligat. quæ ex delict.* vbi Schneid. & alii Interp. *l. 1. in pr. ibi, sed quamuis ff. de priu. delict.* Sed adhuc quæritur; An iudex vel magistratus alicuius loci possit per statutum vel consuetudinem res furtiuas à furibus ereptas sibi vel fisco adiudicare, defraudatis veris Dominis? Ad quod itidem respondet Imperator *hoc articul.* 207. Non posse nec debere magistratum hoc facere, in tantum, vt nec consuetudo vel statutum in contrarium admittatur versicul. vngeacht ob es gleich an etlichen orthen anders

ders gehalten: quod ipſum probatur etiam in Receſſibus Imperii ſub Imperatore Ferdinando zu Augſpurg Anno 1559. §. vnnd nach dem an etlichen orthen. Pluribus hanc deciſionem probat Vergilius Pingizzer *quæſt. 19.* & And. Gail. *1. Obſer. 18. n. 2. & 3.* vbi contra huiusmodi conſuetudines mandata ſine clauſula in cauſa ciuitatis Hamburgenſis contra Duces Holſatiæ decreta ſunt, Matthias Colerus *deciſ. 108. n. 43. & ſeqq.* & alii allegati à Berlichio *concluſ. 45. nu. 26. & ſeqq. p. 4.* Cæterum ſi circa vendicationem res fiat controuerſa, cum nimirum etiam ſecundus exſtat, qui eandem rem petat, tunc nihilominus iudex curabit, vt de ea cognoſcatur & quam primum definiatur: ac ſi eo in loco diuerſa fora ſint conſtituta à magiſtratu, ita vt ciuiles cauſæ à criminalibus diſtinctionem ſortiantur, iudex partes ad forum cauſarum ciuilium amandabit, idq; propter ſumptuum diminutionem. Non tantum itaque vendicatio rei furtiuę apud criminalium, ſed etiam apud ciuilium cauſarum iudicem, competit *hoc art. 207. verſ.* So ſich aber. In quo diſcrepat conſtitutio hæc Carolina à iure communi, quo latrunculator ſeu criminalium cauſarum iudex non iudicat de cauſa pecuniaria *l. ſolemus 61. §. fi. ff. de iudic. concordat articulus duodecim. verſicul. vltim.* Vigel. *capite act au. regu. 7.* Qui autem ibidem agere vult, fideiuſſoribus datis cauebit, aut ſi fideiuſſores habere non poſſit, iuratoriam præſtabit, ſe aduerſæ parti expenſas reſtituturum, ſalua iudicis moderatione, ſi in cauſa ſuccubuerit. Idem etiam alter, qui bona huiuſmodi defendit, facere tenetur *d. verſ.* So ſich aber. ibi Remus *in paraph.* Actor præterea duo coniunctim probare debet; primum rem in bonis ſuis fuiſſe; ſecundum rem eandem furto ſibi ablatam. Quod ſi ita intentionē ſuam legitime probauerit actor, nimirum, rem in bonis ſuis non tantum fuiſſe, ſed & eandem rapina aut furto ablatam, per ſententiam ipſi probanti adiudicabitur ac reſtituetur. Quod ſi vero quis bona iſta in iudicium deducta velit iure tueri & ſibi vendicare, deque reſtituendis litis impenſis caueat: ſi, poſt rem primo adiudicatam, iurare nō poſſit, ſe vitii in re inhærentis inſciū, legitimo titulo & cauſa legibus non prohibita rē eā acquiſi-

acquisiuisse: aut, si rem à secundo, malo titulo, acquisitam primus probet: secundus, tam in id, quod in rem petitam alimentorum nomine, vel, quod res in custodia detenta fuerit, expensum est, quam in hoc, quod primus in litem sumptuum faciens damni passus fuerit, arbitrio iudicis æstimandum damnabitur. Quod si secundus titulum bonum se habuisse, & rei vitium ignorasse, iurare possit, vterq; hoc casu impensas in litem factas sibi ex æquo imputabit. Atq; hoc vlterius, si de re animata, velut quadrupede lis sit, cuius alendæ causa necessario sumptus facti sint, certum est, primum, cui res adiudicata est, arbitrio iudicantis eos sumptus in rem detentam lite pendente factos, refundere debere: verum & eum in casum, primum, cui ea restituitur, licet non superuenisset, secundus, alimentorum impensas in quadrupedem factas, restituere oportet, *vers.* **So dann der Klåger**, vbi Remus *in paraph.*

ARTIC. CCVIII.

Vt res litigiosa Domino restituatur.

Daß die geraubt/oder gestolene Güter/ dem Herzn wider zugestellet werden.

Bewiese aber ein Klåger in obgemeltem Fall/ der anspråchichen Haabe halben/die Eygenschafft gnugsam/ vnd kônte doch darbey nicht beweisen/daß jhm die durch Raub/oder Diebstal/ entwendet worden were/ vnnd die Antworter môchten dargegen zu Recht gnug nicht darbringen/ daß dieselbige Kriegische Haabe/ mit gutem rechtmåssigem Titul/von dem Klåger bracht/ vnd an sie kommen were/so sol dem Klåger auff seine Bethewrung/mit dem Eyd (daß jhm solche Güter geraubt/oder gestolen worden seyen) geglaubt werden/ vnd jhm dieselben abermals in massen/als obstehet/darauff folgen.

Modo dictum est, actorem duo coniunctim probare debere;

bere, si velit rem furto sibi ablatam vendicare; Quod nimirum illa in bonis suis fuerit, & eadem furto sibi ablata sit. Alterutrum non sufficit. Si itaq; actor saltem probet rem illam in bonis suis fuisse, at rem sibi furto esse ablatam, non probet: tunc reus venit absoluendus; Nisi actor præstito iureiurando adfirmet rem ita sublatam sibi fuisse; tunc enim reus ad rem ei restituendam est condemnandus refusis etiam in rem sumptibus necessariis factis *hoc artic.* 208. Et hoc casu standum esse iuramento querelantis scribit Paulus de Castro in *l. si creditor C. de pignor. act.* quem sequuntur alii relati à Mascardo in *tract. de probat. concl.* 829. & 832.

Artic. CCIX.

Rei furtiuæ, aut vi possessæ nullam esse vsucapionem.

Gestolene Güter werden nicht verjähret.

VNd kan an solcher gestolener oder geraubter Haabe / durch einige länge der Zeit kein gewehr ersessen werden: Köndte aber der Ankläger sein gebürende Weisung / wie obstehet / nicht vollnführen / sollen als dann die Antworter ledig erkennt werden / vnnd jhn die beklagten Güter wider folgen / mit zimlicher ablegung zugefügter Kosten vnnd Schaden / darein der vnbeständig Kläger / nach ermessigung der Vrtheyler / erkannt werden soll.

In hoc articulo traditur, rem furtiuam, vel vi sublatam vendicanti, temporis præscriptionem obiici non posse: Nam res furtiua vsucapi vel præscribi prohibetur *hoc artic.* 209. Quæ certi & liquidi iuris regula est in *l. sequitur §. quod autem ff. de vsurpat. §. furtiuæ Inst. de vsucap.* Ratio est: quia nulla negligentia potest imputari domino, cur rem suam non recuperet: quippe per furtum obscurantur res, per vim detinentur inuitis nobis. Item

vt delicta, furtum & vis siue rapina & violenta inuasio rerum alienarum coerceantur, neque ex suo maleficio quisquam lucretur. *d. §. furtiuæ. vbi Interpp.* Sed vbi actor instituens vendicationem, dominium rei furtiuæ probare legitime non possit, reus tunc absoluitur, eiq; res litigiosa non tantum adiudicabitur, verum etiam actor Reo in expensas, præuia iudicis moderatione, condemnabitur *hoc art. 209.* Et quidem est illa iuris notissima regula; Quod actore nihil probante, Reus quamuis nihil præstet, absoluendus sit *leg. 4. C. de edendo l. 9. C. de obligat. & act. l. 2. C. de probat. leg. vlt. C. de rei vendicat. l. vlt. de acq. possess. §. retinendæ, vers. commodum Instit. de interdict.*

Artic. CCX.

Quæ & quomodo super re litigiosa cautio exigatur, quæ alterutri partium committitur.

Von gnugsamen Vorstand vnd Caution/ so zuleisten ist.

SO auch die angeklagte Haab in obgemelten fällen / Atzungs halb / oder sonst/ ohn mercklichen schaden/ biß zu endung vorbestimpter Rechtfertigung / in Gericht nicht stehen bleiben könd/ welcher theil dann nach ermessigung deß Gerichts samptlich / oder deß Richters vnnd zweyer deß Gerichts / notturfftige gnugsame Caution/ bestandt oder sicherheit thut / dieselbe Haabe zu den Gerichtstagen / so derhalben kundschafft geführt werden sol / wider in das Gericht zu stellen / vnnd weß er in demselbigen Gericht derhalb verlustiget würde / es were vmb die Hauptsach oder Schaden/ vngeweigert folg zu thun/ vnd wo dieselbig Haab vor endung vnd vollnziehung deß Rechten abgieng/ oder geärgert würde / solchen abgang vnnd ärgernuß nach erkanntnuß deß Gerichts zu erstatten / dem sol die anspruchige Haabe / vmb weniger Vnkostens vnd Schadens willen/ darauff also außbetaget werden/ vnnd auff solche widerstellung folgen. Wo aber obgemelten bestandt

beyde

beyde theyl thun wolten / so sollen die Antworter zu forderst damit zugelassen / Vnnd wo in dieser Handlung gezweiffelt würde / sol Rahts bey den Rechtsverständigen / vnnd an Enden vnd Orten / wie zu Ende dieser Ordnung angezeigt / gebraucht werden.

Si bona ligitiosa à iudice petita, alimentorum nomine, aut quauis alia iusta ex causa, vsque dum lis sententia definiatur, ab eodem iudice aut iudicio seruari nequeant: hoc seruabitur, vt quæ partium, fideiussoribus datis ue pignoribus satis obtulerit, rem litigiosam, quoties opus erit iudicio exhibitum iri; insuper etiam impensas litis, si ita sententia ferat, solutum, omneque damnum, si quod inde emerserit, præstitum iri. Ei sane partium, vt damnum præueniatur, & sumptus inutiles euitentur, rem, de cuius dominio controuertitur, præstita cautione tradi, commodissimum fuerit. Quod si vtraque pars satis obtulerit, ei potius committenda res est, quæ in iure respondet, ita vt reus hac in parte vel defensor, Actori præferatur; eo quod Rei causæ semper faueatur, *l. fauorabiliores ff. de reg. iur.* sin quidquam, in quo merito hæreant animi iudicantium, incidat, tunc prudentum responsa petenda erunt, *hoc artic.* 210. vbi Remus *in paraph.* Patet itaque exinde, penes quem possessio rei furtiuæ, lite pendente esse, debeat. Vigel. *cap. 8, reg.* 10.

Artic. CCXI.

Si res furtiua, apud furem; rapta apud raptorem concipiatur.

So gestolne oder geraubte Güter / beym Diebe / oder Rauber werden angetroffen.

WVrde aber obgemelter angezogener / gestolner oder geraubten Güter halb / jemand mit bösem Glaubẽ vnd Verdacht / darbey betretten / vnd der Ankläger gegen dem oder denselben peinlichs

Rechtens begert / Oder aber der Richter deßhalb von Ampts wegen / gegen solchen verdächtlichen Leuten / Peinlichs Rechtens gebrauchen wolt / in solchen peinlichen Sachen soll es gegen den berührten verdachten Personen gehalten vnnd gehandelt werden / wie vor in dieser vnser Ordnung / von dergleichen Peinlichen Fürnemmen vnnd Handlung klärlich gesatzt ist.

Si fur, raptor cum re, furto vel vi possessa, deprehendatur, carceribusq; impingatur; & petitor contra furem raptoremue criminali experiri actione velit: aut quod perinde est, iudex ex officio, persecutionẽ suscipere aduersus delinquentem velit, eo casu non aliud agi aut institui debet; & is ordo omnino seruandus, qui præscribitur his constitutionibus *supr. arti. 6. & seqq. item artic. 11.* vbi demonstratum est ab Imperatore, quomodo ex officio, itemque instituta accusatione sit procedendum: Domino itaq; rei furtiuæ non solum vendicatio datur, sed etiam criminalis accusatio aduersus malæ fidei possessorem; imo etiam magistratui ex officio competit accusatio rei furtiuæ, *hoc art.* 211. Neque sane in conueniens est, vt vnico iudicio fur in corpore puniatur criminaliter, & ciuiliter condemnetur ad bonorum subreptorum expensarumq; restitutionem. Farinac. *titul. de inquisit. quæst. 1. num. 64.*

Artic. CCXII.

Rei furtiuæ, raptæ indicia.

Gnugsame Anzeigung geraubter / oder gestolner Güter.

Wie vnnd wann dann auch jemand geraubter oder gestolner Güter halb zu Peinlicher Frag genugsam Anzeigung auff jhm hat / das wird im 38. Articul / anfahend / Item so erfunden wird / vnd im nechsten Articul darnach / angezeigt.

Dicit

Dicit Imperator Carolus V. Quomodo & quando propter indicia furti vel rapinæ commissæ deducta & probata, rei ad torturam deposcantur, dictum esse *artic.38.& seq.* Videtur autem hæc repetitio otiosa, neq; rubrum nigro conuenire aut respondere.

ARTIC. CCXIII.

Impensæ in rem furtiuam, vel raptam, recuperandam factæ, mediocres tantum refundendæ.

Daß zimliche nottürfftige Atzungen/so auffgangen/zuerstatten.

VNd so sich also mit angezeigter/Peinlicher Handlung/gestolne vnnd geraubte fahrende Güter/in einem Gerichtzwang erfunden/die sollen dem/der sie also verlohren hett/vnnd wie vorstehet bewehrt/daß jhm solche gestolne oder geraubte Haab zuständig/abermals ohn Beschwerung/dann allein ob solches essend Viehe/vnd zimliche Nottürfftige Atzung darauff gangen were/dieselbig Atzung/doch ohn vberfluß zubezahlen/wider verschafft werden. Wo aber jemand die gemelte Haab/vmb weniger Vnkostens vnnd Schadens willen/vor kündlicher Erfindung gemelts vnrechten Herkommens/vnnd wem die zustünde auß zubürgen/vnd zubetagen begert/das sol in diesem Fall mit der maß wie vor deßhalb von Bürgerlicher Verhafftung vnnd Klag/gestolner oder geraubter Güter halb/gesetzt ist/auch beschehen.

Ex superioribus patet, si res furtiuæ apud furem vel alium inueniuntur, eas magistratui non debere, sed vero domino restituendas esse *artic.207.* sed quæritur: An res apud furem inuentæ ita vero domino sint restituendæ, vt ille nec impensas in capturam, torturam, custodiam, executionemque iuris factas magistratui refundere teneatur? Adfirmatiua probatur *per textum in hoc artic.213.* vbi dicitur: So sich mit angezeigter/peinlicher Hand-

lung/gestolene oder geraubte fahrende Güter in einem Gerichtszwang erfunden/dieselben dem/ der sie also verlohren hette/ vnd daß jhme solche gestolene vnnd geraubte Haab zuständig/ abermals ohn Beschwerung wider verschafft werden. h. e. quod res furtiuæ in aliqua iurisdictione inuentæ, absq; vlla refusione impensarum & sumptuum vero domino debeant restitui. Et quidem *in hoc artic. 212.* illi duntaxat sumptus excipiuntur, qui in sustentationem pecorum sunt facti; vnde patet, quod dominus rerum furtiuarum reliquas impensas omnes refundere non cogatur. Id quod etiam aliquanto clarius statuitur *seq. artic. 214.* vbi dicitur: Daß der jenige/ der das seine wider erlanget/ niemand nichts schuldig seyn soll/ auch zu klagen nicht genöthiget werden/ sondern sol die Oberkeit den Thäter nichts desto weniger von Amptswegen rechtfertigen/ vnnd nach gelegenheit der Person vnd Vberfahrung/ straffen lassen/ id est, quod dominus, qui res furtiuas recepit, nulli aliquid refundere teneatur, nec ad agendum, vel accusandum cogi possit, sed iudex ex officio inquirere, & reum debito supplicio afficere debeat: id quod ita obtinere siue per inquisitionem, siue accusationem & denunciationem agatur, probat Berlichius *concl. 45. n. 32. p. 4.* vbi addit, ita Scabinos Lipsenses quoque respondisse Anno 1619. mense Octobri.

ARTIC. CCXIV.

Neminem cogendum vt accuset.

Daß niemand zu klagen sol genöthiget werden.

Wo ein Beschädigter sein Haabe/ die jhm vnzweiffelich zustände/ vnd durch Diebstal oder Raub entwendet worden wer/ mit gutem vnnd vnbenöther Ding/ von dem Thäter wider zu wegen brächt/ darumb sol derselbig/ der also das sein/ doch mit der maß/ als obstehet/ wider erlanget/ niemands nichts schuldig seyn/ auch in diesen oder andern dergleichen Fällen/ zuklagen/ wider seinen Willen nicht genöhtet

tet werden. Vnnd wo der Beschädigt nicht peinlich klagen wolt/ so soll dennoch die Oberkeit den Thäter nicht desto weniger von Amptswegen rechtfertigen/ vnnd nach gelegenheit der Persohn/ vnnd Vberfahrung straffen lassen.

Neminem inuitum ad agendum accusandumue cogendum esse, est titulus *C. vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur.* vnde fit, vt suspectus de crimine reddatur in aliis maleficiis, qui se ad accusandum intrudit Blanc. *tract. de iudic. n.* 275. Verum cessante læso agere vel accusare, judici ex officio reum in vincula conjicere, accusare, & pro delicti qualitate punire ius & fas, integrumque est *h. arti.* 214. Quia bono & graui judici & magistratui incumbit, vt ex officio latrones & fures conquirat, & prout quisque deliquerit, in eum animaduertat. *leg. congruit.* 13. *de offic. præs.* Pet. Heg. *p.* 1. *quæst.* 39. *n.* 20. Quod si vero dominus, vel bonæ fidei possessor, rem furto aut rapina sibi subtractam, à fure vel raptore, sine vi aut clam recipit siue recuperat, nemini propterea quicquam debet, aut in culpam incidit; eo quod quicuiq; de rebus possit disponere, & transigere possit *l. in re mandata C. mandati l. transigere C. de transact. l. post decisionem C. de furt.*

ARTIC. CCXV.

De erigendis, vel reparandis furcis & patibulis.

Mit was maß die Werckleut in den peinlichen Gerichten/ notturfftige Galgen zumachen vnnd zu bessern schuldig seyn.

NAch dem an vielen Orten in den peinlichen Gerichten/ gewohnheit ist/ so man einen newen Galgen machet/ oder einen alten bessern wil/ daß alle Zimmerleuth/ die in demselben peinlichen Gericht wohnen/ darzu helffen müssen/ das dann ein grossen vnzimlichen Vnkosten machet/ solcher Vnkost je zu zeiten auff die jenigen so einen Vbelthäter peinlichen beklagen/ mit noch mehr Vnbilligkeit geschlagen

gen wird/dasselbig zu fürkommen: Wollen wir/so fürter durch vorgemelte nechste/ peinliche Oberkeit ein newer Galg zuzimmern/ fürgenommen vnnd verschafft wird / daß alsdann gedachte Oberkeiten oder jhre Befehlhaber/ alle die/ so sich Zimmerhandwercks vmb Lohn gebrauchen / vnd in solcher peinlichen Gerichts Oberkeit seßhafft seyn / in die Statt/ Marck oder Dorff/ darinnē das peinlich Gericht gewönlich gehalten wird / durch desselben peinlichen Gerichts Büttel oder Amptknecht auff einen namhafftigen Tag erfordern/ vnnd jhne das zum wenigsten vierzehen Tag zuvor verkünden lassen. Vnnd welche mit dieser Erforderung/also anheimisch betrettē/ oder innwendig drey Meilwegs von jhrer häußlichen wohnung arbeiten/ sollen auff bestimbte Zeit vnnd Malstatt erscheinen/vnd keiner ohn Leibsnoth/die er auff widersprechen bey seinem Eyde bethewret/ bey straff zehen Gülden/ außbleiben. Auß obgedachten Zimmerleuten / sol der peinliche Richter deren ein Zahl/ so viel jhn zu gemelter Arbeit noth bedunckek/ bestimmen/vnd alsdann dieselb deß Richters bestimpte Zahl von gedachten Zimmerleuthen/ durch ein Loß / das er/ der peinliche Richter/ darzu verordnet/ erwehlen/die bey Vermeidung obgedachter Peen/ vmb ein gewöhnlichen Taglohn/ das jhn derselbig Gerichtsherr ohn der Kläger Schaden/ bezahlen/folg zuthun schuldig vnnd pflichtig seyn / Auch derhalben von niemands geschmähet / veracht oder verkleinert werden sollen. So aber einer von jemands derhalb verklagt / verschmäht oder verkleinert würde/ der sol ein Marck Golds / als offt das beschicht/ halb der Oberkeit in deß peinlichen Gerichtszwang der Vberfahrer sitzt/ vnd dē andern halben Theyl dem Geschmächten verfallen seyn/darzu jhm auch von gemelter Oberkeit sol mit Recht verholffen werden. Vnnd sol solches vorgemelter rechtlicher Hülff / demselben Geschmächten an seinen Ehren / guten Leumut vnnd Handwerck / in alle wege vnverletzlich vnnd ohn Schaden seyn.

Furcæ ſupplicium, vt exteris nationibus, ita hodie & in Imperio Romano frequentatur; quod introductum demum eſt, cum crucis ſupplicium ex vſu publicorum iudiciorum ſuſtuliſſe Conſtantinus memoratur Sozom. *libr.* 1. *Eccl. hiſtor. cap.* 8. *in fin.* vt tamen vſitatiſſimū ſit, ius illud & priuilegium erectam habendi furcam,

cam, si conciderit, vel non vsus fuerit, præscriptione longi temporis nemo amittet, si facinorosos puniendi nullus interea casus se obtulerit *leg. vnus ex sociis §. vlt. cum l. seq. ff. de seru. rust. præd. l. hæc autem iura ff. de seruit. vrb. præd.* Gail. 2 *obs.* 60, *nu.* 6. *& seqq.* Quoties autem noua furca erigenda sit, fiat in eum modum: Nempe, vt per apparitorem omnes fabri qui artem tractant fabrilem mercede, eum in locum, vbi extruenda est vel reficienda furca, ad diem condictum compareant. Et illud quidem non ante dies non minus quatuordecim, eis denunciari quam adesse debeant, oportebit. Quibus ad domum præsentibus (qui sc. vel domi, vel intra tertium ab eo loco lapidem Germanicum, hoc est, intra quindecim millia passuum erunt, artemq; tractant Alciat. *in l. apud Labeonem nu.* 3. *& seqq. de verb. sign. & l. absentem eod.* Duplex est præsentia, vel, vt quis præsens sit, intra vrbis continentia, vel in eadem prouincia *l. vlt. C. de præscript. longi temp.*) hoc denunciabitur, eo in loco à viatore constituto comparere, nisi decem solidis siue florenis mulctari velint, festinabunt: vbi excusationem absentiæ nullam, nisi valetudinis causam, quam qui se non stiterit, iureiurando probare debebit, admittere oportet. E fabris ita congregatis, iudex loci eum numerum eliget, qui operi faciendo sufficere videbitur: atque ex iis fabris sorte demum iacta constituentur, quos sors à iudice iusta tetigerit, vt his ipsis opus furcæ erigendæ reparandæue iusta & consueta mercede sub pœna florenorum decem nisi paruerint iudex capitalis elocet, (pertinere hos sumptus ad fiscum, ostendit Clarus §. *fin. quæ. pen. vers. quarto*) Quod sine vlla existimationis suæ iactura opus Reip. necessarium suscipiunt & perficiunt; adeo vt qui aliquem è fabrorum sorte delectorum numero, velut infamem & furcæ architectum scommatibus incesserit, sugillarit, factum exprobrarit, in auri marcam (vulgo auri marca 72. aureis Rhenanis; marca argenti. 8. Ioachimicis æstimatur) quoties id fecerit, condemnandus est; ita vt semis illius auri magistratui, cuius iurisdictioni delinquens paruerit; alter semis læso & iniuria affecto cedat; ad cuius mulctæ solutionem etiam iudex officium suum

non denegabit. Iniuriati autem famæ non nocebit hoc, ſed opificium, vt ante, abſque vllius obſtaculo aut interpellatione læſus exercebit. Remus *in paraph. ad hunc artic. 215.* Cæterum furcarum erectionem eſſe meri imperii & deſignare merum imperium ſiue criminalem iuriſdictionem, non dubitatur *l. 2. l. capitalium de pœnis.* Gail. *2. obſ. 60. n. 6. & 7.* Schne. *p. 2. de feud. p. 33.* Illud in genere notandum: quod furcarum erectio hodie toleretur, ſi diſtant à finibus vicini per viginti quatuor vlnas, quamuis vmbra proiiciatur in fundos vicini, niſi aliter incommodetur vicinis. Lipſenſ. *deciſ. 145.* Coler. *deciſ. 44. n. 31.*

ARTIC. CCXVI.

Vt qui non ſufficit mulctæ exſoluendæ, luat carcere.

Wer die Geldtſtraff nicht erlegen kann/ muß das Gefängnus leiden.

SO aber ein ſolcher Vberfahrer beſtimpter Geltpeen nicht vermöcht/ der ſol im Kercker alſo lang geſtrafft werden/ biß er dem Verletzten notdürfftige Entſchuldigung thut/ daß er jhn an ſeinen Ehrē damit nit wöll geſchmähet habē/ vñ ſich verpflicht/ fürter dergleichē Schmach zu vermeidē/ Solcher Vberfahrer ſoll auch dawider von niemandt beſchützt oder gehandthabt werden/ bey Verlierung obgemelter Peen/ einer Marck Golds.

Si qui alteri furcam ædificanti aut reparanti factum exprobrarit, dictā muctā marcæ auri ſoluere nō poſſit, in carcere tam diu detinendus eſt, donec læſo de iniuria, præuia vt moris eſt, reuocatione, ſatisfaciat, & hoc proteſtetur, noluiſſe ſe illius bono nomini ac famę notam iniuriamue inferre, ſimulq; caueat, de iniuria in poſterum eo nomine non inferenda cuiquam. Quin & eiuſmodi exprobrator, à nemine in læſi præiudicium defendi inſtigariue debet, itidem ſub pæna vnius marcæ auri, *h. artic. 216.*

ybi

vbi Remus *in paraph.* Cæterum vulgatum eſt, quod dicitur: Qui non habet in ære, luat in corpore *l. 1. in fin. ff. de pœn. l. vlt. de in ius voc.* Quin etiam lex diuina vænire eum iubet, qui ſoluendo non eſt. *Exod. 22. verſ. 3.* ne fiducia paupertatis, impunitatem delicti ſperet, legeſq; ludibrio habeat. Sic ſi furis inopia hoc non patiatur, vt duplum reſtituat, in corpore luit; hoc eſt, ad tempus carcere detentus punitur, *ſup. artic. 157.* vbi Remus.

ARTIC. CCXVII.

Extenſio ſuperioris conſtitutionis ad cæmentarios.

Was oben von den Zimmerleuten geſagt / wirdt auch von den Meuwrern verſtanden.

So man dann einen Galgen oder ein Enthauptſtatt mauwren wil / ſoll es darzu nottürfftiger Mäwrer halb / in ſolcher peinlichẽ Gericht Oberkeit ſeßhafft / aller maſſen wie oben von den Zimmerleuten geſatzt iſt / auch gehalten vnd gehandelt werden.

Quæ ſupra de fabris lignariis dicta ſunt *art. 215.* eadem extenduntur ad Cæmentarios, quorum opera magiſtratus vel iudex vtitur circa patibulorum, furcarum, aut cataſtarum, in quibus plectendi ſunt ſontes, extructiones aut refectiones, tum quoad conſuetudinem cæmentarios fabros conuocandi, tum quoad pænam iniuriantium *h. art. 217.* Et quidem ea eſt vera æquitas, quæ paribus in cauſis, paria iura deſiderat *Cic. in Topic. fac. l. illud in princ. ff. ad l. Aquil.* Cum itaque hoc in caſu circa fabros lignarios & cæmentarios nulla poteſt dari ratio diuerſitatis, recte etiam idem ius circa vtroſque obtinet *l. ſi ſocer à genero in pr. vbi gl. ff. ſolut. matrim.* Eberhard. *in Topicis iuris, loco 95.*

ARTIC. CCXVIII.

Consuetudines, seu corruptelas potius, ex vsu forensi multas & malas tolli oportere.

Daß Mißbräuche vnd böse vnvernünfftige gewonheiten/ so an etlichen Enden gehalten werden/ sollen abgeschaffet seyn.

NAch dem an etlichen Orten gebraucht vnd gehalten wird/ so ein Vbelthäter mit gestolner oder geraubter Haab betretten/ vnnd gefänglich einkompt/ daß alsdann solch gestolen oder geraubt Gut dem jenigen/ so es also gestolen oder geraubt worden/ nit widerumb zugestelt/ sondern der Oberkeit deß Orts eingezogen. Deßgleichen an vielen Enden der Mißbrauch/ so ein Schiffmann mit seinem Schiff verfähret/ Schiffbrüchig würde/ daß er alsdann der Oberkeit desselben orts mit Leib vñ Gütern verfallen seyn soll: Item/ so ein Fuhrmann mit einem Wagen vmbwürffe/ vnd einen vnversehenlichen tödte/ daß alsdann derselbige Fuhrmann der Oberkeit mit Wagen/ Pferden vnnd Gütern/ auch verfallen seyn soll So werden auch an vielen Peinlichen Gerichten vnnd derselben mancherley Mißbrauch erfunden/ als daß die Gefängnuß nit zu der Verwahrung/ sondern mehr zu Peinigung der Gefangenen vnnd Eingelegten zugericht. Item/ daß durch die Oberkeit etwan leichtlich auch erbare Personen/ ohn vorgehend Berüchtigung bösen Leumut/ vnnd andere gnugsam Anzeigung/ angegriffen/ vnd in Gefängnuß bracht werden/ vnnd in solchem Angriff etwan durch die Oberkeit geschwindlich vnd vnbedächtlich gehandelt/ dardurch der Angegriffen an seinen Ehren Nachtheil erleidet. Item/ daß die Vrtheil durch den Nachrichter/ vnnd nicht den Richter oder Vrtheyler außgesprochen/ vnd eröffnet werden. Item an etlichen orten/ so ein Vbelthäter ausserhalb deß Lasters vnser belendigten Majestät/ oder sonst in andern Fällen/ so der Vbelthäter Leib vnd Gut nicht verwürckt/ vom Leben zum Todt gestrafft werden/ Weib vnd Kinder an Bettelstab/ vnnd das Gut dem Herren zugewiesen. Vnd die vnnd dergleichen gewonheit/ wöllen wir/ daß eine jede Oberkeit abschaffen/ vnnd daran seyn soll

daß

daß sie hinfürter nicht geübt / gebraucht oder gehalten werden / als wir dann auß Keyserlicher Macht dieselben hiemit auffheben / vernichtigen vnd abthun/vnd hinfürter nit eingeführt werden sollen.

Invaluit in quibusdam locis consuetudo, vt si res furtiuæ aut vi ablatæ, apud furem raptoremue concipiantur, cum quibus in carcerem coniicitur, eæ domino ad quem vere pertinent auferantur, neq; ei cui sublatæ erant, restituantur, sed ærario applicantur. Verum hæc consuetudo & corruptela tollitur *hoc articulo* 217. *& sup.* 207. Non enim sine facto nostro, quod nostrum est, ex nostro dominio exire potest *l. traditionibus C. de pact. l. alienum C. de fur.* Alius item abusus est circa nautas receptus, vt iidem corpore simul & bonis in magistratus pœnam incurrant, si naufragium fecerint: qui abusus itidem tollitur è medio & corrigitur, hac Carolina constitutione, concordat constitutio Friderici Imperatoris, quæ habetur in *Authentica Nauigia C. de furtis*: quæ vult vt nauigia, quocunque locorum peruenerint, si quo casu naufragio facto rupta, scopulisue illisa fuerint, tam ipsa nauigia, quam nauigantium bona, nautis, naucleris; & mercium dominis, ad quos, antequam nauigia huiusmodi periculum incurrissent, spectabant, integra omnia reseruentur, neq; domino fluminis addicantur, vel in commissum cadant: sublata penitus omnium locorum consuetudine, quę huic aduersatur sanctioni. Et sane quid est iniquius, quam ex re calamitosa emolumentum capere, & calamitatem siue afflictionem calamitoso siue afflicto addere? *l. Diuus ff. de offic. præs.* Reichsabschied *de anno* 1559.

Est etiam abusus, vt aurigæ, qui plaustro rheda ve mercibus onerata casu incuriaue euersa hominem occiderit, equi, plaustrũ, & quas vehit, merces publicentur. *Pet. Heig. qu. 37. n. 45. & seqq.*

In pœnalibus etiam alicubi iudiciis, carceres non tam custodiendorum quam puniendorum atq; excruciandorum reorum causa fiant, in quibus vel ob sordes, squaloremq; vel frigore perire cogantur. *sup. art. 11.* Et potest huic addi præceptum *l. quoniã C. de cust. reor.* ne vna in carceris cauea mares & feminæ includãtur.

Huic consimilis culpa est, quod per magistratum ad quãuis le-

uissimam sinistramq; opinionem, nonnunquã honestæ & graues personæ in carcerem impingantur, vnde illi se famamque suam non parium ædi cõqueruntur. At carcer noxiis hominibus destinatus *l. 2. C. de exact. tribut.* Quin & sententiæ non à iudice, vel actuario, iudice præsente, sed lictore siue carnifice & vltimi supplicii administro recitantur & publicantur. Deniq; iudices grauissime delinquunt, cum extra læsæ maiestatis crimẽ, ex aliis etiã delictis sontes etiam ita puniũtur, vt prȩter capitale supplicium, etiam bona ipsorum in ærarium redigantur, vnde eorum vxores & liberos, illa dote, his patrimonio exspoliatis ad summã miseramq; paupertatem recidere oporteat: contra quam ratio naturalis, quasi lex quædam tacita, liberis parentum hæreditatẽ addicens, velut ad debitam successionem vocat *l. cum ratio ff. de bon. damnat. Nou. 17. §. oportet.* Heg. *qu. 33. n. 46. part. 2.* Huiusmodi abusus, corruptelas & consuetudines omnes, vtpote irrationabiles, absurditates & scandala fouentes publica, quemlibet magistratum iudiciis eliminare, abrogare, ac æȩterna obliuione sepelire iubet Imperator Carolus V. *hoc art.* 218. imo etiam sua authoritate hac ipsa constitutione illas abrogat, annihilat & abolet, ne vnquam in vsum redeant. Additionem hoc loco facit Remus, de peruersa quorundam iudiciorum cõsuetudine, in quibus Iudæi inuersi à pedibus suspenduntur. Cum lex non distinguat inter fures Iudæos & Christianos; & Iudæi etiam iure cõmuni Romano vtantur, & secundum leges Romanas iudicentur & actiones secundum illas excipiant *l. Iudæi c. de Iudæis* Alex. *consil. 13. vol. 7.*

ARTIC. CCXIX.

Quomodo prudentes, togati, aduocati disertissimi, consuli, vel ad superiores de rebus dubiis atque obscuris referri debeat.

Erklerung bey wem/vnd an welchen Orthen Rath gesucht werden soll.

Vnd

VNd nach dem vielfeltig hievor in dieser vnser vnnd des heiligen Reichs Ordnung der Peinlichen Gericht/vom Rathsuchen gemeld wird,/ so sollen allwegen die Gericht/ so in jhren Peinlichen Processen/ Gerichtsvbungen vnd Vrtheilen/darinnen jnen zweiffel zufiel/ bey jhren Oberhöffen/ da sie auß altem verjärtem Gebrauch bißher Vnterricht begert/jhren Raht zu suchen/ schuldig seyn. Welche aber nit Oberhöffe hetten/vñ auff eines Peinlichen Anklägers begeren/die Gerichtsvbung fürgenomẽn were/ sollen in obgemeltem Fall/bey jhrer Oberkeit/die dasselbig peinlich Gericht/fürnemlich vñ ohn alle Mittel/zubañen vnd zu hegen macht hat/Raht suchen. Wo aber die Oberkeit ex officio vnd von Amptswegen/wider einen Mißhändler/mit peinlicher Anklag oder Handlung vollnführe/ so sollen die Richter/wo jnen zweiffel zufiel/bey den nechsten hohen Schulen/Stätten/ Comunen oder andern Rechtsverständigen/ da sie die Vnderricht mit dem wenigsten Kosten zu erlangen vermeynen/Raht zu suchen schuldig seyn.

Vnd ist dabey nemlich zu mercken/ daß in allen zweiffelichen Fällen/nicht allein Richter vnnd Schöpffen/ sondern auch / weß einer jeden solchen Oberkeit in peinlichen Straffen zurahten vnd zuhandeln gebüret / derhalb Rechtsverständiger / vnd ausserhalb der Parthëyen Kosten/ Rahts gebrauchen sollen / es begebe sich deñ / daß ein Peinlichen Ankläger den Richter ersuchte / in seinen Peinlichen Processen/ Handlungen / vnnd Vbungen / der Rechtsverständigen Raht zu suchen/ das sol auff desselben begerenden Theils Kosten geschehen. Wo aber deß Beklagten Herrschafft / Freund oder Beyständer / jhm dem Gefangen zu gutem / dergleichen Rathsuchung bey dem Richter begerten/ so soll er auff deß Gefangenen Freundschafft oder Beyständer Kosten/jhnen damit willfahren. Wo aber desselbigen Gefangen Freundschafft jetzgemelten Kosten auß Armut nicht vermöcht / so soll er auff der Oberkeit Kosten solchen Raht zu erlernen schuldig seyn: Doch so fern derselbig Richter nicht vermerckt / daß die Rathsuchung gefährlicher weiß zu Verzug der Sachen/auch mehr Kosten auffzutreiben/beschehe/welches die obgedachten Freundtschafft vnnd Beyständer auch mit dem Eyd erhalten sollen / vnnd in dem allem keinen möglichen Fleiß vnderlassen/damit niemand vnrecht geschehe/ als auch zu diesen grossen

Sachen

Sachen fleiß gehört: Darumb dann in solchen vberfahrungen Vnwissenheit die jhnen billich kündig seyn soll / nicht entschuldiget. Deß also Richter / Schöpffen / vnd derselben Oberkeit hiemit gewarnet seyn sollen.

Quandoquidem in his constitutionibus, aliquoties Imperator fecerit mentionem informationum & consiliorum à ICtis petendorum; denuo & quidem generaliter hac postrema constitutione mandat serio, vt iudices in causis præsertim dubiis, ad curias maiores, ad collegia ICtorum, & Dicasteria confugiant, indeque consilium petant, quatenus id consuetudine ita est receptum, idque sine partium expensis *sup. artic.* 204. Quando enim iudex munere suo fungitur, hoc ipsum proprio sumptu & expensis facere tenetur, nec habet impensarum repetitionem *arg. l. suo victu ff. de oper. libert.* sed videmus tamen, consuetudine aliud in iudiciis esse introductum & receptum, vti experientia quotidiana testatur: cauere autem iudices & magistratus ne in huiusmodi consultationibus superflui sumptus fiant *l. custodias* 12. *de publ. iudic.* Recte iudicate; Videte quid faciatis: (inquit Iosaphatus Rex Iudæ 2. *Paralip. cap.* 19. *vers.* 6.) non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum &c. Semper ad tribunal accessuri implorabitis numen diuinū, precantes, Doce me, Domine, iudicia tua, statuta tua. Leges assidue meditamini, quibus admonemur, ne quid plus deteriusue de aliis statuatis, quam ipsi de nobis iudicari & statui velitis, perspicite, ne pœnæ delictis grauiores sint, sed in iusticia appareat clementia.

Chrysost. *apud Stobæum. serm.* 149.

SOLI DEO GLORIA.

FINIS.

INDEX

INDEX, IN QVO NVMERVS SOLVS ARTICVLVM DENOTAT, QVÆ DENOTATIO EST ETIAM DVORVM PER PARTICVLAM ET CONIVNctorum. Vbi vero numeri sunt absque coniunctione, prior articulum, posterior marginale ostendit.

A

ADsessores debent esse iurati. 4
Actuariorum Iuramentum. 5
Accusatoris officium. 11.2
An accusator teneatur cauere ante torturam. 12.2
Accusator absq; vadibus detinetur. 14
Accusator reo in carcere detento non est libera vagationis. 17
Accusator cum mago qui fecit accusari punitur. 21.2
Argumentum à simili etiam in iudiciis locum habet. 24
Assertio innocentiæ quomodo reo vnte qq. non implicanda. 47
Audienda est innocētiæ probatio. 74
Assessores interrogantur à Iudice de iudicio bene constituto. 84
Acta examinari debent. 92
Admoneri debet iamiā puniend. 102
Adulterii pœna. 120. n.3.4.& 5
Außtretter Straff. 128
Abortionis promotæ pœna. 133
Autochiriæ pœna. 135
Assasinorū & sicariorum pœna. 137
Absens damnatus post & ante incarcerationem audiēdus est. 155. & seq.
Auxiliarii delinquētium puniuntur. 177.1
Acta adseruanda sunt. 202

B

BAcilli fractio quid significet. 96

Blasphemiæ pœna. 106.1. *defensio* 2. *forum*. 3
Bona reorum fugientium. 206

C

Confiscatio in publico iudicio irrogata proœm. n. 6
Capitalis pœna est, quæ mortem infert. ib. n. 11
Coercitio est pœna afflictiua. ibid. n. 12.
Const. crim. nulli præiud c nt. ibi. n. 18.
Cognitio causarum criminaliũ apud veteres fuit meri imperii. 1. 2
Criminalibus in causis à tortura nõ incipiendum. 6. 2
Capturam antecedere debent indicia. 11. 3
Carcer custodia non pœna. ibid. n. 6
Crimen intra certum tempus debet eu nci. 12. 4
Confessio illegitime torti non damnat eum. 20. 2
Conuersatio cum facinorosis indicium st. 25. 6
Circumstantiæ confessionis inquirendæ. 54
Confessioni in tormentis factæ non creditur. 58. 2
Caute de fide confessis habendum. 60
Condemnatur conuictus, etsi confiteri nolit. 69
Conuocatio Iudicum. 80. & *consultatio* 81
Captiosæ interrogationes iudiciis inimicæ. 100
Carolus V. in pœnis iure Communi non seuerior. 104
Const. de pasquillo locum habet, vbi criminaliter agitur. 110. 7
Concussionis pœna. 129
Cædes, contra moderatam tutelam, iniusta docetur. 142
Circumstantiæ furtum aggrauant. 163. *quæ diligenter perpendi debent*. 175
Cautio de non offendendo quando peti possit. 176
Consultor criminis quomodo puniatur. 177. 5
Conatus, qui distinguitur, pœna. 178. 1. & *seqq*.
Carcerarii clam dimittentis reos pœna. 180
Cautio partis litigiosum accipientis. 210
Consuetudines malæ sunt tollendæ. 218

D

Dignitatis priuatæ pœna corporalibus non accensetur proœm. n. 5
Delegari potest causa criminalis. 22
Dubia sine consilio peritiorum à solis Iudicibus non tractentur. 7
Deprehensus in crimine, si præfracte neget, torquendus. 9. 2

Descri-

Descriptio sufficientium indiciorum. 23
Deprehensio in loco suspecto: Et Dictum læsi in mortis articulo quid possint. 25.4.& 8
Digladiationes & pugnæ si homicidium ferant, quomodo procedendum. 34
Dies torturæ decernendus. 45
Depositio absque ratione assignata, pecoris est. 65
Dies capitalis constituendus. 78. & reo denunciandus. 79
Diffamationis veritas nullatenus excusat diffamantem. 110.6
Digamiæ pœna. 121
Dubietas inculpatæ tutelæ quomodo tractanda. 143. etiamsi aduersus fœminam ipsa prætendatur sequent.
Depositarii vel commodatarii furis pœna. 170
Delinquens pupillus an puniatur. 179.2
Dubia à solis iudicibus, nō peragantur. 219

E

Ex pluribus accusatoribus idoneus eligitur. 11.1
Examinantur testes, ex praxi non de iure. 70
Examinatio senis, valetudinarii, fœminæ & non subiecti. 72
Euocans in testes euocatos sumptum facit. 75
Expositionis pœna. 132
Exceptio Rei probanda est. 151. & quidem ita vt releuet, seqq. nec non cum cautione. 153
Escarii & vestiarii fures an teneantur. 166
Eleemosynarum sacrilegium. 173
Errare non debet actuarius. 203
Expensæ in criminalibus ad quem pertineant. 204
Erectio furcarum quomodo fiat. 215

F

Fama mala, aliis deficientibus indiciis, facit concedi torturam. 6.4
Fideiussores in criminalibus quales esse debeant. 11.5
Fuga pro indicio habetur. 25.9
Furti indicia. 43
Falsitas confessionis exaggeratur. 55
Falsi testis pœna. 68
Frater an fratris sit procurator vel defensor. 88.5
Falsariorum pœna. 112. & 113
Furti nec manifesti, & manifesti pœna 157. & seq. violenti 159. quinq. solidorum 160. secundi 161. tertii 162

Fur impubes quomodo puniatur. 164
Furtum & sacrilegium circa minora sunt vnius pœnæ. 174
Furiosi an puniantur, si delinquant. 179.1. & 5
Forcipes candentes. 194
Furtiua vel rapta in iudicium perducta non cedunt magistratui. 207.1
Fabri lignarii & cementarii æquiparantur. 217

G

GAllia habet impunes adulteros proœm. n.20
Generales interrogationes interdum cum reo variandæ. 53
Grassatorum pœna. 126
Glandis frugum & fructuum fures puniti 167

H

HOmicidii indicia, & emissio sanguinis ab occiso. 33
Homicidiũ confessi interrogatio. 48
Homicidii casualis pœna. 146
Hereditatis expilatæ pœna. 165

I

INfamiæ pœna non dicitur corporalis proœm. n.3
Iudicia quædam improprie criminalia dicuntur. ibid. n.16
In delictis puniendis consuetudo respicienda ibid. n.19
Iudices quales esse debeant. 1.1
Index iuratus esse debet. 3
Indiciis probatis accusator de persecutione accusationis cauebit. 15
Iudici relinquitur indiciorum discretio. 18
Iudex illegitime torquens tenetur in syndicatu. 20.3. limit. n.4
Indicia faciunt torqueri non condemnari. 22.1
Inimicitia capitalis rei cum læso indicatur. 25.7
Indicia remota singula nihil faciunt 27
Infanticidii indicia. 35. & 36
Indicia contra socios & receptatores delinquentium. 40
Incendii indicia. 41
Incendium confessus quomodo interrogetur. 51
Interrogare debent Iudices, non suggerere. 56
Iudex obseruare debet const. cri. 83
Impensæ restituuntur absoluto nisi probabilis accusandi causa fuerit. 99
Incestus species & pœna. 117. per tot.
Incendiariorum pœna. 125
Infanticidæ matris pœna. 131
Iudex nihil accipiat pro iudicando. 205
Indicia furti vel rapinæ. 212

L

LEibstraff quomodo intelligatur proœm. n.13

Lis rei cum læso de omnibus bonis vel maiori parte indicium est. 26
Libelli famosi requisitum est animus iniuriandi. 110.5
Lenocinii pœna. 123
Lignariorum furum pœna. 168
Litigiosa res domino restituēda. 208
Liberum est accusare vel non. 214

M

Monetæ rasores arbitrio Iudicis puniuntur proœm. n. 8
Modus in quæst. habendus est. 8
Magi de autoribus maleficiorum non sunt consulendi. 21.1
Magiæ Indicia. 44
Mora in criminalibus non toleratur. 77
Misericordia iudicis reo non debet esse præclusa. 90
Maleficiorum quorundam pœnæ nō sunt expressæ. 105
Magiæ & Veneficii pœna. 109
Monetæ adulterinæ pœna. 111. per tot
Mariti & parētis lenonis pœna. 122
Medici imperiti pœna. 134
Minorennitas non tollit pœnā, licet iuterdum mitiget. 179.3
Machinatio rei si metuitur, quid faciendum. 195

N

Notoria interdum admittunt torturam. 16.1
Nominanti socios delicti quomodo credi possit. 31.1.2.3. & seq.
Nomen diffamantis in pasquillo non requiritur. 110.2. nec diffamati. n. 4.

O

Occasio const. cri. proœm. n. 17
Ordinarii Iudicis est exercere iudicia publica. 2.1
Officialis non requisitus inquirens quando teneatur iniuriarū. 6.5
Origo torturæ. 58.1
Officium eorum, qui depositiones testium audiunt. 71
Origo pasquilli. 110.1. & pœna. n. 3
Odium pasquilli, ibid. n. 8
Occisi cadauer ante sepulturam inspiciendum. 149
Officium Actuarii. 181. & seqq. usq; ad art. 192. exclusiue.

P

Pecuniaria pœna ex causa publici iudicii. proœm. nu. 7
Pœna criminalis & non corporalis est. ib. n. 9
Pontificiorum inepta disputatio & hypocrisis. 1.3. & 4
Processus in casu nec mortis, nec perpetui carceris. 10
Peinlicher Vorstandt. 12.1
Procurator in criminalib. admittitur, & non. ib. n. 3
Principis assertio non sufficit ad cōdemnandum. 22.3. & seqq.
Personæ qualitas & vita ante acta attenditur. 25.1

Præsumptio nō delicti excludit præsumptionem delicti. 28
Propria confessio extraiudicialis in quantum valida. 32
Proditionis indicia. 42
Proditionem confessi interrogatio. 49
Probatio accusatoris audienda. 62
Publicatio testimoniorum. 73.1
Pater an filii procurator vel defensor esse possit. 88.1
Publicatio sententiarum. 94
Periurij pœna. 107
Præuaricati nis pœna. 115
Proditionis pœna. 124
Pœna parricidii remissiue. 131. in fin.
Piscariorum furum pœna. 169
Pœnitentia quando releuet delinquentem. 170.4
Pœnæ citra mortem afflictiuæ. 196. & duob. seqq.
Processus si furtiua res apud furem concipiatur. 211

Q

QVinam torqueantur. 58.4
Quid post tertiā torturam agendum si noua indicia non habentur. ib. n. 6
Quinam testes idonei 66. & quodnam testimonium idoneum. 67
Quando testibus saluus conductus detur. 79
Quid accusatio continere debeat. 89
Quid & quotuplex sit adulterium 120. 1. & 2
Quædam homicidia excusantur. 135. & 150
Quid actoris sit circa rem furtiuam petitam. 207.3
Qui non habet in ære, luat in corpore. 216

R

REleg ationis pœna non est corporalis procem. n. 4
Reus aliquando torquetur, antequā de corpore delicti constet. 6.6
Reus confiteri nolens quomodo tractandus. 9.1
Reus satisdans Iudicio sisti quando custodiatur vel non. 11.4
Rei absoluti actio contra accusatorem. 12. n. 5
Requisita famæ. 25. 2. & 3
Rei res reperta in loco delicti perpetrati probat. 29
Rapinæ indicia. 38. & 39
Repetitio torturæ regulato iudicis arbitrio committitur. 58.5
Ratione rei in criminalib. non concluditur. 73.2
Responsio adsessorum. 93
Raptus pœna. 118
Rixa plurium & occisoris incertitudo facit, vt omnes teneantur. 148
Rei paupertas facit magistratū expendere. 154
Res furtiua non vsucapitur. 209

Rem

Rem furtiuam recuperans impensas necessarias tantum refundit. 213

S

S*Exu non discreto separandi captiui.* 11.7
Satisdatio accusatoris, quādo quidē reus delictum fatetur, sed excipit. 13
Sufficit conuictio, licet desit confessio. 16.2
Semiplenæ probationis vires. 30
Sacerdotes corriguntur. 31.9. *& ar.* 103
Si tortus ante agonem confessa neget, quid agendum. ib.n.10
Sortilegii reus quomodo interrogetur. 52
Si reus confessionem reuocet, quid faciendum. 57
Et si tortus innocens deprehendatur. 61
Solenniter considere debent iudices die capitali. 82
Si die executionis confessa ex dolo negentur. 91
Sermonem pluralem volunt plures accusatores. 95
Sodomiæ pœna. 116
Stupri violenti pœna. 119
Seditionis pœnæ. 127
Si Quadrupes pauperiem fecerit. 136
Si præter voluntatem occidatur, qui occidi non debebat. 145
Sacrilegium quid sit 171. *Eius pœna.* 172
Senectus pœnam mitigat. 179.4
Sententiæ quomodo formandæ. 192
Sententia absolutoriæ forma & verba. 199. *& duob. seqq.*
Sportularum modus. 204
Statutum furtiuum fisco adiudicās & dominum verum defraudans non valet. 207.2

T

T*Orturam præcedere debent sufficientia indicia.* 6.1. *& 3. & art.* 20. *n.* 1
Tortura ex magicis indiciis torto concedit regressum ad iudicem. 21.3
Testes duo sufficiunt ad supplicium inferendum. 22.2
Tentandum, an reus absq; tormentis confiteri velit. 46
Tormentorum gradus secundum Clar. 58.3
Testis ignotus & corruptus an admittatur. 63. *&* 64
Termini moti pœna. 114
Tutela inculpata excusat 139. *Eius requisita. sequent. & probatio.* 141
Tempus adiuti delicti distinguendum. 177.2. *& seqq.*
Trabæ impositio. 193

Vox

V

Vox Peinlich quomodo accipiatur proœm. nu. 1. & 10. cum seqq.
Vox Indicii quid significet. 19
Vrpheda quid sit, & quod non excludat viam iuris. 20.5
Visio in loco suspecto indicium est. 25.5
Veneficii indicia. 37
Veneficium confessi interrogatio. 50
Vulnerati torquendi modus. 59
Vindici rerum capitalium securitas præstanda est. 97
Vrphedæ non seruatæ pœna. 108
Venenariorum pœna. 130
Vulneris, an lethale, diiudicatio. 147
Voluntas pro delicto punitur. 178.5.

FINIS.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Stephani, Matthias, / Karl / Kopf, Peter

Caroli Quinti Imperatoris Invictissimi, Et Gloriosissimi Principis, Constitutiones Publicorum Iudiciorum Cum Iure Communi Collatae; ex eoq[ue] latius declaratae; & utilißimis additionibus, observationibusq[ue] practicis illustratae

Francofurti 1626

4 Diss. 1213#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10674046-5
VD17 1:011666G